

VARIARVM
QVAESTIONVM
FORENSIVM
DILVCIDATIONES.

ATTENTO IVRE COMMVNI,
ET REGNI NEAPOLITANI.


V B I

Noua methodo, nouisque argumentis variaz,
& multiplices materiaz,

NEC NON PLVRIMÆ SACRI CONSILII,
caterorumque Supremorum Tribunalium definitiones
utiliter dilucidantur,

Duplici adiecto Indice, altero Questionum, Materiarum altero.

AVCTORE SAC. THEOL. ET V.I.D.
IOANNE BAPTISTA MVCCI
A THEATE.




NEAPOLI,

Apud Nouellum de Bonis Typograph. Archiepiscopat. M.DC.LXI.
SUPERIORVM LICENTIA.

ILLVSTRISSIMO DOMINO
D. STEPHANO
CARRILLO
DE SALZEDO

REGIÆ CANCELLARIÆ RÉGENTI MERITISSIMO

JOANNAES BAPTISTA MCCCCLXIIII.



ILVCIDATIONES hasce , ni tibi dicassem ,
Illustrissime Domine, prælo dedissem , ast non
luci ; tibi inquam , vetustissima cuius Propago
tanta emicuit luce , vt intuens quicunque vel
inuitus intellectus perstringat aciem , non
acuat , necesse eit . Equites Bellonæ asseclas ,
Judices supremos , Toletanos Archiepisco-
pos , Patres purpuratos , cæterosque id genus Heròes innumeris
insignitos honoribus , dum fama ipsa cæsim enarrare diffidit , iu-
uat silentio præterire . Saeculaq[ue] tuam Progeniem tam
caram Regibus extitisse , et Carrili honoris promeruerit . Quod si
temporum longinquitas Cartillulo vertit , literas addere tantum
valuit , non demere , vt quæ sedax etas tamquam tuę Familiæ insi-
gnia propalaret , non obesse illiusque immortalitatem cursu si-
steret potius , quam traheret . Etiammerito fidas harum socias præ-
setulere arma , dum Palladem ideo forte armatam fingimus , quod
hasta è Louis cerebro sibi aditum arbitramur aperiisse . Quid glorio-
sius , quam armis literas , literisque arma connectere ? Profecto
si aureis illis seculis sapientes dicuntur regnasse , iure optimo stem-
ma tuum aureas habet turres rubra fixas in area ; sic nāque Sapien-
tiæ Deam tuis maioribus cristatam adstasse indicat pariter , ac lau-
reatam . Tu verò dignum tantæ Familiæ germen Astræ arma fe-
licius adeò tractasti , vt nostro Potentissimo Regi Philippo IV. tripli-
citè carus extiteris ; Primò , cùm Regius præfuisti Consiliarius , dein-
dè , cùm Regiæ Cameræ Summarioræ Præses , postremò , cùm Regiæ

†

Can-

Cancellariæ Regens. Et quidem perfectus amor nonnisi triplici
nexu erat vinciendus; teque progenie, moribus, literisque decora-
tum non perperam triplex dignitas tripliciter dignum proponet.
Has ergo dilucidationes, celeberrime Palladis Alumne, primum
mei obsequij tributum benigno, quo semper assoles, accipias ani-
mo; eoque libentiūs, quod quæstiones habent forenses, quas tu ut
potè unus ex supremis Regiæ Cancellariæ Senatoribus saepe nume-
ro dirimis; sique eas dilucido, earum lucem tuæ lucis umbram
credas. Quod si Phœbus Cynthiae tantum, & sideribus, non au-
tem noctis umbris lumen præbet, tu, quia triplici fulgens radio
meas umbras in lucem vertis, hoc uno dispar, cætera Solis habes;
Vale.



LECTOR.



RONTEM ne contrahas, si dilucidationum istarum aucto-
nem vni tantum, aut alteri notum videris. Hæc
nanque lucis proprietas, è tenebris oriri. Quid noui-
serat huc Africa, expostulas? noua monstra, nouos
ingenij lapsus. Breuitè canam:

R. habet Aësonium liber hic, R. arque Pelasgum;

R. habet Hebraum, prætereaque nibil.

Tu interim modestè tegas, quod prudentè detego; &
& dum Zoilum induo, ut meas quoque mendas dilucidem, Senecam-
consulas. Evidèm fateor lucem non promerere, qui errorum tenebris
circuncluditur. *Sed quā multi indigni luce sunt, & tamē dīes oritur?* Hec
est nostrarum tempestatum felicitas, impunè scribere; sed corrigi *lator*,
dum admoneri bonus gaudet, pessimus quisque correptorem asperitatem patitur; *De ira lib. 3.*
Non enim me verum Palladis credam militem, nisi gloriosum. *Sic puto cap. 37.*
multos posuisse ad sapientiam peruenire, nisi patassent, se peruenisse, nisi que-
dam in se dissemulassent, quedam apertis oculis transilassent; Non enim est, letare animi
quod nos magis aliena indices admiratione perire, quam nostra. Nec me Zoilo- *cap. 1.*
rum perturbat audacia. Illi sanè & cupidi omnes, & maligni omnes; & *De benefic.*
timidi omnes, illi in primis, qui videntur audaces; *Adiace,* & ambitiosi om- *lib. 5. c. 17.*
nnes sunt, & impii omnes; sed non est, quod irascari; ignoscam illis. Omnes in-
savium. Sic, & risum audiam oportet, & fletum, & blandities, & lites, & *De ira lib. 3.*
prospera, & crisia, & hominum voces, & fremitus animalium, terratasque. *cap. 35.*
Sed quid dicam, Lector, attendas, me semestre hoc opus lucubratum-
vix elapsò quinto ætatis meæ quinquennio tradidisse prælo. Quid mātū, si
maxima vīa iectura dilatio est? *Illa primam quæcumque extrahit diem, illa De breuitate*
tripis presentia, dum ulteriora promittit. Maximum viuendi impedimentum
est expectatio, que penderet ex crastino. Perdis badiernum. *De vista c. 9.*
Quod in memori
forsitan possum agere, dispansis; Quod in tan- diness. Subdunt, me plorès
in scribendo rationes lectatum, non iactores. Quid ergo? *Si nihil aliud*
est, quam in corpus humanus pars Divini spiritus maris, an peccatum pur-
tatur rationem persequi? Jam dicunt, auctores tam reddere solidorem. *Epist. 66.*
Sed errant heretici tōto coelo; sicut enim, dum *Ratio arbitria est bonorum, ac Epist. 66.*
inconveniens aliena, & externa pro viribus habet; & ea, quæ neque bona sunt,
neque male, accescunt minime iudicant. *Omnes illi boni in anima est.* Pi-
tiorum profectio autem ab opib; si auctoribus videris falcitum, non pro-
iudebit honesta, cum haec bona dicatur; non quæ pretiosis ostribus pīcta est. *De breuitate*
cui argentea, aut aurum raffrum est; nec cuius tutela ebore catapa est; *De*
que fissis, ac opibus Regijs pressi est, sed stabilis, & firmis, & inactures aqua
excludentibus spissa, ad ferendū incursū maris solida, gubernaculo parens, velox,
& non sentiens ventum. Vrgent, me primis Iurisprudentiæ alumnis, se-
nioribusque Antesignanis aduersatum; Sed, *Si liberum est tibi, si arbitrij De beneficij*
tui est, virum velis, an non, id apud te ipse perpendes: si necessitas tollit ar- *lib. 2. c. 18.*
bitrium, scias te non accipere, sed parere. Neq; ex pio in nonnullos aucto-
res affectu veritatem credas cruendam, dum *affectus tam malo ministri, De ira lib. 1*
quam duces sunt. Nec Bartolum sectariis, quia senior est, sed *incipe vir-*
tutibus illum, non annis estimare; tuncque illum virtutibus credas æsti-
mare, *De consolatio*
ne ad Mar-
ciā. cap. 24.

De prouidē-
tia cap. 2.

mare, cùm aduersus iis. Marcellus sine adversaria virtus. Muscianus, inq in
quæstionibus hisce non vnam solummodò Methodum amplexatum, sed
variam, modò vulgarem, modò elegantiorē, modò me auctorum dī-
ctis acquiesce, modò vix rationibus, semper denique variasse. Si dici
valeat, me semp̄ eas dilucidasse; hoc fari est.

Epist. 66.

Caserum magna habebunt
discrimina, variante materia, qua modò Lātior est, modò angustior, modò il-
lustris, modò ignobilis, modò ad multos persimens, modò ad paucos. In omni-
bus tamen istis id, quod optimum est, par est. Murmurant, me barbaris quā-
doque vsum vocibus. Sed profectō non ideo scripsi; ut offendere, quan-
tum tempus apud Grammaticum perdidem. Quis enim accuratè loquitur,
nisi qui vnde pudicè loqui? Si fieri posset, quid sciam, offendere, quā loquit
mallem. Cūm veritas est indaganda, quere quid scribas, non quemadmo-
dum; & hoc ipsum, non ut scribas, sed ut sentias. Fessi tandem concludūt,
me multis parentasse Auctori bus, eorumque dicta silentio præteriisse. Fa-
teor me, quandoque, nec quos adhibui, immediate inspexisse. Hoc
sepè Tyrone s habent, vt libris careant, non consilio. Sed quid ad
nos? nonne quod & alij dixerit, omnes penè student deuantare? Et vti-
nam antiquorum dictis noua tantum verba non nececeremus. Scribere
ignoramus, ni luxuriamur. Libros paruipendimus, ni voluminosos di-
gnoscimus; sic picture celam estimamus, non picturam, sed ne celam
quidem, ni varijs intextā doctoribus. Sic uno libro bibliothecam fabri-
camus. Quo mihi innumerabiles libros, & bibliothecas, querere Dominus
vix tota vita sua indecisus per legit? onerat discensem turba, non inservit; multo-
que satius est, paucis se anchoribus tradere, quam errare per malos. Tu ig-
natur, Lector, vel Zoilos corripe, vel Senecam. Sed quid nobis cum Zoi-
lis? Legenti scribo, non mordenti. Eja ergo par pari referas, queque
tibi latro animo porrigo, latro pariter accipe. Interim solidiora forte ex-
pectare ne pigate. Si quid hic mali inspexeris, vitio mihi vertas; si quid
boni, Summo rerum omnium Reparatori, Deiparaeque sine labe conceptae
merito tribuas; Quod ipsum germen dicas præclarissime illius. Societa-
tis Iesu, quæ spiritu, & literis adeò fulget, vt quisque vel invitatus fare-
tar, eam duplici hac arde Ecclesiam vallando, fortunatum semp̄ pro-
pugnasse; ab eaque quemlibet & spiritum, & literas edocum; quamuis,
proh dedecus, non desit, qui nūniū liuescens, quod accepit, igno-
ret. Tandem, Lector amice, erroribus parce, nec te lateat, me tūm
in opere hoc lucubrando solum fuisse, cūm in corrigendo, vbi aliquis
plurimos adhibuisset adiutores; Sique copiosum non videris indicem,
temporis redargue angustias; neque nostri Typographi inter ceteros
Neapolitanos (pace omnium dixerit) optimi mendas molestè feras..

Epist. 58.

Eenam, me barbaris quā-
doque vsum vocibus. Sed profectō non ideo scripsi; ut offendere, quan-
tum tempus apud Grammaticum perdidem. Quis enim accuratè loquitur,
nisi qui vnde pudicè loqui? Si fieri posset, quid sciam, offendere, quā loquit
mallem. Cūm veritas est indaganda, quere quid scribas, non quemadmo-
dum; & hoc ipsum, non ut scribas, sed ut sentias. Fessi tandem concludūt,
me multis parentasse Auctori bus, eorumque dicta silentio præteriisse. Fa-

Epist. 75.

doque vsum vocibus. Sed profectō non ideo scripsi; ut offendere, quan-
tum tempus apud Grammaticum perdidem. Quis enim accuratè loquitur,
nisi qui vnde pudicè loqui? Si fieri posset, quid sciam, offendere, quā loquit
mallem. Cūm veritas est indaganda, quere quid scribas, non quemadmo-
dum; & hoc ipsum, non ut scribas, sed ut sentias. Fessi tandem concludūt,
me multis parentasse Auctori bus, eorumque dicta silentio præteriisse. Fa-

Epist. 115.

to me. quandoque, nec quos adhibui, immediate inspexisse. Hoc
sepè Tyrone s habent, vt libris careant, non consilio. Sed quid ad
nos? nonne quod & alij dixerit, omnes penè student deuantare? Et vti-
nam antiquorum dictis noua tantum verba non nececeremus. Scribere
ignoramus, ni luxuriamur. Libros paruipendimus, ni voluminosos di-
gnoscimus; sic picture celam estimamus, non picturam, sed ne celam
quidem, ni varijs intextā doctoribus. Sic uno libro bibliothecam fabri-
camus. Quo mihi innumerabiles libros, & bibliothecas, querere Dominus
vix tota vita sua indecisus per legit? onerat discensem turba, non inservit; multo-
que satius est, paucis se anchoribus tradere, quam errare per malos. Tu ig-
natur, Lector, vel Zoilos corripe, vel Senecam. Sed quid nobis cum Zoi-
lis? Legenti scribo, non mordenti. Eja ergo par pari referas, queque
tibi latro animo porrigo, latro pariter accipe. Interim solidiora forte ex-
pectare ne pigate. Si quid hic mali inspexeris, vitio mihi vertas; si quid
boni, Summo rerum omnium Reparatori, Deiparaeque sine labe conceptae
merito tribuas; Quod ipsum germen dicas præclarissime illius. Societa-
tis Iesu, quæ spiritu, & literis adeò fulget, vt quisque vel invitatus fare-
tar, eam duplici hac arde Ecclesiam vallando, fortunatum semp̄ pro-
pugnasse; ab eaque quemlibet & spiritum, & literas edocum; quamuis,
proh dedecus, non desit, qui nūniū liuescens, quod accepit, igno-
ret. Tandem, Lector amice, erroribus parce, nec te lateat, me tūm
in opere hoc lucubrando solum fuisse, cūm in corrigendo, vbi aliquis
plurimos adhibuisset adiutores; Sique copiosum non videris indicem,
temporis redargue angustias; neque nostri Typographi inter ceteros
Neapolitanos (pace omnium dixerit) optimi mendas molestè feras..

De trāquil-
litate animi
cap. 9.

Eenam, me barbaris quā-
doque vsum vocibus. Sed profectō non ideo scripsi; ut offendere, quan-
tum tempus apud Grammaticum perdidem. Quis enim accuratè loquitur,
nisi qui vnde pudicè loqui? Si fieri posset, quid sciam, offendere, quā loquit
mallem. Cūm veritas est indaganda, quere quid scribas, non quemadmo-
dum; & hoc ipsum, non ut scribas, sed ut sentias. Fessi tandem concludūt,
me multis parentasse Auctori bus, eorumque dicta silentio præteriisse. Fa-

Epist. 123.

to me. quandoque, nec quos adhibui, immediate inspexisse. Hoc
sepè Tyrone s habent, vt libris careant, non consilio. Sed quid ad
nos? nonne quod & alij dixerit, omnes penè student deuantare? Et vti-
nam antiquorum dictis noua tantum verba non nececeremus. Scribere
ignoramus, ni luxuriamur. Libros paruipendimus, ni voluminosos di-
gnoscimus; sic picture celam estimamus, non picturam, sed ne celam
quidem, ni varijs intextā doctoribus. Sic uno libro bibliothecam fabri-
camus. Quo mihi innumerabiles libros, & bibliothecas, querere Dominus
vix tota vita sua indecisus per legit? onerat discensem turba, non inservit; multo-
que satius est, paucis se anchoribus tradere, quam errare per malos. Tu ig-
natur, Lector, vel Zoilos corripe, vel Senecam. Sed quid nobis cum Zoi-
lis? Legenti scribo, non mordenti. Eja ergo par pari referas, queque
tibi latro animo porrigo, latro pariter accipe. Interim solidiora forte ex-
pectare ne pigate. Si quid hic mali inspexeris, vitio mihi vertas; si quid
boni, Summo rerum omnium Reparatori, Deiparaeque sine labe conceptae
merito tribuas; Quod ipsum germen dicas præclarissime illius. Societa-
tis Iesu, quæ spiritu, & literis adeò fulget, vt quisque vel invitatus fare-
tar, eam duplici hac arde Ecclesiam vallando, fortunatum semp̄ pro-
pugnasse; ab eaque quemlibet & spiritum, & literas edocum; quamuis,
proh dedecus, non desit, qui nūniū liuescens, quod accepit, igno-
ret. Tandem, Lector amice, erroribus parce, nec te lateat, me tūm
in opere hoc lucubrando solum fuisse, cūm in corrigendo, vbi aliquis
plurimos adhibuisset adiutores; Sique copiosum non videris indicem,
temporis redargue angustias; neque nostri Typographi inter ceteros
Neapolitanos (pace omnium dixerit) optimi mendas molestè feras..

In

In Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Card. Philomarino , Archiepiscopo Neapolitano , sub die 25. Junij 1661. fuit dictum, quod Reuer. D. Franciscus Antonius Curtius remideat, & in scriptis referat eidem Congregatihi.

D. Paulus Garbinatus Vic. Gen. Neapolitanus :

Can.D.Matthæus Renzi S.T.D.& S.Off.Conf.

EMINENTISSIMÆ ; ET REVERENDISSIME DOMINE :

Variarum quæstionum Forensium dilucidationes , quas Ioannes Baptista Mucci ingeniosè scripsit , E. V. R. iussu perlegi , & diligentè excussi . Cumque in ijs eximius splendescat Religionis cultus , moresque ad veram pietatem optimè informantur , dignas arbitror , ut typis quamprimum magdenter , nè Studiosorum curiositas fructuosi in primis opereis utilitate dñtilis caret , nevè eruditorum studia iucundissima libri elegantissimæ lectione fraudentur . Huiuscè voti sum , si ramèn. E. V. R. videbitur , quam diuina Bonitas præcipua quadam cura , atque custodia ad Catholicæ Ecclesiae incrementum conseruet semper , perpetuoque fortunet . Datum Neapoli ex Domino die 2. Iulij 1661.

E. V. R.

Addictiss. Servus Franciscus Ant. Curtius V.I.D. Proth. Apost. Depns.

In Congregatione habita coram Eminentissimo Dom. Card. Philamarino Archiepiscop. Neap. sub die 17. Septembris 1661. fuit dictum, quod stante relatione supradicti Revisoris.

Imprimatur!

D. Paulus Garbinatus Vic. Gen.

Can.D.Matthæus Renzi S.T.D. & S.Officij Conf.

EXCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Doctor Gio: Battista Mucci supplicando responde à V. E. come desidera far stampare vn suo libro intitolato . Variarum quæstionum Forensium dilucidationes. Supplica per tanto V. E. à fermis di cominciare la revisione di quello , à finché doppo possa ottenere la solita licenza , vt Deus.

Magnif. V. I. D, Dominicus de Rubeis videat , & inscriptis S. Excell. referat .

Galeota Reg. Musettola Reg. Villos Reg. Carrillo Reg. Nazarra Reg.

Prouisum per suam Excellenciam Neap. die 27. Iunij 1661.
Anastasius.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Xpendi, Tè iubente, variatum quæstionum Forensium Dilucidationes Ioannis Baptista Mucci. Nihil habent ; quod politicam immunitatem lcedere valeat . Plurima lux iis est , & in sotem proferri non modò possunt . Sed merentur, ni aliter sentias . Vale Domine : Vale , & Salve . Neapoli die 20. Iulij 1661.

Excellencia Regia

Addictissimus Ciliens
Dominicus de Rubeis :

Vita retroscritta relatione, Imprimatur.

Galeota Reg. Musettola Reg. Villos Reg. Nazarra Reg.

Prouisum per suam Excellenciam, Neap. die 27. Mensis Iulij 1661,

Criuelli.

1661. DIV. 27. IUL. 27. 1661.

INDEX QVAE S T I O N V M .



Quæst. I.

An filius familias factus iam sui iuris ratificans contra-
ctum initum, cum sui iuris non esset, gaudeat beneficio
l.2 ff. & C. quod sum eo, & Pragm. 1. de Macedoniano,
& an sufficiat tacita ratificatio?
vbi multa. pag. I

Quæst. II.

An dispositio d. Pragm. locum
sibi vendicet in filiofamil. cō-
trahente in patris beneficium?
8

Quæst. III.

An sub dispositione d. Pragm. in-
cludantur filijfamil. clerci?
Et an ij dicatur proprium pe-
culium habere tanquam ca-
strense? 19

Quæst. IV.

An si quis cōfiteatur eozām vno
creditore se esse hæredem, si-

bi præjudicium inferat quoad
alios absentes? Ad intellectū
tex: in l. fin. ff. de interrogat.
act. 23

Quæst. V.

An ad probandum clericatum
sufficient Bullæ beneficiorum,
an autem illæ ordinum requi-
rantur? 27

Quæst. VI.

De Apocarum probatione & comparatione scripturarum,
vbi de intellectu ad *Pragm. 5. de literis Cambij n. 4*
31

Quæst. VII.

An lector expellendus sit à locis
honestis? vbi multa inciden-
tēr de huiusmodi expulsioni-
bus ad intellectu gratia cō-
cessæ Neapolí, 36

Quæst. VIII.

De intellectu ad *Rouitum in*
Pragm.

I N D E X

Pragm. i. de cunctis, super celeberrima quæstione de rescissione contractus. 40

Quæst. IX.

An corpus adiectum taxet legatum? ubi varia ad dignoscendam legati taxatiui, & destristratiui naturam. 43

Quæst. X.

An damnati ad perpetuos carcere, si ab illis aufugiant ad Ecclesiam, eius immunitate gaudi de amplexibus illis non erit. 51

Quæst. XI.

An constitutio Regni, in aliis quibus iste cupi habeat in fidelib[us] & fratribus veterinis? ut illi beatus illi non sit. + videlicet Quæst. XII. 59

An mulier in solidum obligata cum marito. fuerat Velleiano? ad intellectum auth. si quis mulier ad fidem confidit, reliquias proprias modum causus, in quibus mulieres Velleiane non fuerant. 59

Quæst. XIII.

Quænam regula statuenda sic in vi vixit illa. De vita huius et

puniendo affectu in quibuscumque criminibus, non sequitur effectu in vbi varia iura, & Doctorum dicta inter se contraria conciliantur. 64

Quæst. XIV.

An cap. Regni exordiens *Ad hoc comprehendat crimen peculatorum?* ubi verus datur intellectus cap. *Vulgaris fama proloquium*, ceteraque furorum species ad articuli dilucidationem exponuntur; & tandem sententiae *Vincentij de Franchis*, & *Sanfelicij breuitè conciliantur.* 69

Quæst. XV.

De arbitrio iudicis in minoribus plectendis. ad dilucidationem Pragmat. prima de minoribus. 74

Quæst. XVI.

An committentes furtum in Ecclesia gaudent illius immunitate vigore Constitutionis Gregorij XIV. 80

Quæst. XVII.

An filia dotata à patre possit post patris obitum de dotis incolit et custodit esse et disponit.

Q V A E S T I O N V M .

gruitate conqueri, & supple-
mentum petere? Ad intellec-
tum const. in aliquibus.

85

Quæst. XVIII.

An estimatio emptionem faciat?
Ad dilucidationem Constitu-
tionis Sancimus. §. causa dor-
sis vbi multa de iure con-
grui.

91

Quæst. XIX.

An uxoris instituta heres à suo vi-
vo in codicillo transiens dein-
dè ad secunda vota infra an-
num luctus debeat heredita-
ce spoliari?

95

Quæst. XX.

An barrer cum beneficio legis
& inuentarii teneatur soruare
resumptionem: cum iuta-
mento factum defuncto be-
neficio Auth. hoc res ipsa G. de-
solent?

101

Quæst. XXI.

An contraetus feodalis sine Re-
gio assensu ab inicio sit insuli-
cus?

109

Quæst. XXII.

An addita feudo censenda sint
feudalia, & quando loco me-
lliorationum habeantur? ad
cap. 1. 6. è contrario, de in-
uest. de realen. fact. diluci-
dationem.

118

Quæst. XXIII.

Quis supponatur superiusisse, si
duo reperiantur mortui, &
quid q̄o ad successionem in-
fendis?

126

Quæst. XXIV.

An alienata imputentur in legi-
timam?

138

Quæst. XXV.

An nobilis ob criminis perdant
quandoque nobilitatem? vbi
verum nobilitatis genus offe-
tatur.

144

Quæst. XXVI:

An donatio inter vivos omnium
bonorum presentium, & su-
citorum facta alicui villa ab-
sque reservatione valeat, &
quid, si fuerit firmata iura-
mento?

153

An

Quæst. XXVII.

An creditor, qui negligens fuit
in exigendo a principio debiti
tore, cum esset solvendo, pos-
sit postea fideiussorem conve-
nire, cum ille solvendo non
est? ad dilucidationem sex in
l. si fideiussores, in id ff. de fi-
deiuss. 165

Quæst. XXVIII.

An feudum concessum habere
inuestitura, concedimus tibi,
et heredibus ex tuo corpore
legitimè descendentiis, ita,
ut maior natu minori, et
masculus femina præfere-
tur, sit hereditarium, an ex
pacto, & prouidentia? vbi eu-
identer demonstratur, feuda
in Regno vel esse ex pacto, &
prouidentia, vel si heredi-
taria, ita tamè, ut hoc totum
esse habeat eum pacio, cui su-
teri ex propria feudi heredi-
tarij natura. 170

Quæst. XXIX.

Affl. quis ita legauerit; Legati
bi omnia bona matribus, et
sepolletur in datus mercibus
modi legatus, continent
merces, ceteraque ventalia? 190

Quæst. XXX.

An filiorum nobilitas transcedat
ascendentes? 198

Quæst. XXXI.

An creditores hypothecarii licet
postiores preferantur dona-
tario anteriori? 204

Quæst. XXXII.

An, & quomodo vir inops suc-
cedat vxori diuti? vbi vario-
rum casorum explanationes
ad dilucidationem textus in
sequitur verò tegem: lo facen-
do. Aut. ut liceat matris 165
aia. 215

Quæst. XXXIII.

An, prohibito matrimonio, cen-
setur prohibita sponsalia? vbi ad alias hancmodi que-
stiones dilucidatio supra concilia-
tionem remittitur. oratio, ff.
de sponsalibus, et le satis, ff.
de his qui not. infam. 219

Quæst. XXXIV.

An petens rescissionem transfe-
ctionis, antequam ad victorio-
ra in primæua lite proceda-
tur

Q V Æ S T I O N I V M :

tur, debeat acceptum refu-
tare? vbi varijs casis ad intell-
lectum l. s. diversa C. de pa-
ctis. 222

Quæst. XXXV.

An post litem contestatam pos-
sint personæ miserabiles, ca-
teraque privilegiatae eligere
forum, & frui beneficio l.
vnica C. quando Imper?

224

Quæst. XXXVI.

An in imponenda seruicio pèr feudo, tam de iure co-
muni, quam huius regni re-
quiratur principis assensus
etiam ad hoc, ut ipsi feudato-
rio præjudicium inferatur?

228

Quæst. XXXVII.

An annus datus ad expediendas
literas assecurationis vassallo-
rum, & præstandum fidelita-
tis iuramentum, currat post
biennium datum ad obtainen-
dum assensum in forma Re-
giz Cancellariæ, quamuis ante
biennium obtentus sit? vbi
varia huiuscmodi tempora,
iure communi attento, addu-
cuntur ad dilucidationem,

Pragm. 23. de feudis. 233

Quæst. XXXVIII.

An causa Dotis de paragio debi-
ta supèr feudis: feudalis sit;
adcoque vigore Regiarum
Sanctionum inter coniunctos
non compromittenda, potis-
simùm si agatur de inualidan-
da renunciatione facta in be-
neficium fratriss? Ad intelle-
ctum Constitutionis, Consi-
tutionem Diua Memoria,
& Pragm. 1. de arbitris. vbi
multa de vita, & militia, etiam
communi iure Feudorum at-
tingantur? 243

Qu. XXXIX.

An primogenitus succedens in
feudo empto à patre, & con-
sequenter nouo teneatur se-
cundogenito dare vitam, &
militiam, an, modò in burgé-
saticis velit succedere!, feudu
ipsum, vel eius estimationem
conferre, an tandem eam om-
nino iure hereditario equa-
lance diuidere? 256

Quæst. XL. & ultima.

An, & quando in feudo antiquo
debeat vita, & militia secū-
dogenitis, si agatur de succe-
sione

sione collateralium, &c an, si standum sit *decisioni* 37. Gi^r zarelli, teneatur primogenitus eius estimationem cōferre ad eruditionem *decisionis ultima Capitū*, pro maiori antecedentis questionis intel-

ligentia, & decif. 38. Rous dilucidatione, ubi vera fera di antiqui, & novi descriptio, attento iure communi feodorum, & Regni Neapolitani.

262



BIBLIOTHEQUE MUNICIPALE DE LYON
262

XVXX



ut quis per se inveniatur a nobis, utrumque a ipsius obiecto etiam est. Quod si non potest utrumque obiectum potest utrumque obiectum esse. Ignoramus obiectum ne auxiliari possit. Et hoc obiectum vel ipsius est, utrumque obiectum possit. Quod si non potest utrumque obiectum potest utrumque obiectum esse.

XVXXI. 2. Nov^o


ut quis per se inveniatur a nobis, utrumque a ipsius obiecto etiam est. Quod si non potest utrumque obiectum potest utrumque obiectum esse.

Quod si non potest utrumque obiectum, absurda est utrumque obiectum. Quod si non potest utrumque obiectum, absurda est utrumque obiectum. Quod si non potest utrumque obiectum, absurda est utrumque obiectum.

XVXXII. 2. Nov^o

adversariam. Et an obiectum ne auxiliari possit. Quod si non potest utrumque obiectum, absurda est utrumque obiectum. Quod si non potest utrumque obiectum, absurda est utrumque obiectum. Quod si non potest utrumque obiectum, absurda est utrumque obiectum. Quod si non potest utrumque obiectum, absurda est utrumque obiectum.

VARIARVM
QVAESTIONVM
FORENSIVM
DILVCIDATIONES
IO. BAPTISTÆ
MVCCII.



SVMMARIVM.

- 1 **D**ispositio l. 2. ff. & C. quod cum eo.
- 2 *Et Pragm. 1. de Senat. conf. Maced.*
- 3 *Status nostra questionis.*
- 4 *Pro cuius prima parte afferuntur virginis argumenta.*
- 5 *Solvuntur rationes adductæ in contrarium à Rouito.*

- 6 *Ratihabitio connalidas contractum.*
- 7 *Filius familias effectus sui iuris dicitur nouus homo.*
- 8 *Verus, & nouus intellectus ad l. 3. §. si quis cum minore, ff. de minor.*
- 9 *Efficax doctrina Bartoli pro nostra sententia.*
- 10 *Infecta prima redice, inficitur derivativa.*

Q V A E S T I O I.

An filius familias factus iam sui iuris ratificans contractum initum, cum sui iuris non esset, gaudeat beneficio l. 2. ff. & C. quod cum eo, & Pragm. 1. de Macedoniano, & an sufficiat tacita ratificatio? ubi multa.

NOVA non est dispositio texius in l. 2. ff. & C. quod cum eo, per quam filij familias in patris commodum obligati non tenentur ultra, quam facere

possunt, deducto ne egeant, modò à paterna hæreditate abstineant. Quod Prætoris beneficium est, cum cæterorum qui per l. duodecim tabularum filij dicantur necessarij hæredes s. sui, infit.

A de

- 2 de hered. qual. Aduenit postremò Regia Pragmatica in ultima compilatione, prima sub tit. de Maced. qua quicunque contractus facti à filiofamilias prorsus nulli redduntur. Hinc exorta est lis inter Doctores, an filiusfamilias pro patre obligatus ratificans deinde factus sui iuris quod antea fecerat, iuuetur beneficio d. l. 2. & locum habeat Regia sanctio? Quo super dubio affirmatiè respondet Reg. Rouit. ad d. Prag. Negatiuè verò Dominus Reg. Donat. Ant. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 145. n. 23. & Reg. Merlin. conr. for. cent. 2. cap. 53. Ego verò abstrahendo à iure Regni nonnulla afferam argumenta pro opinione negatiua, quorum multa iuabant quoque in iure Regni insistendo, vt postremò videbitis. In hac ergo prima quæstionis parte liceat tantummodo verba facere de ratificatione vt sic, qualiscunque ea sit, siue tacita, siue expressa; nam qualis esse debeat, infrà dicam. Filiumfamilias igitur ratificantem cùm sui iuris est contractum per se initum cùm sui iuris non erat despere beneficium d. l. 2. & Pragm. 1. suaderetur his argumentis.
- 4 Et primò ratione philosophica; etenim beneficium hoc conceditur ijs tātūm, qui sui iuris non sunt, ergo non illis, qui sunt sui iuris; alioqui omnes hoc beneficio iuuarentur, & filij, & patres famil. contra totum tit. ff. & c. quod cum eo.

Secundò probatur ex textu in l. Zenodorus C. ad Senat. conf. Maced. ibi. vel sua potestatis constitutus nouatione facta fidem suam obligauit. &c. Nam esse locum decreto amplissimi ordinis rationis est. Quæ verba quidèm explicatione non indigent.

Tertiò ex l. fin. C. cod. vbi maior ætate siue masculus, siue fæmina dotem promittens tenetur stare promissis; & quamvis hoc fauore dotis accidat; at-tamen nos hac lege tanquam medio utimur ad probandum filiumfamilias factum sui iuris non iuuari beneficio, ratione textus. ibi. Nam si spontanea-

voluntate ab inicio liberalitatem suā offensit, necesse est eum, vel eam suis promissionibus satisfacere. Sed cùm filiusfamilias est sui iuris, potens, & efficax est satisfacere, ergo ad id tenetur.

Quartò probatur ex eo, quia in l. 1. S. si pendeat ff. ad Maced. disponitur filium, si is dum non erat in patris potestate, contraxerit cum aliquo sub spe in patriam potestatem reincidendi, iuuari Senatus consulto; secus autem si huiusmodi spes non aderat. ibi. Si pendeat an sit in potestate filius, ut puta quoniam patrem apud hostes habet, in pendi-
te est an in senatus consultum sit commis-
sum; nam si reciderit in potestate, senatus
consulto locus est; si minus cessat: igitur
benè ego infero, cùm filius est sui iuris
sub spe non amplius reincidendi in pa-
triā potestatem, si contractum factū
cum sui iuris non esset, ratificauerit, nō
iuvari beneficio d. l. 2.

Quintò ex l. si filiusfamilias S. si à fi-
lio ff. ad Maced. vbi colligitur tempus
numerationis esse attendendum, non
autem stipulationis, seu mutui. ibi. Si
à filiofamilias stipulatus sim, & patrifamili-
lias factō crediderim, siue capite minu-
tus sit, siue patris morte, vel alijs sui iu-
ris sine capitis diminutione fuerit effectus,
debet dici cessare Senat. cons. quia mutua
pecunia iam patri familias data est. Ex
quo textu Gloss. infert idem dicendum,
si filius stipulatur quod postea emanci-
patus enumerat: igitur si attenditur te-
pus actus enumerationis ex vi stipula-
tionis factæ cùm obligatus sui iuris nō
erat, à fortiori attendendum est tem-
pus ratificationis.

Sextò ex textu in l. sed Julianus S. si
filiusfamilias acceperit, ff. ad Macedonian. ibi. Si paterfamilias factus partem solue-
rit debiti, cessabit senat: consult: nec solu-
tum repetere poset. Ex quibus verbis
quis tam cæcutiens non viderit cessare
beneficia concessa ijs, qui patria sub
potestate viuunt, cùm facti sunt sui iu-
ris? Etenim si ex omnibus Doctoribus
maior iactura censemur solutio, quām
obligatio, si permittitur maior, cur non
per-

permittetur & minor, qualis est ratificatio? Liquet ergo remedium d. l. 2. non operari pro ijs, qui ratificarunt ut patres familias actum factum cum sui iuris non essent.

Septimò probatur ex l. fin. ff. eod. ibi. Si is, cui, dum in potestate patris esset, mutua pecunia data erat, pater familias factus per ignorantiam facti, novatione facta, eam pecuniam expromiserit, si pretatur ex ea stipulatione, in factum excipendum erit. Vnde argumento è contrario sensu, quod in iure nostro nouū non est, dici potest, non concurrente ignorantia aliqua, scilicet de morte patris, aut qualibet alia, prout ibi *Gloss.* illi non dari actionem in factum, nec locum habere beneficium d. l. 2. & rediens *Gloss.* disparitatem cur in casu nostro subdit hic errorem esse in facto, ibi verò fuisse scientiam; & quamuis antea dixisset posse aliam tradi disparitatem, nempe quia in casu d. l. *Iulianus* fuit facta solutio, secus hic, attamen subdit. Item etiam si soluit, dummodò ex alia causa (notate) se crederet debere, non posso cum comprobare: igitur vis disparitatis non in solutione, sed in errore consistit, qui vtique nō interuenit, ex argumento è contrario sensu cefare debent beneficia.

Octauò probatur ex ijs, quæ in l. fin. C. ad senat. conf. Maced. ait *Iuris consult.* qui probans per patris ratihabitionem conualidari contractum initum per filium, in hac prorumpit. Cum nostra nouella lege generaliter omnis ratihabitio prorsus retrotrahatur, & confirmet ea, quæ ab initio subsecuta sunt. Aurea quidem verba ad nostram sententiam consolidandam; etenim si per ratificationē confirmantur quæ ab initio iam fuerunt facta, quis dubitet quin filius sui iuris ratificans contractum non iuuetur beneficijs, quibus dum sui iuris non erat, iuuabatur & eoque magis, quod excipi nequit legem hanc loqui in contractibus. ibi. Postea autem pater ratū contractum habuerit, vbi per ly, postea, denotatur ratihabitionem patris fuisse

post contractum, non in contractu. & si clariora exoptares verba. Sancimus quemadmodum si ab initio voluntate patris, vel mandato filius familias pecuniam creditam accepisset, obnoxius firmiter constitueretur, ita, & si postea ratum pater habuerit contractum, validum esse huiusmodi contractum.

Nonò probatur paritate donationū inter virum, & vxorem, quæ liset ab initio infirmæ sint, per mortem tamèn retrotrahuntur, & confirmantur. l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor: Ergo à pari licet filius familias contrahens iuuetur beneficio d. l. 2. nihilominus si ratificet cùm sui iuris erit, non iuuabitur.

Decimò suadetur ex eo, quia quāvis mulier intra biennium contra se instrumentum faciens iuuetur velleiano, nihilominus non iuuabitur, si post biennium ratificauerit; ergo licet filius familias intra limites patriæ potestatis iuuetur beneficio l. 2. non iuuabitur tamèn post quām patria potestate fuerit solutus.

Decimo primò, quia cum quis incipiens sui iuris esse habendus sit nouus homo per l. 1. & 4. ff. de cap. dim. (loquendo verò de homine ciuiliter sumpto) ac proinde diuersus ab illo, qui erat non sui iuris, iuuari non debet tali beneficio ex eo, quia cōceditur tantum ijs, qui sui iuris non sunt.

Decimo secundò, quia cum huiusmodi beneficium fundatum sit in metu reuerentiali ob à patre dependentiam, cuius intuitu filij familias censentur se obligasse ex regula tex. in l. 1. S. que onerande ff. quar:rer. act. non detur; consequens esse debet, vt, cùm quis sui iuris est, illo non iuuetur, dum cessat metus hic reuerentialis.

Decimo tertio suadetur; nām idē fortassis iuuabitur huiusmodi beneficio, quia ratificatio refert se ad primū contractum, (quæ quomodo se referat, infrà videbimus) sed accedente ratificatione, euaneſcit primus. argumēto l. 2. C. de nouationibus. ibi. Ex contra-

Et si pecunia credita actio inefficax dirigiatur, si delegatione rite facta iure (notariate) novationis venturior contractus euanuit; ergo non iuuatur.

Decimo quarto ex *tex. in l. 1. C.* si ma. fact. rat. hab. ibi. Si inter minores quinque, & viginti annis vel scriptura interposita, vel sine scriptura facta sine dolore diuisio est, tamque post legitimamatem ratam fecerint, manere integrum debere conuenit. Ad cuius textus explanationem sat credo reçensere textum sequentem, & sic probatur

Decimo quinto ex *l. 2. G. eod. ibi.* Qui post vigesimum quintum annum aetas ea, que in minore aetate gesta sunt, rata habuerint, frustra rescissionem earum postulant.

Decimo sexto probatur paritate, matrimonij inualidi, quod conualidatur novo consensu adhibito tempore, quo cessauit causa impediens; ut patet in *l. & si contra C. de nuptijs.* ibi. Et si contra mandata Principum contractum sit in provincia, consentente muliere, matrimonium; tamen post depositum officium, si in eadem voluntate perseverauerit, iusta nuptia efficiuntur, &c.

De anno septimo, quia cum ex vulgaribus iuribus per ratificationem quaelibet nullitas purgetur, licet fuerit nulla ab initio filij obligatio, purgabitur tam per ratificationem, prout infra explicabo.

Decimo octauo ex *l. licet, ff. de iudicij. ibi.* Licet verum procuratorem in iudicium non deducere verissimum est; tamen, & si quis cum procurator non esset, litem contestatus sit, deinde ratum dominus habuerit, videtur retro res in iudicium recte deducta, igitur quamvis ab initio filius familias iuuetur beneficio d. l. 2, nihilominus, cum erit sui iuris, quia vel contractus retrotrahitur, vel de nuo inducitur a se tamquam Domino, non iuuabitur.

Decimo nono ex *l. si tamē sciente, ff. ad sen. conf. Maced.* ubi si pater iussit filio credi, sed deinde voluntarem mutarit, ignorantre creditore, non erit lo-

cus senatus consulto, quia contractus initium attenditur. Quare infero ego è contra. Si filius familias ratificaverit contractum cum sit sui iuris, non ignorantre creditore, valebit contractus, quia si in casu d. l. si tamē pater mutasset voluntatem, non ignorantre creditore, non attenderetur contractus initium, ergo neque in casu nostro.

Vigesimo tandem probatur ex optimo textu in *l. 3.* S. si quis cum minore, ff. de minor, ibi. Si quis cum minore contracterit, & contractus incidet in id tempus, quo maior efficitur, verū initium spectamus an finem? & placet, ut est constitutum, si quis maior factus comprobauerit quod minor gererat; restitutionem ceſare.

His ita evidenter, ut arbitror, firmatis, reliquum est, ut Rouiti argumenta soluamus. Et quidem non obstat, l. si procuratorem, ff. mandati, ibi. Vniuersus enim contractus initium spectandum esse, & causam. Etenim non negamus nos in contractibus non esse spectandum initium; dicimus vero per ratificationem conualidari primum contractum. Qua pro re fingamus Tertium filium familias contrahentem cum Mœvio; hic contractus vtique infirmus est; sed efficiatur is sui iuris, reconualescet ne contractus ille è non vtique, & tamē contractus factus ab aliquo, qui sui iuris est, validus redditur; ratio igitur videtur esse, quia in quibuscumque contractibus attenditur initium. Unde si ab initio inualidi sunt, in eadem inualiditate perseverabunt imposterū. Sed finge Tertium ratihabentem contractum, cum sui iuris est, talis contractus vtique validus erit non vt ab initio factus, neque vt perseverans, sed vt pululans ex novo consensu, qui nouum constituit contractum, & ita reddi debet validus, ac si nunquam prior contractus praecessisset, cum ego, vt verum forear, nullam videam disparitatem, quæ subtilialis sit, præter quam quod ex iuribus suprà relatis id latius, superque vidisti; & ita explicandus est quo-

quoque textus in l. 1. S. non solum, ff. de-
positi, vbi initium contractus spectan-
dum videtur.

Nec obstarre poterit, l. Pomponius la 2. ff.
de negotijs gestis. Casus est, si ego
pupilli, vel filij fam. negotia gessi per-
seuerans in administratione, postquam
sui iuris effectus est, non possum illum
conuenire, nisi in quantum facere po-
test. Ast finge me non merè perseue-
rare, sed denuò incipere de eius man-
dato negotia gerere, gaudebit ne ille
tali beneficio? Non ita, ratione videli-
cet, qua suprà; cum in hoc secundo
casu nouus quasi contractus sit, in pri-
mo verò perseverantia prioris. Ad
quam explicationem recensere placet
textus verba. Pomponius lib. 26. in gestis
negotijs initio cuiusque temporis condic-
tionem spectandam ait. Quid enim inquit,
si pupilli negotia cœperim gerere, & inter-
moras pubes factus sit, vel serui, aut filij-
fam. & interea liber, aut pater fam. effe-
ctus sit? & hoc verius esse didiçi, nisi ab
initio (notate) quasi unum negotium ge-
sturus accessero, &c. vbi perseverare sē-
pér idem moraliter esse dicitur. Non
sic in casu nostro, in quo non merum
perseuerare est.

Obijcit præterea l. 3. C. ad Maced.
ibi. Origo enim potius obligationis, quām
titulus actionis considerandus est. Sed
textus hic quantum nostræ sententiæ ad
hæreat, nemo est qui non videat. An-
ne ratificatio non habetur vt noua
obligatio? consulite textum in l. 2. C. de
nouation. in l. 1. & 2. C. si maior fact. rat.
bib. quoru[m] dispositiones suprà retuli-
mus.

Neque similiter officit l. si uxor C. ad
Velleian. ibi enim attenditur contractus
initium, quia semper interponitur mu-
lieris persona, quæ Velleiano iuuatur.
Hæc sunt verba textus. Si uxor pro ma-
rito contra Senatus Consultum (notate)
intercessura te rogauit mandatorio nomi-
nac, vt pro ea tuam fidem obstringeres, ini-
tio contractus per exceptionis auxilium
obligationi tue adhaesit securitas. Ex qui-
bus apparet semper idem perseverare

mandatum personæ privilegiatae vt sē-
pér talis. Non sic se habet res in casu
nostro, vbi cùm quis sui iuris effectus
ratificat, non amplius eadem dicenda
est persona, sed nouus homo ex ele-
ganti textu suprà citato in l. 1. ff. de cap.
dimin.

An autèm obstaret l. si tam enff. ad sen.
conf. Maced. videndum est ex 19. argu-
mento pro nostra sententia adducto.

Ad textum autèm in l. unica C. de im-
pon. lucrat. de scrip. lib. 10. circa finem
in verb. primord. quia Glos. eundem ap-
plicat intellectum, quem ad l. si Procu-
ratorem, ff. mandati, eandem nos appli-
cemus oportet responsionem, quam
suprà, sicuti quoque ad l. cum filius §.
hares meus ff. de leg. 2.

Obijcit insuper Ronit. sex. in l. 3. §. si
quis cum minore, vers. minor 25. an-
nis, ff. de minor; ibi. Minor 25. annis im-
mixcerat se paterna hæreditati, maiorq;
factus exegerat aliquid à debitoribus pa-
ternis; mox dej. erabat in integrum resti-
tui, quo magis abstineret à paterna hæ-
reditate, contradicebant ei, quasifactus man-
ior comprobaſset quod minorisibi placis-
set, putauimus tamèn restituendum in in-
tegrum, initio inspecto; idem pato, si
alienam adiit hæreditatem, igitur, inquit
ipse, cum per immixtionem censeatur
quis hæreditatem adiisse, si is se immi-
scuit hæreditati paternæ cùm sui iuris
erat, comprobauit anteà factum, & ta-
mèn locum habet restitutio, ergo idem
dicendum est in casu nostro.

Conuincens profectò argumentū pri-
ma facie, quod diu me anticipem redi-
didit, sed ex vigesimo argumento su-
pra ex posito nemo est, qui non colli-
git in herba anguem latere. Ut ergo
ad solutionem deueniamus, liceat Phi-
losophiam induere, ne veritate exua-
muri imbuti doctrina Glos. lic., quæ pro
nostra sententia stare videtur afferens
casum d. l. ideo sic se habere, quia
quiq; exigendo à debitoribus exigit in
consequentiam, vt in captione rema-
neat.

Verum vt distinctè procedamus, sup-
po-

6 VARIAR. QVÆSTION. FORENS.

ponendum est diuersimodè considerandas fore ratificationem respectu contractus, & à debitoribus exactiōem respectu aditionis hæreditatis; Etenim cùm quis hæreditatem adjit, & deindè à debitoribus exigit, exactio illa vtpotè actus aditionis refert se vt effectum ad causam, videlicet ad aditionem ipsam, sine qua exigere haud posset. Vndè exigēdo comprobat quidē tacitè hæreditatis aditionem per actum, qui vt effectus emanat ab ipsa aditione vt causa. Cùm autēm quis exp̄ressē ratificat, videtur comprobare contractum, sed non per actum, qui censeatur effectus illius contractus; Nām effectus contractus esset vel debitorum solutio, vel exactio &c. sicuti loquuntur de aditione. Restet ergo firmum exactiōem à debitoribus se habere vt effectū dependentem ab aditione hæreditatis; non sic autēm ratificationem respectu contractus. His positis, nulli dubium est, quin in casu legis comprobatio aditionis per actionem nulla sit vtpotè proueniens ex causa imperfecta, qualis erat aditio hæreditatis tempore, quo minor erat. Vndè, comprobato actu nullo, ex vulgatis iuribus ipsa comprobatio nulla erit; & vt ad subtilius accedamus examen, supponere liceat hic esse reperire actum, qui se habeat vt principaliter venientem, & actum qui se habeat vt effectum aditionis, vt diximus in contractu, vbi effectus esset solutio; actus verò principalis ratificatio; Nām cùm quis à debitoribus exigit, exactio illa, vt iam vidimus, considerari debet tāquam effectus aditionis, ex quo necessariō resultet tacita comprobatio, sed hæc tacita comprobatio refert se necessariō ad actum nullum, scilicet ad solutionem, quæ nulla est, vtpotè referens se ad causam pariter imperfectam, qualis erat aditio hæreditatis tempore minoris aetatis, aduersus quam petitur in integrum restitutio. Eset verò valida huiusmodi comprobatio, si exp̄ressē fieret, quia tunc noa referret se vt effectum ad causam,

sed vt actum principalem, sicuti numerus ternarius ad binarium refertur; Vndè noua diceretur aditio, & subintraret aurea Doctrina Bartoli in l. obseruare ff. de off. procons. n. 4.

Hanc ergo doctrinam casui nostro applicemus, & sic deueniamus ad secundum caput in titulo questionis propositum contra Reg. Merlin. lib. 1. contr. Forens. cap. 39. n. 42. Sed duos status ad maiorem intelligentiam placet distinguere; Etenim vel loquimur de iure communi, vel de iure Regni. Si de iure communi, certum est ratificationem, siue ea fiat exp̄ressē, & consequenter per actum principalem, siue tacitè, & sic per actum, qui se habeat vt effectum, semp̄ē reddi validam, quia quoquo modo sumatur refert se ad actum validum, dum contractus initii per filios familias nulli non sunt, quamvis ij teneantur quoad possunt. Si autēm loquamur de iure Regni, & tunc vel ratificatio fit exp̄ressē, vel tacitè. Si exp̄ressē, valida erit, quia illa habetur vt actus principalis, nec dependens à primo contractu, & consequenter operatur ex nunc pro tunc, non autēm ex tunc prout explicant Doctores ex Doctrina Bart. in d. l. obseruare, qui vult, quod quando mandatum aliquo iure non valet, ratihabitio non retrotrahatur, sed faciat, vt acta valeant ex nunc, non ex tunc. Vel ratificatio fit tacitè, & iam militat argumentum partitatis adductum hic à Ronito, quia ille actus referret se vt ad causam nullam, & consequenter nullus esset, quod nos vtrō concedimus. Rationem autem, cur comprobatio tacita non faciat acta valere ex tunc, suprà vidistis, quia videlicet illa comprobatio tacita necessariō oritur ex actu expresso, qui habetur vt effectus; si igitur effectus est nullus, nulla est comprobatio, sed nullum esse effectum clare patet, vtpotè qui prouenit ex causa imperfecta, & nulla, qualis est contractus initius per illū, qui sui iuris non erat, vigore Regia Pragm. 1. sub tit. de Maced. & hæc iuridicē,

dicē, & philosophicē pro huius argumenti solutione tetigisse satis.

Obiecit præterea *Rouitus* tex. in l. si id quod §. si filius familias ff. pro socio, ibi, Si filius familias societatem coserit, deinde emancipatus à patre fuerit, apud *Iulianū* queritur an (notate) eadem societas dureat, an verò alia sit, si forte in societate post emancipationem duratum sit. *Iulianus* scripsit eandem societatem durare; ini-ziū enim in his contractibus inspiciendū, duabus tamè actionibus agendum esse, una aduersus patrem, altera aduersus filium. Hinc *Rouit.* lequitur *Gloss.* dicen-tem filium posse conueniri tantummodo in quantum facere potest, deducto ne egeat. Sed textum hunc non ob-stare ad euidentiam ostendit. Primò quia is non tollit aduersus filium actionem, & ex textu ipso deberet probare *Rouitus* hanc actionem intelligi in quā-tum filius familias potest. Secundò, quia textus ait durare societatem, non induci nouam aliam. Vnde non elidi-tur nostra assertio, quæ nouam obliga-tionem ex expressa ratificatione digno-scit. Imò videtur textus hic nostram sententiam quoad secundum caput fir-mam reddere, dum per tacitam com-probationem filius familias beneficia-sibi debita non perdit. Et ratio ratio-nis est, quia cum per Theologos, Phi-losophos, & Iurisconsultos conseruatio sit iecun la productio, ista secunda pro-ductio eodem morbo laborat, quo prima. Vnde valet argumentum. Prima est inualida, igitur & secunda. Quapropter exorta est regula, vt, infecta primitua-10 radice, inficiatur & altera deriuatiua. ex *Bald.* in l. fin. de verb. sign. & cap. 1. §. & quia, de his qui feud. dare poss. Affl. in const. Regni in aliquibus n. 13. & 14. & decis. 96. n. 3. Non sic autem se habet res in expressa ratificatione, quæ, vt vidi-mus, non dependet à prima obligatio-ne vt causa, & sic suum illi morbum communicare nequit.

Tandem, vt huic quæstioni iter clau-damus, afferit *Rouit.* se sic obtinuisse in §. C. sed hoc neque officit, primò quia

ex iuribus ab ipso relatis, vt vidistis, Sa-cer ille *Scnatus* in illam videtur iuissententiam ductus à tacita comproba-tione. Casus enim fortasse fuit de filio-familias tacite comprobante. Cæterū nescio an *Rouitus* potuerit sic indistin-ctè S. C. in authorem laudare. Secun-do quia contrarium decisum refert *Paschal.* de vir. patr. potest. part. 1. cap. 6. à n. 123. In quam quoque sententiam inter cæteros nouissimè pedibus iuere *Domi-nus Reg. de Marinis*, lib. 1. resol. quot. cap. 145. *Horat. Montan.* cap. 38. & *Reg. Merlin.* contr. for. cent. 2. c. 53. quamvis isti in tacita ratificatione nobiscum nō conueniant, sed alijs medijs quæstio-nem hanc trutinent.

S V M M A R I V M .

- 1 **R** Efetur prima sententia.
- 2 Refertur secunda.
- 3 Questionis dispositio.
- 4 Exponuntur dicta à Carauita.
- 5 Quoties lex non exprimit rationem, de-bemus uti ratione naturali.
- 6 Exponuntur dicta à Merlino.
- 7 Regia pragmatica non supponit filios fa-milias inhabiles, sed inualidat tantū-modo actum.
- 8 Filiis familias ad quid sint inhabiles?
- 9 Statutum interpretandum est, ut minus ledat eius commune.
- 10 Donatio causa mortis habet naturam ul-time voluntatis.
- 11 Difference inter autoritatem, & con-sensem.
- 12 Que explicatur in casu nostro.
- 13 In bonis, in quibus pater usumfructum non habet, retinet tamè commodita-tem.
- 14 Exponuntur dicta Rouiti.
- 15 Et Domini Reg. de Marinis.
- 16 Non potest quis esse fibi ipse author.
- 17 Refutatur opinio Carauitæ.
- 18 Contra quem referuntur verba. Icumi non solùm §. ipsum autem C. de bo-nis quæ liberis.
- 19 Pater tenet alere filios inopes quamvis emancipatos.
- 20 Sen-

- 20 *Sententia Caravita non bene impugnat à Rouito.*
- 21 *Neque eliditur ex ijs, que afferit Dominus de Marinis.*
- 22 *Refutatur sententia Merlini.*
- 23 *Regia Pragmatica quamvis non supponat filios atiundē inhabiles, illas tamē tales reddit.*
- 24 *In filio clero adhuc consideratur patris interesse.*
- 25 *Solnuntur argumenta Merlini.*
- 26 *Referetur opinio cuiusdam recensoris Dætoris.*
- 27 *Malum ex singulis defectibus, bonum ex integra causa.*
- 28 *Refutatur illa opinio.*
- 29 *Rejicitur sententia Rouiti.*
- 30 *Non officere Dicta Domini de Marinis demonstratur.*
- 31 *Proponitur primum authoris dictum.*
- 32 *Ad quod varia adducuntur argumenta.*
- 33 *De iure communi permissa fuit filiorum venditio.*
- 34 *Non agnoscentes patres egenos peccant contra Reverentiam.*
- 35 *Filiij ut patres alant, tenentur vivere in saculo.*
- 36 *Plus patri, quam patria debemus.*
- 37 *Potius tenemur alere patrem egenum infidelem, quam quilibet fidem.*
- 38 *Non potest filius in patris præiudicium iniuriam sibi illatam remittere.*
- 39 *Qualis debeat esse patria potestas probatur ab exemplis.*
- 40 *Interesse patris licet non consideretur à Pragmatica principaliter, venit tamen in consequentiam.*
- 41 *Demonstratur ad secundum dictum.*
- 42 *Concluditur locum non habere regiam Pragm. sed recurrentem ad ins communem.*

Q V A E S T I O I I .

An dispositio d. Pragm. locum sibi vindicer in filiosfamil. contrahente in patris beneficium?



Abet & lex nostra diuinatores, qui varia fabricantes figmenta, ea decidunt, quæ vix fingunt. Vnde ad d. Pragm. mentem interpretandā hoc usque scissos reddidit diuinandi ars sublimiores iuris interpres, qui, vt vera dignoscerent, dubia adhibuere. Ego igitur Nouæ Egyptij Haruspex doctorum manus, ne dicam argumenta inspicio, ea explanabo, tūm vt, quæ diuinarunt, patetiant, tūm etiam, vt ipse quoque diuinando figuram efformem, ex qua vel nihil falsi, vel aliquid veri colligam. Quare sicuti ex dissonis canentium vocibus concors pullulat discordia, variisque inter se contrarijs elementis perfectus orbis construitur, sic ex sententiarum varietatibus perfectam super dubio veritatē eruēdā credo. Diuino an-

nuente Numine, cui vt primæ, infallibilique veritati rude meum subiçiam ingenium oportet, vt verè diuinem quæ probare arbitror.

1 In duas ergo sententias abierte iuris interpres; nonnulli enī sunt arbitrati filiumfamilias contrahentem in patris beneficium validè contrahere, imò non opus esse vt expressè pater consensat vigore Regiae Sanctionis, quæ ideo expressum requirit consensum, ne ullū circa interesse patri præiudicium inferatur. Quare varia traduntur statuta, & decisiones à Reg. Merl. contr. Forens. cent. 2. cap. 99. & 100. sequuto sententiam Caravita super Pragm. I. de Maced. §. 5. n. 15.

2 Alij verò dixerunt, stante hac Pragm. nullum iam esse contractum initum per filiumfamilias in patris commodum ea ratione; nām cum finis Pragm. sit personas filiorum integrare, ne scilicet ij cu-

ij cupiditate ducti omnes explendi luxus, bona dissipent, si possent ad patris beneficium obligari, cum pater sibi ipsi authorari nequeat, vrgeret quoque dissipationis timor, ad quem euitandum statuit *Regia Pragm.* in huiusmodi contractibus per filiosfamilias celebrandis cum cæteris extraneis, essentialiter requiri expressum patris cōsensum, & præsentiam, poenam imponendo tabellionibus, qui aliter contractus efformarent, illos nullos declarando. Sic contra citatos sentierunt *Reg. Ronit.* super d. *Pragm.* nu. 52. & *Dom. Reg. de Marin.* resol. quot. lib. 1. cap. 145. n. 3. qui alios cumulant.

3 Ego verò ad vberiorem quæstionis ornatum, & intelligentiam, compendiosè referam, quæ vtriusque sententiæ sectatores dixerunt; postea eorum dicta singillatim examinabo, quibus refutatis, adducam breuitè cuiusdam sententiam, qui, vt efficaciùs diuinaret, vtramque amplexus est opinionē duplice pugnando marte, sed vnico illum medio redarguam, & postremò duo exponam dicta, quorum vnum ad diuinandum quoque inferuiet, ad firmam doctrinam eruendam alterum, vt quisque melius veritatem dignoscēs meos videat errores, non vt illos sectetur, sed impugnando corrigat, quos quidem reperire erit in tam ardua quæstione, quæ primos ingeniorum apices, & primæ notæ doctores scissos reddidit.

4 Afferit ergo *Caranita* huius *Pragm.* rationem esse ne patres vllum patiantur interesse in eorum bonis, cum cæteroqui filij voluntate tantummodo, nec ratione ducti, quid operetur ignorant. Vndè accidit, vt multoties dampnum patiatitur. Hoc probat ex eo, quia si filiusfamilias esset emancipatus, vel seorsim à patre viueret, vel tandem, illo consentiente, contraheret, vtique liberè contraheret, ea profecto ratione, quia tunc nullo modo patris interesse consideraretur; Nam si contraheret vt emancipatus, vel vt seorsim à

patre viuens, contraheret tanquam sui iuris, si patre consentiente, videtur pater nullum pati interesse, ex eo, quia consensum præstitit, igitur ex hoc probari inquit formalem huius *Pragm.* rationem esse, ne miserrimi patres vllum patientur damnum; sæpè enim contineret vt filios, omnibus bonis dissipatis, pater alere cogeretur. Et impugnando *de Nigris* dicentem finem *Pragm.* nō minùs fuisse attendere interesse patris, quam Reipublicæ, ait eius rationem, non subsistere vtpotè deductam ex eo, quia alioqui sequeretur filiumfamilias liberè posse contrahere supèr bonis castris, vel quasi, supèr quibus pater nihil prætendit, si publica utilitas attendi non deberet. Etenim libenter concedit d. *Pragm.* non habere locum supèr dispositione bonorum castris, vel quasi, cum filiusfamilias tunc habeatur vt paterfamilias, *inst. quibus non est perm. fac. test.* Quarè ad tot euitandas correctiones ex l. *principius C. de appell.* dicendum afferit *Pragm.* hanc loquentem de filiisfamilias locum non habere in ijs actibus, in quibus filiisfamilias vt patres habentur. Concludit denique totum hoc suaderi ex eo, quia quotiescumque lex non exprimit rationem, nulla alia est consideranda, quam allata, ergo illa assignari debet, cum secùs nil mirum sit si huiusmodi sanctionis conditores rationem non expresserint, cum iam viderint præfatam in promptu esse, & ideo tanquam expressam eam voluerint. Sic diuinans discurrit in d. *S.* quod confirmat in §. 9. nu. 26.

6 Sed *Reg. Merlin.* *contr. forens. cent. 2.* cap. 99. hanc quæstionem trutinans supponit ex autoritate *Praesidentis de Franchis in decis. 72. d. Pragm.* non inhabilitare filios contrahentes absque patris consensu, sed actum tantummodo invalidare, si fortassis ille non factus sit sub forma, quam Tabellionibus certa sub poena tradit; Quo supposito, ad perfectam quæstionis intelligentiam aduertit filiosfamilias inhabiles reddi

ad ultimæ voluntatis actus condendos, etiam parentum consensu accedēte ex dispositione *tex. in l. qui in potestate, & l. filius familias ff. qui testam fac pos. non autem ad contrahendum l. filius famil. de act. & oblig.* cum concordantibus, præter quām in mutuo, & voto l. i. ff. ad Maced. l. si quis rem §. voto ff. de pollit. Quam iuris communis dispositio- nem non esse à iure Regni immutatam multis probat. Primò quia cum statuta propriissimè intelligenda sint l. 3. S. bac verba, de negotijs gestis, ita, vt in ijs stricta fieri debeat interpretatio. l. con stitutionibus, ff. ad municipal. ne ius cō mune corrigatur l. 2. C. de noxalibus, dicendum est non esse filius familias sub latam habilitatem contrahēdi, quo tiecūque ex ressè non constat de tali in habilitate. Secundò quia semper statutum ita interpretandum est, vt per illud substineatur actus, qui de iure cō muni validus censemur, Tertiò quia si ista Pragm. requireret aliam personam ad filium familias integrandum, debe ret supponere illum aliundè inhabilem ad contrahendum. sed vbinam ista inabilitas? Non reperitur in iure cō muni, imò potius habilitas ad contra hendum, non in iure Regni, ergo nullibi. Neque dici potest reperiri cautū de iure communi, vbi prohibetur filius familias donare cāusa mortis. l. tam is §. fin. de donat. caus. mort. Nam respon det Merlin. donationem illam non ha bere naturam contractus, sed ultimæ voluntatis ex tex. in princ. Instit. de dona tion. vbi Gloss. l. fin. C. eod. l. sicut ff. locati, & alijs, prout ibi. Et ad eruditonem duo tanquam inter se diuersa distinguit, au thoritatem, & consensum; consensum ad priuatum commodum extendit, au thoritatem verò ad publicum, quamvis quandoque consensus, vbi agitur de supplenda personæ inhabilitate, autho ritatis naturam assumat. ex quo discrimine assignato inducit per doctrinam Baldi, patrem posse consensum præsta re in contractibus filius familias ad ipsius commodum.

12 Vnde infert consensum in contractibus requisitum haberi tanquam super re priuatum commodum connotante respectu consentientis; consensu verò, qui in donationibus requiritur, haberi vt authoritatem, dum connotatur inhabilitas filiorum à legibus insita, ac proindè consideratur publica utilitas. Ad quam rem explicat varia statuta, quæ personarum defectum, non cōsentientiū commodum intendunt. Vl teriū de morè subtilissimè afferit au thoritatem quandoque ad sui commodum præstari, vt in casu l. si consul. ff. de adopt. cum concord. & ex his conclu dit eundem consensum, siue authoritatem (ne de mero nomine dispe mus) qui ad filij personam integrandā præstatur à patre, posse ab eodem ad suum commodum præstari, sicuti acci dit in contractibus, in quibus, cū nulla super filij persona inhabilitas considerare sit, paternus consensus non præstatur, vt, qui inhabilis non est, habilis reddatur, sed vt merum patris cōmodum habeatur præ oculis, neque illi præiudiciū aliquod inferri queat. Quarè afferit ex his Pragm. finem fuisse patris interesse, cum nullus consideran dus sit casus, in quo patris non inter sit bona filij conseruare, eumque diuitem fieri, vt potè qui vna, & eadem patris persona censemur, cum cætero qui illum inopem teneretur alere. l. non solum §. ipsum autem C. de bonis que lib. quamvis emancipasset (quod nota ad quæstionis veritatem postremò indagandam) eoque magis, quia pater filio ab intestato succedit, & ex testamento saltē quoad legitimā. Et quāvis pater multis in bonis vsumfructum non habeat, habet tamen eorum cōmoditatem, prout decisum in S. R. Col lateralī consilio testatur de Franch. decis. 161. n. 8. ex quibus appetit semper patris interesse locum habere, præcipue cum ex Bald. vbi cūque aliquod oriri potest præiudicium, si quis consentire debet, consensus intelligatur requisitus solummodo ratione præiudicij, vt est casus

casus in l. non solam s. ipsum autem vers. filiis autem famil. C. de bonis quae liber., quam textus rationem inquit fuisse motuum statuentium, eo magis, quod vbi cunq; expressus consensus requiritur, id accidit propter patris interesse, vt patet in donatione causa mortis, vbi ad hoc vt filius possit mortis causa donare in patris præiudiciū, necessarius est expressus ipsius consensus. Ex his ita firmatis deducit in cap. sequenti consensum requisitum per nostrā Pragm. nullatenus requiri ad filij personam integrandam, sed tantummodo ne ex tali obligatione patri præiudicium inferatur, primò quia d. Pragm. loquitur tam de filiofam. maiore, quam minore, & tamèn maiores assolent esse integri, sanique iudicij. Secundò quià si attenderetur persona filij integranda, posset contractus fieri sine patris consensu, sed cum iuramento, quod non accidit in casu nostro, vbi huiusmodi contractus nulli redduntur, prout sic practicari firmat. Tertiò quià hinc quoque sequeretur nullum patri præiudicium. inferri, quod falsum esse hucusque probatum fuit. Descendit deinde ad refutanda duo argumenta, quorum primū est delumptum ex præsentia, & consensu patris, quæ duo actualiter interuenire debent, &c, si attenderetur patris interesse, posset pater etiam post actum assentiri. Ad quod responderet ipse fusissimè probans non opus esse, vt simul iunctim interueniant, & dato, quod necesse sit, ait non induci quod aduersarij prætendunt, cum pater nequeat aliter facere, ac lex disponit ex rex. in §. penult. inst. de mil. testam. Secundum verò desumitur ex metu reuerentiali, quem ipse eneruat, quotiescunque enormissima læsio non adest. Quibus omnibus benè, & fusissimè probatis, concludit filiumfamilias contrahentem non subiacere dispositioni d. Pragm. & consequenter in huiusmodi contractu non requiri patris præsentia, & coniensem, cum in tali casu non interueniat patris interesse, imò potius utilitas.

14 *Rouitus autem n. 5 i. impugnans Carauitam* ait falsam esse rationem ab ipso assignatam; Etenim si Pragm. finis fuisse patris interesse, non inualidasset hæc omnino contractus à filijsfamilias celebratos ita, vt nec post patris obitum iij possent conueniri, sed dispositionem restrinxisset tantum, viuente patre, vel declarasset nullum fieri præiudicium. usi fructui, cæterisque patris iuribus. Vnde illam reijciens afferit formalem huius Pragm. rationem fuisse ne filijsfamilias luxu ducti eorum bona dissiparent, pro qua statutum in *Catalonia Principatu* vigens adducit, nec non plurimum Doctorum authoritates; prout ibi. Ex quibus descendens ad bona castrænsia, vel quasi, ait Pragm. dispositionem non includere contractus super illis bonis, non probari ex eo, quia pater nullum in casu hoc patitur interesse, sed quià filijsfamilias in ijs vt patresfamilias æstimantur. Quod ideq. Carauita faretur in d. §. V. Et ad confirmationem utitur ratione ponderata à Cancer: non verisimile scilicet esse filium, qui bona castrænsia, vel quasi adeptus est, falsis persuasionibus induci ad dilapidandum. Vnde contrahens semper presumitur contrahere in causâ castrænsem, vel quasi, & sic cessat metus dissipationis, & consequenter Regia Pragm. dispositio, quæ filijsfamilias personam integrandam tantummodo considerat. Ex quibus concludit filiumfamilias non posse obligari pro re ad patrem spectante, illo præsente, & consentiente, quia non cessat timor dissipationis, præcipue cum in omnibus contractibus per filiumfamilias gestis in patris commodum soleat interuenire metus reuerentialis, qui semper à iuribus præsumitur ex regula textus in l. i. §. onerande, ff. quarum rerum actio non detur. Eoque magis, quod nostro in casu negari nequit læsio, quæ resultat ex fideiussione, & obligatione contracta pro soluenda pecunia non ipsi, sed patriacquisita, dum minor eo ipso, quod fideiubet, læsus dicitur ex Affl.

decis. 222. sub n. 8, & alijs. Vnde adsum metus reverentialis, & læsto, ergo contractus prorsus invalidatur. Hęc *Rouitus*.

15 Tandem *Dominus Reg. Donas. Ant. de Marin. Rouitum* sectans, alijs verò medijs *Carauitam* impugnans asserit nullū contractum considerari posse initū per filiumfam. qui patris interesse respiciat. Vnde concludit non fuisse hunc statutum animum. Quod probat ex eo, quia vel filius contrahens consideratur cum peculio, vel sine peculio. Si sine peculio, vbinam patris interesse? Si cum peculio, hoc vel est profectitum, & quia tām vſusfructus, quām proprietas patris est, nullum consideratur interesse, cum si filiusfamilias contraheret; & alienum contraheret, & sic creditor non posset supèr hoc peculio sibi de credito satisfacere. Vel est castrēse, aut quasi; & in hoc neque est considerare patris interesse, cum de illo plenè possit filiusfamilias disponere. Vel deniqvè aduentitium, & neque in hoc; etenim cum vſusfructus plenus sit p̄enes patrem, filius contrahens nullum potest patri præjudicium inferre, cum semel patri acquisitus auferri nequeat ex l. fin. §. *filij autem famili. C. de bonis que lib.* Quarè concludit quod, cum nunquam patris interesse sit considerare, *Regia Pragm.* finis non sit vitare patris interesse, sed integrare filiorumfamilias personas. Vnde cum pater

16 in facto proprio sibi ipsi authorari nequeat. l. i. §. *fin. de ant. tutor. l. nullus C. de ind.* remanet filij persona non integrata, & consequēt nullus contractus, ad quem conualidandum requisiuit *Regia Sanctio* patris personam. Et sic contractum initum per filiumfamilias pro re ad patrem spectante, valere inquit, attento iure communi, non dispositione *Pragm.* qua stante, omnino nullus reddi debet. Hęc sunt *Domini de Marinis* argumenta, quibus omnibus explanatis,

17 Dico errare quidē primò salua eius pace, *Carauitam*, in *Pragm.* ratione

assignanda. Etenim argumentū, quod ipse adducit, contra se retorqueri potest. Qui si asserit filiumfamilias emancipatum, vel viuentem seorsum à patre, vel patre consentiente, contrahētem, liberè contrahere, ea scilicet ratione, quia tunc nullo modo patris interesse consideratur, dicam ego filiūfamilias, quamvis emancipatum neque liberè contrahere, cum isto in casu etiā patris interesse sit considerare. Näm si patris interesse est respicere filij inopiam, quam ipse ex contractu aliquo contraheret, vnde illum inopem alere

18 teneretur ex *tex. in l. cum non solum §. ipsum autem C. de bonis, que liberis.* ibi. *Ipsum autem filium, vel filiam, filios, vel filias, & deinceps alere patri necesse est, non propter (notate) hereditates, sed propter ipsam naturam, & leges, que & à parentibus alendos esse liberos imperaverunt, & ab ipsis liberis parentes, si inopia ex utraque parte veritetur. Si Baldo creditus in l. unica n. 11. C. quando non petens par, dubium non est quin textus hic ad filios emancipatos extendatur; & iure quidē, cum per emancipationem na-*

19 turæ iura non soluantur. Vnde quod ipse asserit, filiosfamilias videlicet contrahere posse super bonis castrensis, vel quasi, nescio an substineri queat in eius sententia, dum ratio inopie adhuc militat, & super illis bonis adhuc pater interesse habet, commoditatē scilicet, quamvis non vſumfructum, argumēto decisionis relatæ à *de Frach.* in *decis. 161. n. 8:* Quod *Reg. Merlin.* cōfirmat in *d. cap. 99. n. 34.* Quare ex ipsiusin dictis eius opinio refutatur, & ni fallor, euidentē, cum alioquin certum sit emancipatos non subiacere dispositioni d. *Pragm.* neque proinde eos, qui de castrensis, vel quasi disponūt, vt postremò firinabo, nec ipse negat.

20 Reliquum est modò vt videamus an *Carauita* sententia benè impugnetur à *Rouito & D. de Marin.* qui *Pragm.* finē filij personam integrandam voluerunt. Et quidē opinor *Rouitum* non ad rem contra *Carauitam* insurgere; nam ideo ait

ait ipse *Pragm.* non potuisse attendere patris interesse, quia si illud attendisset, contractum non inualidasset omnino, sed eius dispositionem, patre tantum viuente, restrinxisset, vel salte declarasset nullum fieri præiudicium vñi fructui, cæterisque patris iuribus. Ast vnde probat ipse opus fuisse, vt sic *Regia Pragm.* disponeret? Ne autem Rouitum vnica stringamus interrogatione, dico *Pragm.* sic disponeret oportuit. quia cum patris interesse erga filium adeo priuilegiatum sit; vt præcæteris æltimari debeat, dum à iure naturali originem trahit, & personarum quasi identitatem respicit, conueniens erat, vt qui, eo non explicito, contraheret, frustrè contractus subsistentiam expolceret; præcipue ne super illo liquidando nouæ in patrem lites mouerentur à contrahentibus, & filiorum, creditoribus. Non ergo sat erat, vt declaratum fuissest à d. *Pragm.* nullum, inferri ex huiusmodi contractibus præiudicium vñi fructui, cæterisque patris iuribus, cum inter cetera iura illud vñique sit, prouidere vt filij diuites sint, nec ad inopiam vergant. Vndè huic iuri derogaretur, si viuente tantum patre contractus suspendisset *Regia Sanctio*, dum viuens certus fortassis, vel saltem rationabilitè dubius de futura filiorum inopia ex aliquo contractu inito expectanda illis consulere haud posset.

21 Neque obstant quæ contra *Caravita* congerit *Dominus de Marinis*, cum, licet super aduentitijs contractus non possit patri præiudicium inferre, sicuti neque super castrenisibus, vel quasi; aut profectitijs, cum scilicet quia vñi fructus, quem in aduentitijs habet à se nunquam auferri potest, sicuti neque proprietas, & vñi fructus in profectitijs, tum etiam quia super castrenisibus, vel quasi ipse nullum ius habet, vndè quid prætendat nō est reperire, nihilominus quid responderet *Caravita*, suprà iam vidistis, vbi patris interesse in alia reponi poterit specie. Ex quibus patet errasse quidem *Caravitam*, sed

non elidi eius argumenta à citatis Doctoribus.

22 Veniamus modò ad argumenta adducta à *Regente Merlino*, qui in *Caravita* sententiam pedibus ire intendens, fuissest quæstionem, vt vidistis, exposuit. Et quidem ego quoque cum ipso conuenio in hoc, non reperiri scilicet filiosfamilias inhabiles ad contrahendū de iure communi; nego tamè de iure Regni, vt videre est in d. *Pragm.* 1. vbi contractus facti per filiumfamilias sine patris consensu inualidantur, quæ inualiditas vnde oriatur, acerrimè controuertitur. Quare assumere non oriari ex eo, quod deficiat consensus requisitus ad integrandā filij personā, sed ex eo, quod deficiat consensus requisitus ad fugiendum patris interesse, quæstionem est supponere, non super illa disputare. Nequè efficaciter concludit Merlin. dicēdo hāc inabilitatē nō supponi à *Pragm.* Nam respondent contrariæ sententiæ lectores *Regiam Pragm.* non supponere filios inhabiles, sed illos inhabiles reddere sine patris consensu. ibi. *Et acta non teneant.* Quæ verba ad *Pragmatica* exordium se referunt, vt contra Merlinum lector aduertet. Nec officit quod semper statutum interpretandum sit ea modo, quo minus lædat ius commune, cum hoc ego quoque fatear, quotiescumque non adest expressa in contrarium constitutio, vt in casu nostro adest, vbi tota sermocinatio dirigitur in filiosfamilias, eorumque odium; ergo rationabilitè dicendum est *Regiam*, hanc sanctionem illos inhabiles reddisse, vt ex ipsiusmet verbis vidimus. *Quod euincitur ex ijs*, quæ idem Merlinus asserit de clero, qui ut potè sui iuris non subiacet dispositioni d. *Pragm.* (quod an ita se habeat in sequenti quæstione videbimus.) Nam si clericus quandoquidem sui iuris habetur, habilis redditur ad contrahendum sine patris consensu; ergo è contra filiosfamilias, quia sui iuris non est, inhabilis censetur; igitur tota inabilitas se-

te-

tenet ex parte filijfamilias vt talis . Cæterum consensus , & authoritatis differentiam nec improbo , nec comprobo ; dico tamè eodem prorsus modo se habere cōsensum in casu Regiae Pragm. quo in casibus iuris communis , in quibus persona inhabilis redditur . Quare licet ex Doctrina Bartoli inferat Merlin. consensum quandoque præstari ad priuatū commodū ; non sic est casus d. Pragm. vt vidistis , vbi primariò non propriū commodū patris attēdi , sed filij personam integrandam dicērent aduersarij .

- Quod autem deindè asserat nullum esse reperire casum , in quo patris interesse non reperiatur , parum obest , cum probetur hoc argumento ne clericum quidèm posse absque patris consensu contrahere . Quod Merlin. acriter negat . Etenim in hoc est considerare patris interesse , quale est ne is ad inopiam vergat ; vndè illum alere tenetur . Insupèr locum haberet Regia Pragm. in filiosfam. contrahente super bonis castrenisibus , vel quasi ; nam in illis etiam pater habet commoditatē , vt idem fatetur , quamuis super castrenisibus non disputet , & oculatissimè quidèm , ne fortasse contradictionem inuoluat . Imò reprehendit Carauitam violentem clericum , qui aliquo ex casu deberet patri vsumfructum , ligari dispositione huius Pragm. nec aduertit se quod effugit , occurrere , dum ait clericum habendum esse vt sui iuris , & consequentè non subiacere huiusmodi dispositioni . Etenim si clericus , quia sui iuris est , non subiacet Regia Sanctioni , quamuis adhuc in illo sit reperire patris interesse , igitur finis Pragm. non est patris commodū , sed persona filij integranda .

- Neque obstant tria illa argumenta , quæ ad suam sententiam firmandam adducit . Non primum , quo afferit Regiam Pragm. ligare non minus filiosfamilias maiores , quām minores ; vndè deducit noluisse attendere personæ integritatem , cum maiores soleant esse

sani , integrique iudicij . Etenim negare non poterit Merlin. vt plurimū maiores ea integritate carere . Quæ si ita sunt , cum lex nostra ea decidat , quæ frequentius accidunt , dicendū est per Regiam Pragm. dispositum esse de filiosfamilias non minus minoribus , quām maioribus . Deinde dicērent aduersarij integritatem non considerari respectu pleni iudicij , ne iudex cogatur semper terminum impartiri ad illam probādam , quod asserere ridiculum est , sed respectu personæ . Nām eo ipso , quod quis sui iuris non est , integer non dicitur . Vnde cūm sui iuris incipit esse , nouus homo appellatur , prout in præcedenti quæstione firmauimus . igitur vel filiosfamilias integrum habeat iudicium , vel minūs , integer ipse non dicitur , si sui iuris non erit , dūm , cūm sui iuris incipit esse , quæ operatur , perpendit , nec tām facile ad inopiam vergit non ignorans suum esse bona acquirere , nec amplius patris . Non obstat secundum , quo afferit integritatis defectum suppleri posse per ius iurandum ad text. in Auth. sacramenta puberū Casi aduers. vend. Nām quotiescumque statutum requirit aliquid , sine quo actum inualidat , toties si illud deficit , inualidus redi debet actus : quod à nemine sanæ mentis negatur , ea videlicet ratione ; quia statuta strictè sunt interpretanda , prout scilicet sonant vlla absque entensione . l. constitutionibus ff. ad municipal. DD. in l. omnes populi . De iustitia , & iure . Si igitur Regia Sanctio patris præsentiam , & consensum requirit , si ne quo contractus inualidat , dicendū est huiusmodi consensum non posse per ius iurandum suppleri . Et vltēriū si consensus patris requiritur ad filij personam integrandam ex eo , quia , qui sui iuris non est , facillimè ad bona dissipanda inclinat , quid operaretur ius iurandum ? Prius ergo probandum est consensum requiri ad interesse patris effugiendum , & postea e conclusione deducetur ius iurandum non iuuare ! Quare Merlin. hanc præuidens solu-

tio-

tionem tertium proponit argumentum, quod est, hinc sequi nullum considerari patris interesse, à quo homines au-
26 res abhorrent. Hoc argumento stri-
ctus non defuit qui *Pragm.* finem asse-
rere non erubuit patris interesse, & per-
sonam filij integrandam, ita, ut vtrū-
que indiuisibiliter considerandum sit,
quorum alterutro deficiente, finis *Prag-*
27 *matica* euaneat, ex regula illa philo-
sophica. *Malum ex singulis defectibus,*
bonum ex integracausa. Sed hæc opini-
o quā fallax sit, ad euidentiam uno
tantum medio ostendam; nam certum
28 est de bonis castrenis, vel quasi
posse filiumfamilias disponere. *ad text.*
in l. cum oportet. C. de bonis, qua lib. &
tamè cum sit adhuc intra limites pa-
triæ potestatis, ac proindè non sui iuri-
s, dicitur persona integranda, nec
non super illis, vt diximus, pater ha-
bet commoditatem, ergo concur-
runt persona integranda, ac patris in-
teresse, & tamè locum non habet *Re-*
gia Pragm. fallax igitur redditur ista hæc
opinio.

Neque obijciatur filiumfamilias re-
spectu bonorum castrensium considera-
ri vt personam integratam; Nam per-
sona integranda vel dicitur ex eo, quia
ut potè alieni iuris à patre dependet, vel
quia cum patria potestate soluta non
sit, quæ patrat, non aduertit, cum
putet patris esse sibi consulere, ut
suprà innuimus. De prima acceptio-
ne non est hic locus, sed dicam in-
frà, cum hucusque sententiam hanc
non examinauerim. De secunda igitur
videndum erit, & dico filiumfamilias
habentem castrensia, quia
adhuc in patria potestate remanet,
eodem vexari morbo, nec inte-
grum censeri, cum puter patris esse
sibi consulere. Vnde locus non est
obiectioni. Nec denuò dicatur filiosfamilias bona castrensia, vel quasi pos-
sidentes vt plurimum integros mente,
& sanos esse. Etenim huic argumento
suprà satisfecimus.

Præterea quā alienæ fuerint statuē-

tium mentes à patris interesse conside-
rando, colligere est ex ipsius *Pragmat.*
dispositione, vbi qui seorsum à patre
vixerunt, vel emancipati fuere, si cum
aliquo contraherent, expressum patris
consensum, & præsentiam non requi-
rerent, & consequenter locum non ha-
beret eius dispositio, & tamè si for-
tassis ij etsi emancipati in inopiā in-
cidissent, patris est alere, ut firma-
uimus. Vndè hoc est maximum
patris interesse, vt idem *Merlin.* fate-
tur; igitur, vt perstringam, quamuis
ad sit patris interesse; non tamè hoc
fuit motiuum vt sic per *Regiam San-*
cionem disposeretur.

Tandem argumenta, quæ ipse sol-
uit, an benè soluta sint, videant con-
trariæ sententiæ sectatores, cum ego,
dum nil aliud posituè adductu video,
neque interesse patris, neque filij tue-
ri arbitrer; & sic non descendo ad eius
argumenta impugnanda, quibus con-
trariam redarguit sententiam, cum cé-
seam quoque benè ea esse à *Merlino* so-
luta, & refutata. Restet verò firmum
nullum posse conuincens assignari ar-
gumentum, quo euincatur *Pragm.* finē
fuisse patris interesse, & sic non proba-
ri ex hoc filiumfamilias contrahentem
in ipsius patris beneficium, accedente
eius consensu, validè contrahere, nec
requiri expressum consensum, pro-
ut hucusque *Carauit.* & *Merlin.* vo-
luere:

Reliquum est modò vt breuitè ex-
aminemus eorum opinionem, qui vo-
luerunt *Pragm.* finē fuisse filiorum per-
sonas integrandas, ne scilicet ij, vt plu-
rimum in adolescentia, & iuuenili æta-
te constituti, cupidi omnes explendi
luxus, sua dissipent bona.

29 Et primò dictum hoc non probari
arbitror à *Rouito*; nàm ipse non aliun-
dè probat, quā ex dissipatione, &
metu reuerentiali, contra quem vrget
paritas bonorum castrensium, vel qua-
si, vbi dissipationis timor viget, & ta-
mè filiusfamilias potest absque patris
consensu contrahere; præter quāquod
vndè

vndè nam probat **Caranita** hanc fuisse, **Pragm.** mentem? Etenim non minùs cōcurrit interesse patris, quām filij. Cur igitur ipse potius pro patre, quām pro filio pugnat? Ea vero, quæ ait de me tu reuerentiali, satis elisa per **Merlin.** arbitror: Quare ne eius laboribus detrahām, hīc non appono. Vnum tan tūm recensere iuuat, dispositionem scilicet **d.l.2.C.** quod cum eo, vbi filiusfamilias validē pro patre obligatur, non obstante metu reuerentiali ab aduersarijs chimerizzato, ergo eodem modo dicendum est in casu nostrāe **Pragmat.** Neque ex huiusmodi obligatione statim oriri læsionem dicendum est, cum permisum sit filium pro patre fideiubere, non obstante Senatus consl. Maced. *I. si ex alio C. quod cum eo l. filiusfamilias C. de fideiuis. I. si paternum C. ad Vel leian,*

30 Ea verò, quæ ad rem afferit **Domi nus de Marinis**, satis soluta arbitror ex ijs, quæ suprà retulimus. Quare neque concludere opinor, vt vidistis, eos, qui pro filij persona integranda pugnant. Vndè sicuti à **Pragm.** non fuit consideratus finis à primæ sententiæ se ctatoribus adductus, ità neque à secundæ; liceat ergo & me, sicut eos diuinare, vt indè aliquid veri eruamus. Ad totam verò hanc questionem dilucidā dam duas arbitror propositiones effor mare, alteram diuinatiuam, certissimam alteram.

31 Prima ergo sit **Pragmat.** finem suis se considerationem patriæ potestatis, & dependentiæ illius, quam filius à patre habet ut potè non sui, sed alieni iuris.

32 Nec absque funda mento mea hæc assertio redditur; Nam si ius naturale dictat filios à patre alendos **cap. ius na turale dist. 1. l. 1. ff. de iustitia, & iure;** quamvis ij assignatam sumplerint portionem **Bald. in l. scimus C. de in off. test. Alex. in l. si cum dorem S. 1. ff. soluto ma rrimonio.** ità, vt si pactum fecerint aliā non petendi portionem ad inopiam ca su vergentes, tale pactum non teneat

ut potè contra ius naturale. **Specul. lib. 4. par. 4. tit. qui filij sint legit. n. 12.** Si, inqua, hæc vera sunt, quis dubitet quin ali quid e contra lateat, quod ad hæc pa trics cogat, excitetque? & profectò nihil est reperire, quām amorem à de pendentia exortum, & ex patria illa 33 potestate, quæ tanti ponderis est, vt Iureconsulti voluerint filios quando que à parentibus vendi posse. **l.2. C. de patribus, qui filii su. disfraz.** Nil ergo mi 34 rum si filij quoties patres egenos, & pauperes despiciunt, nec agnoscunt, contra Reuerentiam peccent. **Busenbaū Illusterrima Societ. Iesu in Medull. Theol. 35 cap. 2. tract. 3. dub. 1. n. 2.** Si in saeculo vi tam ducere cogantur, modò nullum animæ inferatur præiudiciuni, vt genito res alant, & Religiosorum claustra fortasse ingressi, egredi teneantur, vt illis opem ferant. **Fill. q. 5. n. 9. Bon. q. 1. part. 6.** Si posthabito in patriam amore, dum eodem temporis interuallo & pa 36 tria comburitur, & parentes interficiuntur, potius patres, quām patriam teneantur iuuare, ea profectò ratione, quia natura operatur, vt maior sit in patrem, quām in patriam obligatio, 37 & amor. vt de **conf. dist. vlt. cap. fin. spe cul. lib. 1. part. 4. tit. de aduocato n. 29.** Si citius patri egeno, & infideli, quām cuicunque alij pauperi, & fideli opem teneantur præstare. **Hofsiens. relat. à specul. ubi supr.** si tandem in contractibus Regia Sanctio expressum parentū 38 consensum requirit. Nil, inquam, mi rum, cum hi sint patriæ potestatis effec tus, quæ tanta est, vt iuris cōsulti voluerint non posse filium iniuriā sibi ipsi illatam remittere, patre dissentiente. 39 **Innoc. in cap. non dubium. de sent. excom.** Sed patria hæc potestas iustitiam vt so ciām amplexatur. Vnde Cambyses Per sarum Rex, deglubato Sisanne iudice iniquissimo, eius pelle sedem, vbi proprius filius futurus iudex sedere debebat, construxit, vt ostenderet patriam potestatem benè cum iustitia copulari. Quod non ignorauit qui in iustitiæ in tuitum vnūm sibi oculum eruere, filio alte-

alterum non abhorruit, vt relationem inter patriam potestatem, & iustitiam ostentaret. Hæc dicta sint in eos, qui potestatem hanc tantummodo in filium beneficijs afficiendo exercet, non multa, cum paterna confisi dignitate indignis coinquinatur culpis: si culpa nostris hisce tempestatibus habetur, quæ nobilium nomen, & familiam induit; ne autem à principali distrahamur dubio, ex ijs, quæ huc usque dimicimus, quanta sit patria potestas, faciliter quisque colliget. Quid ergo mirum, si Regia hæc Sanctio in filiorum-familias contractibus paternum voluerit consensum. dum eorum à parentibus dependentiam considerauit? Quod vt clarius pateat, nec dubio locus esse queat, quæro cur filijfamilias in bonis castrensis cōtrahere possunt sine expresso patris consensu? Nam certum est eos esse adhuc alieni iuris, & consequenter integrandos, nec non reperiri patris interesse, vt suprà vidiimus, & tamè dispositio Pragm. locum non habet. Cur inquam hoc? Nulla alia profectò ratione dixeris, nisi quia, cū Pragm. loquatur de filijfamilias; non extendenda est eius dispositio ad illos actus, qui fiunt à filijfamilias tanquam patribusfamilias, & sui iuris, inter quos est disponere de castrensis, vel quasi. Quamvis ergo qui bona castrensis possidet adhuc sit persona integranda, non tamè vt talis habendus est, cum de illis disponit. Et hæc est sententia, quam supra vt hic examinandam proposui, quamque nullam arbitror pati difficultatem, cum cessare omnino videam omnia superius relata argumenta, quæ in adductas sententias vel aliquid probarent, vel earum eliderent fundamenta.

40 Non negauerim tamè interesse patris considerari quoq; à Regia Pragm. non principaliter, sed inconsequentiā; Etenim patris interest filios diuites esse, eorum bona non dissipari, quia cū actualiter ij ab ipso dependeant, eius est illis consulere. Vnde cessat metus

dissipationis etiam in contractibus factis in patris beneficium, cum non presupponatur, patrem eorum bona, quibus consulit vt à se dependentibus, velle dissipare. Quare ego quoque diuinando, sed non ab re dicerem Regiā hanc sanctionem locum non habere in contractibus gestis à filijfamilias ad genitoris commodum, cum pateat semper rationem dependentiæ principaliè venire.

41 Sed vt breuitè ad secundum dictū fortassis non diuinatiū descendam, siue confideretur à Regia Pragm. ratio dependentiæ, & alieni iuris in mea sententia, siue bona filiorum non dissipanda, prout voluit Dominus de Marin. sectans Rouitum, siue tandem Patris interesse ex Merlin. & Carauit. dico indistinctè, nullo prorsus modo locum habere Regiam Pragm. in contractibus gestis per filiosfamilias in patris beneficium. Quare filij sic contrahentes nō requirerent expressum patris consensū per Pragm. requisitum, sed cùm fuerint paterna potestate soluti, si ab hæreditate abstinuerint iuarentur beneficio l.2.C. quod cum eo.

Durum sanè dictum prima facie cuique videbitur, sed non ita, si ad examen reducetur. Certū est enīm quod Pragm. dum disposuit in contractibus initis per filiumfamilias requiri expressum patris consensum, & presentiam, in ijs actibus voluerit, in quibus expressus consensus erat necessarius. Quod à nemine sancte mentis negatur, alioqui qui statuta condunt, cœco operantur modo. Et patet in bonis castrensis, in quibus omnes asserunt locum non nabere Regiam dispositionem. Hoc supposito, in mea sententia non requiritur expressus patris consensus, & presentia, quia si ratio Pragm. est consideratio dependentiæ à patria potestate, cum filius contrahit in patris beneficiū, sufficienter arbitror, illum à patre dependentiam ostentare. Quod quidem dicendum quoque est in eorum sententia, qui finem Pragmatica patris interes-

C se

se voluerunt. Etenim cum quis in illius beneficium contrahit, non est considerare interesse. Tota igitur difficultas est in eorum sententia, qui Regiae hu- ius dispositionis finem in obuiando dis- sipationi bonorum filiorum familias re- ponunt. Et certum est non solum pro hac opinione non requiri expressum patris consensum, & presentiam, sed esse essentialiter superfluum, & frustratorum, quia vel pater praestet consen- sum, vel non, nunquam dissipationi- bus obuiatur, cum nemo sibi ipsi, vt diximus, authorari queat.

Dubium ergo restringitur ad hoc, an scilicet huiusmodi contractus nulli sint? & affirmatiuè respondent huius sententiæ sectatores. Ego verò illos validissimos assero; Nam Pragm. solùm disponit in ijs contractibus, in quibus necessariò requiritur expressus patris consensus, & in ijs actibus, in quibus non requiritur, nullo prorsus modo dis- ponit, si in illa perlegenda cæcutiens non fui, sed in casu nostro non solùm non requiritur expressus iste consen- sus, sed superuacaneus redditur, ergo cum contrarium non reperiatur cautū de iure Regni, recurrentum est ad ius commune, vt legum correctiones ef- fugiamus ex l. præcipimus C. de appell. quod disponit super contractibus initis per filiumfamilias in patris beneficium, vt teneantur in quantum facere pos- sunt, si à paterna hæreditate abstineāt, huiusmodi contractus non inualidan- do. Ergo vt ex tam longa disputatio- ne vela tandem contraham, in quaçūq; ex relatis sententijs locum non habebit regia Sanctio, sed remanet casus sub iuris communis dispositione. Et hæc supè præsenti quæstione satis, cuius re- solutionem confirmant ea, quæ decisa

refert Reg. Merlin. quamvis eius ra- tionibus, vt vidistis, non adhæream.

S V M M A R I V M .

- 1 **A** Dducitur opinio Carauitæ.
- 2 Sed reprehenditur à Merlino.
- 3 Refertur opinio Rouiti.
- 4 Status questionis.
- 5 Clericus non eximitur à patria potestate.
- 6 Examinatur cap. indecorum. De æta- te, & qualitate.
- 7 Episcopus eximitur à patria potestate.
- 8 Non autem quoad beneficium successio- nis.
- 9 Adducuntur tex. in §. filius fam. instit. quib. mod. ius patr. pot. sol. & in Au- th. presbyteros C. de epis. & cler.
- 10 Non bene infertur. Clericus liberatur à ferniture, ergo à patria potestate.
- 11 Firmatur nostra sententia argumento adducto à Isone.
- 12 Qui sui iuris sunt non habent peculium.
- 13 Clericorum peculia censetur quasi ca- strensia.
- 14 Non obstat videtur cap. Eccles. Sancte Mar. de constit. ad hoc, vt Clericus subiaceat huius Regia Sanctioni.
- 15 Qui non dissentit comprobatur.
- 16 Probatur multis non obstat d. cap.
- 17 Statuta, que Ecclesia libertatem non de- struunt, includunt clericos.
- 18 Statutum laicorum translatum in clericum ad instar beneficij.
- 19 Statutum laicorum, si non agatur de magno prauidicio, & ad sit rationabi- lis causa, sunt fernanda à clericis.
- 20 Regia Sanctiones assolent sapè causas ex- primere.
- 21 Eodem moda, quo super bac Pragm. dis- currunt de filiis fam. Laicis, est discut- rendum de filiis fam. clericis,

Q V A E S T I O I I I .

An sub dispositione d. Pragm. includantur filijfamil. clericis? Et an
iij dicantur proprium peculium habere tanquam castrense?



T quæstionem hanc
enodemus, iuuabit
breuitè referre ea,
quæ supracitati DD.
sentiere, vt, ijs im-
pugnatis secundum
nostra principia, quid

2 veri sit videamus. Afferit ergo *Carauita ad d. Pragm.* clericos filiosfamilias,
supponens ligari à laicorum statutis ex
Bald. Paul. de Castr. in l. sacros C. de epis.
& cler. non subiacere huius *Pragm.* dis-
positioni; idque ex eo, quia pater nullum
ius habet super eius bonis. Etenim
quicquid filiosfamilias clericus acqui-
rit, sibi vt proprium peculium acquirit.
ex Bart: conf. 61. in fin. incip. *Filiusfami-*
lias presbyter. Baldo in l. sacros 3. notab. C.
de epis. & cler. Iason. in l. patre furioso in
fin ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.
Quod *Carauita* ait procedere etiam in
ijs bonis, quæ ecclesiæ contemplatio-
ne non acquiruntur, vt sunt aduenti-
tia. Vnde cum ipse reponat d. *Pragm.*
finem in patris interesse considerando,
quia hic nullum est interesse, non de-
bent filiosfamilias clerici huic statuto su-
biacere, cui subiacerent quidem, cùm
aliquo damno pater afficeretur.

3 Hæc dicta reprehendit *Merlin. loc. cit.*
n. 39. aitque non esse veram rationem
à *Carauita* assignatam, sed ideo clericos
non subiacere huiusmodi *Pragm.*,
quia statuta laicorum eos non li-
gant. *Ad text. in cap. Ecclesia Sancte*
Mariae de constitut. vbi canonist. Quini-
mò alias firmiores, vt ipse inquit,
tradit rationem defumptam ex eo, quòd
inter cæteros effectus ordo clericalis
hunc operatur, vt filium à patria pote-
state eximat. *ex tex. in cap. indecorum.*
vbi Glos. de astate, & qualitate. ex Gloss.
ultim. in cap. cum voluntate de sentent. ex-

commun. cæterisque doctribus, quos
ibi cumulat. Ex quibus redarguit lap-
sum eorum, qui voluerunt clericos nō
ligari à d. *Pragm.* Tandem afferit, si sub-
stinere velimus ea bona effugere tan-
tum vsumfructus acquisitionem, quæ il-
lis clericatus occasione obueniunt, à
fortiori corruere argumentum *Roniti*,
quo probat ille super clericorum bonis
nullum patri vsumfructum acquiri.

4 *Ronitus* verò supèr d. *Pragm.* ait illā
iure optimo clericos includere, quia-
cum eius finis sit, ne filiorum bona
dissipentur, clericatus non obstat ad
Pragm. finem euitandum. Vnde quā-
uis *Ronitus* dicat in bonis clericorum
nullum patri vsumfructum acquiri; non
indè corruit eius dictum; & sic quam-
vis pater nullum habeat vsumfructum,
tenetur nihilominus curare, ne filiorū
bona dissipentur, & consequenter, si
hic est *Pragm.* finis, cohærentè loqui-
tur.

5 Nos autem, qui, vt suprà vidistis in
alia specie *Pragm.* finem reposuimus, &
filiorum dependentiam à patribus pri-
mariò considerauimus, vt questionem
hanc absoluamus, examinare debemus
primò an filiosfamilias, quia clericus
est, eximatur à patria potestate? Qui si
in aliquibus actibus considerabitur vt
sui iuris, in ijs dubium non est ex no-
stris principijs, quin locum non habeat
Regia Prag. Secundò videndum erit
an clerici huic Sanctioni subiaceant?

6 Quoad primum dico nullo iure cau-
tum reperiri clericatum eximere filiū-
familias à patria potestate, prout vo-
lebat *Reg. Merlin.* Et primò quidem
examinemus *cap. in decorum de astate*, et
qualitate. ibi. *Indecorum est ut hi debeant*
ecclesiæ regere, qui non nouerunt guber-
nare se ipsos, cum ad ecclesiæ regemen-

committatur : mandamus quatenus nemini infra annum XIV. constituto personati cuiuslibet ecclesia concedere presumatis , scituri pro certo quod si contraire presumperitis , quod inde feceritis , irritabimus , & inobedientiam vestram graviter puniemus . Hos igitur textus non excludit , vt discurrenti patet , ex eo , quia in patris potestate sunt , sed ob non perfectam rerum cognitionem . ibi . Qui non nuerunt gubernare se ipsos . Nolentes substantere ut parvulus ecclesia regimen committatur &c. præter quam quod d. cap. statuit annum XIV. per quem filii familias patria potestate non soluuntur . Vnde non valet ex hoc textu argumentum . Clericus est , ergo eximitur à patria potestate ; sed hoc aliud . Clericus est , ergo perfectam habet clericatus cognitionem . vel melius , & aptius ad rem .

Cognoscit perfectè res , ergo immittendus in Ecclesiæ Regimen . Et Glos.

quam hic Merlin. citat , sentit tantummodo de episcopo , qui eximi dicitur ob huiusmodi dignitatem à patria potestate . Imo Birt. in l. item , ff. ad Maced. Bald. in l. apud hostes C. de suis , & legitimis . Ioann. de Plate: & Ang. de Aret. instit. Quibus modis ius patr. pot. sol. quos refert Iason in d.l. patre furioso . post n. 51. ff. de his , qui sunt sui , vel alien. iur.

8 aiunt non censeri solutum patria potestate quo ad beneficium successionis , cæteraque sibi fauorabilia . Cæterum nec mundana , nec coelestis militia vltum liberat à patria potestate .

9 S. filius familiæ , instit. quibus modis ius patr. pot. sol. ibi . Filius familiæ si militauerit , vel consul factus fuerit , remanet in potestate patris ; militia enim , vel consularis dignitas de patris potestate filium non liberat . et si clariora optas verba , consule textum in Auct. presbyteros C. de episc. & cler. ibi . Presbyteros , & diaconos , & subdiaconos , cantores , & lectores , quos omnes clericos appellamus , res quolibet modo ad dominium eorum venientes habere in sua potestate præcipimus ad similitudinem castrensis peculiorum , & donare cui volunt secundum leges , & in his testari , li-

cet (notate) sub parentum potestate sint , sic tamèn , vt horum filij , aut his non existantibus , parentes eorum legitimam ferat partem .

10 Denique quod Gloss. afferat in d. cap. indecorum , clericum liberari à seruitute , quæ maior est patria potestate , parvum refert . Cum hoc expressè habeatur in iure cautum , vnde non iuuat figuramenta efformare ; Neque hoc dictum militat his temporibus , cum nemo bene natus poenæ seruus efficiatur , & consequenter eo ipso , quod quis clericus est , soluatur huiusmodi seruitute . Præterea impium erat , vt qui in coelestis Domini sortem adscripti erant , alias terreni Domini seruitute abstringerentur ; Non sic se habet patria potestas , quæ hominem non seruum reddit , sed filium .

Ex quibus appetet quam improbabilis reddatur opinio Gloss. in d. cap. cum voluntate de sentent. excomm. relato à Merlin. Vnde , vt firmissima fulgeat nostra sententia , illam liceat alio evidenti medio firmare sed non nostro .

11 Certum est clericos proprium habere peculium ex tex. in l. sacro sanctæ C. de episc. & cler. ibi . Sacro sanctæ Orthodoxæ fidei episcopi , atque presbyteri , diaconis quoque , qui semel probatis moribus integratae castissima ad hunc gradum meruerint peruenire , ea quæcumque in eodem clericatus gradu , locoque viuentes acquirere , & habere potuerint , etiam si in patris , auque , aut proauri potestate constituti sint , & adhuc superstites habeant , tanquam bona propria vindicent . De his si quoniā eis libitum fuerit , eis testandi , vel quolibet alio titulo alienandi libera facultate concessa : vt ea bona quoquo tempore nunquam ad divisionem veniant , nunquam fratribus , vel sororibus , aut ex his genitis conferantur , sed ad eorum filios , posteros , & quoscunq. extraneos heredes perueniant : nec à prioribus auis , aut proauis . sed ab ipsorum liberis tanquam præcipua vindicentur ; & certè his lucro cedant , quibus ipsi id peculium , vel inter viuos alienatione habita , vel mortis tempore vlti-

vltima, & iure cognita voluntate conces-
12 serint. His sic stantibus, valet conse-
quentia. Ergo clerici non sunt sui iu-
ris; nam si sui iuris essent, peculium
non haberent ex l. fin. C. de inoff. test. ibi.
Si enim sui iuris efficiantur, proculdubio
est eorum testamenta, & pro ipsis rebus,
quas antea ex quasi castrensi peculio habe-
bant, posse de inofficio quo relam substi-
nere, cum (notare) neque nomen peculij
permanet, sed alijs rebus confunditur, &
similem fortunam recipit, quemadmodum
& cetera res eorum, que in unum con-
gregantur ex omnibus patrimoniu. Quod
argumentum est Iason. in d.l. patre furio-
so. cuius opinionem sequitur Bart. in l. si
maruus C. de patr. pot. & in d.l. patre, cū
cæteris Doctoribus in cap. si annum. de
iud. in 6.

13 Hinc colligitur patrem supèr bonis
clericis contentis sub nomine peculij
nullum habere vsumfructum, quia cle-
ricorum peculia censemur quasi castré-
sia. d.l. Sacrosancta, vbi Bald: & hæc est
germana Bartoli opinio, quicquid alij
dixerint in cons. 61. incip. Filius familiæ
presbyter. Quæ ne in dubium reuoce-
tur, hic eius verba expono. ibi. Circa
quod sciendum est, quod quicquid acquiri-
tur, filio presbytero queratur sibi pleno iu-
re, & hoc si queratur ex causa aduentitia
pro contemplatione eccl. sie, vel sacerdotia-
lis offici, ut C. de episc. & cler. Auth.
presbyteros. Hacten et Cynus expressè, et
ibi Innocent. & Host. extr. de testamen.
cap: quia nos, & sic apparet quod quantu
ad istam acquisitionem filius familiæ ha-
betur sui iuris. Hæc ille. Ex quibus de-
nique patet, cum clericus patria potes-
tate non liberetur, quantum est ex vi-
rationis, eum Regiae huic sanctioni sub-
iacere. Quoniam verò Merlinus obij-
cit cap. Ecclesia Sancta Marie, de const. re-
liquum est vt videamus an illud obstet,
quin clerici sub hac Pragm. non inclu-
14 dantur. Et supèr hoc dico non obsta-
re d.cap. Etenim licet personæ, & lo-
ca, quæ sunt de foro ecclesiastico, lai-
corum statutis non subjiciantur, ne li-
bertatem amittant, potest nihilominus.

Pontifex illa comprobare ex Decio su-
15 pèr d.cap. n. 56. Profectò quotiescunq;
non dissentitur, tacitè illa comproba-
re videtur cap. qui tacet. de reg. iur. in 6.

16 Præterea textus ille, vt cum vulgo
loquar, debet cum grano salis intelli-
gi. Nam certum est d. cap. disponere
ne clerici ligentur laicorum statutis,
quamvis illa eorum commodum respi-
ciant, & fauorem. ibi. A quibus si motu
proprio statutum fuerit, quod ecclesiæ
etiam respicias commodum, & fauorem,
nullius firmitatis existit. Et tamèn hoc
non obstante, statutis laicorum fau-
rabilibus fruuntur etiam clerici, vt ex
multis probat idem Decius afferens va-
lere statutum, quod stantibus masculis,
feminæ non sucedant, pro vt in Re-
gno est const. in aliquibus, quam
ecclesiastici amplectuntur.

Ast, ni fallor, ex terminis nostris
sententiam liquere arbitror, nam iura
ipsa annuunt ex eo, quod non libe-
rant, vt diximus, clericum à patria
potestate, quæ quanta sit, in antece-
denti quæstione iam vidistis, sed actua-
lem à patre dependentiam considerat.
Iam vero si hunc probauimus esse
Pragm. finem; cur hæc constitutio locu
non sibi vendicabit in clericis, cum
præcipuè non videatur officere eccle-
siasticæ libertati, quæ à patria potestate

17 læsa non dicitur? Quare si non officit
ecclesiasticæ libertati, statutum laico
rum, quod honestum est, & generali-
tè loquitur, nec contra clericorum
libertatem viget, locum habet in cle-
ricis, ex aurea doctrina Bartoli in l. 2.
C. de Summa Trinitate; Etenim laicoru
consuetudo improbat, quando ma-
la, secus cum bona apparet. cap. cum
venissent. de eo, qui mitt. in poss. ibi. Hoc
etiam decernentes, vt si consuetudinem,
vt allegat, laudabilem esse constiterit,
quod ex hoc sequitur eum rationabilitè
appellasse, ad restituendas expensas nulla-
renus compellatur, &c. concordant cap.
constitutus. de integr. restit. & alia, quæ
referre tædet.

18 Et licet Decius ybi supra n. 233. im-
pu-

pugnet Bart. sic loquentem ; nihilominus tamèn duos ibi casus distinguit , quorum primus est , cùm specialitèr statutum clericis priuilegia concessit , & tunc militare ait Bartoli doctrinam , quia cum illa concessa sint non subditis , reuocari non possunt. *cap. nouii. de iud.* Alter est cùm statutum generalitèr loquitur , & tunc clericos non ligat , quia cum de ijs specialitèr non fuerit loquutum , eos non obligat , quamuis possint illis vti clericu; donèc reuocentur . Vnde quæro ego à Decio , non ne *cap. loquitur de dispositione facta pro ecclesia?* Ità sanè . Cur ergo ijs statutis vtitur clericus ? Respondeat ipse met in n. 251. authore Federic. in conf. 78. Nam laicorum statuta si rationabilem habeat causam etiam respectu ecclesiarum , & piæ causæ , nec agatur de graui in clericos præiudicio , seruari debent . Quod pater ex ipso *cap. vbi il-* la tantùm statuta improbat , quæ motu proprio , & sine causa fiunt . ibi , *mo-* *tu proprio* . Quid ergo mirum , vt vela tandem contraham , si , cum in nostro casu non ad sit ecclesiæ , nec clericoru; præiudicium , imò potius vtilitas , clerici huic Pragmaticæ de Macedoniano subiaceant ? igitur , vt quæ hucusque diximus , perstringamus , cum clericus sub hac *Pragm.* includatur , quod de filijsfamilias laicis diximus , clericis est concedendum , & sicut illi quoad bona castræ non ligantur , ità nec isti quoad eorum peculium , quod castræsum , vel quasi naturam induit . Et hæc satis super hac quæstione , & intellectu

ad *Pragm. 1. de Macedoniano* : Cæterū authores consulite , qui super ea scripsere , cum decantata iterum decantare displiceat . Et nota quod hic Neapolli contra hanc Pragmaticam in curia Archiepiscopali nulla est obseruantia , ve ibi ab ijdem causarum patronis acce-
pi .

S V M M A R I V M .

- 1 **E**rror nonnullorum dicentium in di-
stinctè confessionem factam pra-
senti non præiudicare confitenti quoad
absentes .
- 2 **C**onfessio de hereditate , que adiri non
potest , nullum infert præiudicium con-
fidenti se esse heredem neque quoad pra-
sentes , neque quoad absentes .
- 3 **C**onfessio non inducit nouum contractū ;
sed cum , qui inductus est , probat .
- 4 **C**onfessio succedit loco probationis .
- 5 **C**onfessio de hereditate , que adiri po-
test , præiudicium infert confitenti quo-
ad presentes tantum .
- 6 **A**bstinens ab hereditate paterna , si se
heredem fatetur , tenetur ac si heres
esser .
- 7 **C**onfessio de hereditate , que potest cen-
seri adita , vel non adita , mediætè in-
fert præiudicium cōfidenti respectu pre-
sentium , & absentium .
- 8 **H**ereditas animo aditur .
- 9 **A**nimus patere debet , alioquin heredi-
tas nunquam supponitur adita .
- 10 **S**oluuntur argumenta aduersiorum .
- 11 **A**nimus quibus modis declarari possit ?
remissiū .

QVÆ-

Q V Æ S T I O IV.

An si quis confiteatur coram vno creditore se esse hæredem, sibi præiudicium inferat quoad alios absentes? Ad intellectum.
tex. in l. fin. ff. de interrogat. act.



Olitat iam per omniū ora nonnullorum error afferentium confessionem de hæreditatis aditione coram vno factam non inferre præiudicium confitenti quoad alios.

- 1 In cuius dicti comprobationem adducunt Scuole responsum in l. fin. ff. de interr. act. ibi. Procuratore Casaris ob debi. sum fiscale interrogante, unus ex filiis, qui nec bonorum possessionem acceperat, nec hæres erat, respondit se hæredem esse, an quasi interrogatoria creditoribus ceteris teneatur? Respondit ab ijs, qui in iure non interrogassent, ex responso suo conueziri non posse. Quare, ut distinctè procedam, tres firmare arbitror conclusio-nes, quarum
- 2 Prima sit, confessionem de hæreditate, quæ adiri non potest, nullum inferre præiudicium confitenti se esse hæredem neque quoad præsentes, neque quoad absentes. Hæc conclusio vide-tur esse contra gloss. in d. l. fin. ex ijs, quæ referunt Vinc. de Franch. in decis. 694. & Dominus Cöfiliarius Paulus Staibanus iu-nior lib. 1. resol. forens. 26. in fine. Ea ta-3 mèn firmissima in iure est, cuius secun-da pars probatione non indiget, si ve-ra est prima, quæ euidenter suadetur ex eo; nam confessio nouum contractū non inducit, sed eum, qui iam inductus est probat, cum loco probationis succedat. Sic inter ceteros magistra-litè docet Florian. in l. cum de indebito. ff. de probat. sequuntur DD. in l. inter chartulas, vbi Rebuff. C. de iure Fisci lib. 10. quos sequitur Andr. Alciat. tract. de præsumpt. 21. n. 8. ex euidenti textu in l. Publia §. fin. ff. depositi, vbi hæc. Titius Sempronio salutem. Habere me à vobis

auri pondo plus minus decem, & discos duos, & saccum signatum, ex quibus mihi debetis decem. quero an ex huiusmodi scriptura aliqua obligatio nata sit, scilicet quod ad solam pecunia causam attinet? Respondi ex epistola, de qua queritur, obligacionem quidem nullam natam videri, sed probationem depositarum rerum im-pleri posse. Si igitur confessio nouam obligationem non inducit, sed tantummodo veterem probat, profectò quænam poterit esse probatio, supèr re im-possibili, supèr qua nulla cadit obligatio? Et quamvis Vinc. de Franch. in d. decis. dicat contrariam opinionem esse Glossa, legatis tamen velim Glossam, vbi hæc opinio nullo prorsù modo repe-ritur, cum re vera nulla ne probabili quidem ratione suffulta inspiciatur. Etenim vbi nàm præiudicium contra eum, qui hæres esse non potest? & ratio, ni fallor, ea videtur, quia huiusmodi cōfessio erronea est; vnde locum non sibi vendicabit præiudicium ex dictis à Reg. de Ponte cons. 95. n. 5. vol. 1. quamvis cōfessio esset iuramento firmata, ex eu-dentissimo tex. in l. non fatetur ff. de con-fessis. ibi. Non fatetur qui errat, nisi ius ignorauit.

- 5 Secunda conclusio sit, confessionē de hæreditate, quæ adiri potest, præiudicium inferre confitenti quoad præ-sentes, secus verò quoad absentes. Se-cunda pars huius conclusionis proba-tur ex responso Vipiani in l. certum §. si quis ff. de confessis. ibi. Si quis absente aduersario confessus sit, videndum nunquid non debeat pro indicato haberri, quia nec qui iurat de operis obligatur, nec solet quis absenti condemnari. Et euidentiū probatur ex d. l. fin. ff. de interr. action. ibi. Respondit ab ijs, qui in iure non interro-gat-

gassent ex responsō suo conueniri non posse.

Hinc patet primæ partis probatio; nam qui à paterna hæreditate abstinuit, & se hæredem fatetur, tenebitur ac si hæres esset. In promptu est responsū Pauli in l. si filius la prima, ff. de interr. action. ibi. Si filius, qui abstinuit se paterna hæreditate, in iure interrogatus responderit se hæredem, tenebitur; nam ita respondendo pro hærede gesisse videtur.

Tertia denique conclusio sit, confessionem de hæreditate, quæ alterutro ex istis modis censeri potest nempe vel adita, vel non, mediatè inferre præiudicium confitēti respectu omnium tam præsentium, quam absentium. Exemplum sit, si is, ad quem successio spectaret, bona defuncti possideret, tamē ignoraretur ab illius defuncti creditoribus, quo titulo bona per successorem possiderentur. Si hoc in casu ab uno creditore interrogetur, & ipse respondeat se illa ut hæredem possidere, talis confessio præiudicium sibi inferet non solum quoad præsentes, verum etiam quoad absentes; tunc enim censeretur

adita hæreditas, quæ animo dicitur adiri. ex l. gerit ff. de acquir hæred. ibi. Gerit pro hærede qui animo agnoscit successiū, licet nihil attingat hæreditarium. Vnde et si domum pignori datam sicut hæreditarium retinuit, cuius possessio qualis fuit in hæreditate, pro hærede gere videatur; idemque est et si alienam rem ut hæreditarium possedisset. Quoniam verò animus hic patefieri debet, & declarari, ut eruditissime Bart. in d. l. gerit, quænam maior declaratio, quam se hæredem confiteri? Et sic quia in contrarium nullus viget actus, huiusmodi confessio præiudicium inferet cōfidenti nō minus quoad præsentes, quam absentes.

Dixi mediatè; nam confessio non est illa, propter quam cæteri creditores absentes conuenirent confessum; etenim esset hæreditatis aditio, ut perbelile docuit Bart. ibid. cùm dixit. Aut illa verba proferuntur ab eo, qui potest adire,

& inducitur aditio, seu probatio voluntatis adeunktis, quia pro hærede se gerit. Licet per ea, quæ in prima conclusione diximus, displiceat quod subdidit, nimilum. Sed si proferuntur ab eo, qui nō potest esse hæres, non præiudicat nisi quoad præsentes huic confessioni. Sed quomodo intelligenda sint dicta hæc, videbimus infrā. Interim illud certum sit, huiusmodi confessionem inferre etiam præiudicium quoad absentes mediatè. quatenus illa medium sit ad dignoscendum animum, propter quem hæritas adita dici queat.

Quare Vinc. de Franch. in d. decis. optimum præbet consilium, videlicet ne caufarum patroni agat ex confessione, sed dicant verum esse hæredem virtute confessionis. Supereft modo ut ea, quæ in contrarium obijci possunt, soluamus. & primò

Obijciunt contra primam nostram conclusionem sex. in d. l. fin. quem aiūt loqui, de eo, qui hæres esse non poterat; erat namque filius emancipatus, & tamē confessio quoad præsentes cōfidenti præiudicium inferebat, ergo falsum videtur confessionem de re impossibili nullum inferre præiudicium.

Sed argumentum hoc soluent qui vix primas iuris regulas edociti sunt, etenim esto textus loquatur de emancipato, licet hic hæres esse nequirit, poterat tamē bonorum possessionem agnoscere. Vnde respectu huius bonorum possessionis sibi ex confessione præiudicium inferet tantum quoad præsentes, quia confessio est de re possibili. Neque dicas in d. l. fin. puniri quidem cōfidentem non ex confessione, sed mendacio; Nam hoc nullo iure comprobatur; nec video cur mendacium plus præsentibus, quam absentiis prospicit; præter quam quod interpenas mendacij hæc in iuris corpore sic explicata non reperitur.

Obijciunt secundò contra eandem primam conclusionem textum in l. Iulianus, ff. de confessis. ibi. Iulianus ait confessum certum se debere legatum omnimo-

dō damnandum etiam si in rerum natura non fuisset, & si iam à natura recessit, ita tamen, ut in astimationem eius damnetur, quis confessus pro iudicato habetur. Unde res legata, quae nunquam in rerum natura extitit, impossibiliter legata dicitur, & tamen confessus habetur pro iudicato; igitur falsum est confessionē de re impossibili nullum inferre præiudicium.

Hoc argumentum in eo peccat, quia supponit rem legatam nunquam in rerum natura extitisse, quod falsum est; Nam responsum Pauli vel intelligendū est loqui tempore confessionis, prout explicat *Glossa*. vel ita interpretandum est, vt velit legatum quidem nunquam fuisse factum; non quod res, quā confessus dicit esse iam legatam, nunquam in rerum natura extiterit, prout quisq; verba textus benè perpendens repetit. ibi. *Etsi iam à natura recessit.* Si ergo postea recessit, prius necessariò existere debebat. Quod euidentius explicat *Vlpianus in l. qui Stichum, ff. eod.* ibi. *Qui Stichum debere se confessus est, siue mortuus iam Stichus erat (sibde, semper confessionis ex Glossa.) siue post litis cōfessionem decessit, condemnandus est.*

Obijciunt tertio contrà secundam, & tertiam conclusionem contrarietatem, quae ex nostris dictis videtur pululare; etenim diximus in secunda cōclusionē cōfessionem de re possibili inferre præiudiciū confitenti quoad prēsentēs tantūm, nec quoad absentes; & tamen ex huiusmodi confessione declaratur animus, & confessus se hæredem dicit. Iam verò si his non obstantibus nequit hæc confessio præiudicium inferre confitenti quoad absentes, cur poterit in casu expresso in tertia conclusionē? ergo vel utrobique, vel nul·libi.

Sed si benè hoc argumentum introspicatur, ex ijs, quae in tertia conclusione diximus, vilescent; Nam in hoc ultimo casu non potest confessus contra absentem excipere, neque ullum actum contrarium confessioni ostenta-

re, sicque cum ex illa confessione declaretur hæreditatis aditio, contra quā nil viget, meritò & absentes possunt illum conuenire ex eo, quia hæres est, & talem se virtute confessionis declarauit. Non sic se res habet in secunda conclusione, vbi confessus abstinuit ab hæreditate, sicque habet actum cōtrarium, cum quo absenti resistat; & hæc est germana opinio *Glossa in d. l. fin.* vbi dixit. *Dic tertio quod hic filius in potestate iam abstinuerat; unde respondēdo se hæredem sibi præiudicas quantum ad aduersarium, non quantum ad alios; si autem non abstinuerat, præiudicaret sibi quantum ad omnes non ex vi confessionis, sed aditionis, & quasi contractus.*

Et ratio rationis est, quia confessio mediū tantummodo est non ad adeundū, sed, vt diximus, ad declarandam hæreditatis aditionem animo factam. Iam verò cùm quis ab hæreditate abstinet, & se hæredem dicit, poterit ab illo, coram quo fatetur, conueniri rationē confessionis, non autem ab absente, qui, quamuis dicat hæreditatis aditionē fuisse iam per confessionem declaratā; nihilominus tamen repelletur ex eo, quia abstinentia ab hæreditate, quæ creditores tam præsentes, quam absentes repellebat, quamvis ea extincta sit respectu præsentium, media confessione, quia confessio hæc non est medium ad adeundam hæreditatem, non dicetur extinta respectu absentium; nam quod sit medium ad declarandam hæreditatis aditionem, parūm refert, quia huiusmodi declaratio ut potè non facta coram omnibus non elidit abstinentiam hæreditatis respectu omnium. Quod demonstratur euidenter à *Paulo in d. l. si filius.* ibi. *Nam ita respondendo pro hærede gesse videtur.* Igitur, si responsio hæc non valet pro ijs, qui in iure non interrogassent, vt ex *d. l. fin.* quid prētendere queant creditores absentes ignorō. Et sic solutum restet argumentum hoc, quod fortassis aduersariorum videbatur Achilles.

Pro coronide verò questionis ad-

D

uer-

uertatis velim modos, quibus declarari poterit animus. De qua re elegantè Bart. in d.l. gerit. Nam si animus declaretur per verba dispositiua, tunc huiusmodi confessio præiudicium inferet, vt consideranti patebit, quia supèr tali declaratione nullum oritur dubium, si autem per verba suspensiua, vel enunciatiua, distingue prout Bartol. ad quē, ne in messem non meam manus immittam, te mitto. Illum consulere.

Ne autem in re tam euidenti cōtradictores habeamus, liceat asserere Bartolum, aliosque, cùm dixerit iij confessio nem præiudicium inferre quoad præsentes tantum, si confessus hæres esse non potest, voluisse per hæc verba declarare meram abstinentiam ab hæreditate, nec ullam aliam impotentiam; quod euidentis est, dum quotquot sunt. Glosse opinionem comprobant. Quod idem sentisse dicendum est Vincen. de Franch. in d. decis. & potissimum Domini num Consiliarium Paulum Staibani, in lib. i. resol. 26. in fine, qui verè sic explicat punctum in resol. 86. vbi de hac refusius scripsit, quam in prima. Cæterū non obstare opinor decisionem relatā à Paschal. de vir. patr. potest. part. 4. cap. 10. n. 20. quam refert Thor. in compend. decis. verb. confessio, vbi decimum refert contra hæredem, qui se tales confessus fuerat; Nam ibi concurrebat fortassis immixtio in bonis hæreditarijs, vel cōfessio erat facta coram omnibus præse-

tibus; & sic vel locum non habebat abstinentia, vel ea respectu omnium erat iam extincta. Et hæc satis. Cætera ad confessionem pertinentia vide apud Thesaur. in decis. 109. & Mascard. de probat. lib. i. conclus. 347. vbi multa.

SVM MARIVM.

- 1 Proponitur opinio affirmativa:
- 2 Ad obtinendum beneficium non sufficit sola habitus, & consueta possessio.
- 3 Beneficia clericis tantum conceduntur:
- 4 Principum concedentium est beneficia interpretari.
- 5 Beneficia non conceduntur sub conditione.
- 6 Clericatus probatio fit ad iudicis facularis instructionem.
- 7 Affertur pro hac sententia decisio S. C. relata à Grammat.
- 8 Soluuntur argumenta stantium pro opinione affirmativa.
- 9 Clericus non dicitur qui possessionem tantum clericatus ostendit.
- 10 Improbatur opinio Ioannis Andreæ:
- 11 Non sufficit ad probandum clericatum probatio per testes,
- 12 Secus si y deponant de visa.
- 13 Explicatur textus in l. si qua per calumniā C. de Episc. & clericis.
- 14 Ad cuius confirmationem adducuntur cap. 2. cum 3. de cleric. peregrin.
- 15 Explicatur cap. nullus 98. dist.

QVÆ-

Q. VÆSTIO V.

An ad probandum clericatum sufficient bullæ beneficiorum,
an autem illæ ordinum requirantur?



Proaffirmatiua opinione solet afferri Cōcilij Tridentini decretū in seß. 23. cap. 6. de reformat. ibi. *Is etiam fori prius legio nō gaudet, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, &c. dum igitur sat est ad hoc, ne quis fori priuilegio parentet, vt ecclesiasticum possideat beneficium, deducitur sat esse quoque, vt beneficij tantūm bullas exhibeat.*

Secundò pro eadem opinione affruntur ea, quæ ait *Ioann. Andr.* quem sequitur *Bald. in cap. dudum. de elect.*

2 Nam cum per illos sufficiat ad fori priuilegio fruendum sola habitus, & clericalis tonsuræ possessio, quæ non sufficit ad obtinendum beneficium, nisi de illa doceatur, à fortiori sufficiet exhibitio bullarum beneficij, ad quod habendum supponitur iam constitutum fuisse de clericatu.

Tertiò probatur eadem opinio ex eo, quia Summus Pontifex in beneficij collatione nominat beneficiatum, clericum, igitur ad quid alia probatio? Nam collatio beneficij fuit facta, prævia causæ cognitione, quæ iam supponitur, dum nominatus est clericus qui beneficium obtinuit.

3 Quartò; etenim beneficia nō conceduntur nisi clericis, ergo eo ipso, quo quis beneficiatus est, clericus præsumitur, & consequentè nulla alia probatio requiritur.

4 Quintò, quia an beneficia sint ritè concessa, nec ne, principum concedentium est interpretari. *I. ex factō, ff. de vulg. & pupill. subst. ibi. Beneficia quidem principalia ipsi Principes solent in-*

serpretari. Verū voluntatem Principis insipientibus potest dici eatenū eum id tribuere voluisse, &c. Ex quibus verbis postremò adductis apparet textum loqui de Principibus concedentibus, igitur secularium non est ea recognosere, nec aliorum, quamuis Iudices Ecclesiastici sint, benè ne, an male fuerint impetrata.

5 Sextò, cum beneficia non dentur sub conditione; vt egregiè *Gloss. in cap. hos Sacerdotes 7.q.1.* & consequentè nō sub conditione an sint clerici, dicendū est verè clericis esse collata, & sic non opus noua recognitione.

Septimò, quia per Bullarum traditionē nil noui recognosceretur, quod cognitum non fuisset à Pontifice, ergo frustratoria reddetur quæcunque alia recognitio.

Octauo; nam quicunque iudex certus esse debet, eum, qui beneficium possidet, clericum esse, cum, qui sua culpa sacros ordines non suscepit, ipso facto nonnullis priuetur ministerijs. *cap. cum in cunctis §. clerici. de electioni. & elect. potest: igitur si tanta est Pontificis vigilantia, ad quid bullarum ordinum exhibitio?*

6 Nonò, quia clericatus probatio fit tantū ad iudicis laici instructionem: *Bald. in l. si qua per calumniam. vers. sed pone quod iste. C. de episc. & cler. Ant. de Alex. in l. quacunque fallent. 5. ff. si quis in ius voc:* Porro quæ maior instructio, quām bullarum exhibitio?

7 Et tandem pro hac sententia à *S. C.* decisum refert *Grammat. decis. 8. 1.* Vnde concludendum dicunt huius sententiæ sestatores ad probandum clericatum sufficere beneficiorum bullas.

8 Negatiuæ verò opinionis asseclę adducta in contrarium argumenta soluūt,

nec obstare aiunt primum ex dispositione concilij de sumptum , cum per ly , is , loquatur *concilium* de clericō . Quare non per hoc , quod aliquis beneficiatus est , clericus esse non debet , vt *Sanfelicius* *decis.* 1. *n.* 15. *tom.* 1.

Minus quoq; obstare inquiunt secundum ; negant namque ad fori priuilegiū obtinendum sat esse solam habitus , & clericalis tonsuræ possessionem ; ecquis delinquens non probaret per testes lögiam sui habitus possessionem , si opus non esset , vt ordinum bullas exhiberet ? Quod si nō sufficit huiusmodi possessio ad beneficium obtinendum , prout aduersarij ipsi & benè fatentur , quomodo sat erit ad clericatum probandum ? qua pro re est solemnis decisio *S. C.* relat. per *Capitium* *decis.* 77. *n.* 7. nec non vi gent iam dicta per *Reg. de Ponte conf.* 3. *n.* 31 *in fin.* & *n.* 34. & 35. *vol.* 2. Et mi rum auditu , inquiunt , clericatus pos sionem non imprimere characterem , nec quemcunque clericum facere , & prodesse tamē ad probandū clericatū , ea præcipue ratione , quia nemo nasci tu : clericus , nec talis dicitur qui possel sionem tantummodo ostendit . argumen to *textus in I. Herennius ff. de mino ribus* , vbi *Herennius Modestinus respon dit sola salary perceptione minimè decurio nem factum , qui secundum legem decurio creatus non sit.*

10 Vnde ridiculam cum *Caravita* dicūt supèr *riu* 235. *n.* 20. opinionem *Ioannis Andreæ* tres casus distinguentis , quo rum primus est , cùm clericus prius habebatur vt laicus ; secundus , quando vt clericus . Tertius , quando fuit cap tūs cum habitu clericali , & non habebatur vt laicus . Etenim in quocunque ex istis casibus clericatum per Bullas probandum asserunt ; dum fama neminem potest clericum creare , & in domini sortem adscribere .

Neque officere aiunt tertium argu mentum , cum verum sit solere Pontifi cem nominare beneficiatum clericum ; sed ex quibus nam coniecturis illi constare poterit Titum esse clericum ?

Profectò sic restaretur non ductus ab ordinatione per se facta , sed per alium Episcopum . Vnde eius assertio materialiter se habet ad probandum clericatum . *Ant. de Butr. in cap. ad hac de rescrip. Decius conf.* 602. *Curtius Senior conf.* 21. Quin immò potest aliquis inhabilis reddi ob natalium defectus , qui ad beneficium consequendum exp sacerdotem fortasse se legitimū esse , an nō hic beneficio spoliabitur ? Ita sanè ; & tamē Summus Pontifex illud concessit . Quid mirum ergo , si necessariò debent ordinum bullæ exhiberti , cum ex beneficiorum bullis non evidentè deducatur beneficiatum esse clericum ? Et in hoc vltimo casu exhibenda sunt seruitia ecclesiæ præstata , cum non ad sint ceteroqui requisita à *Concilio Tri dentino* . Quæ responsio applicari quo que potest quarto aduersariorum ar gumento , quod eodem laborat mor bo .

Minus quoque obstare opinantur d. l. ex facto deducta in quinta oppositio ne , cū concedant beneficia fore inter pretanda secundum concedētū mē tem , sed non benè deduci inquiunt cō sequentiam , ergo non sunt recognoscenda , sed hanc aliam esse deducendam , ergo aliorum non est ea interpre tari ; quod multum differt à , recognoscere , & ex his soluta arbitrantur sextum , septimum , & octauum argumen tum .

Ad nonum autem respondent ve rum esse quandoque clericatus proba tionem fieri ad iudicis sacerularis instru ctionem , non autem sufficientè instru ctum reddi ex sola beneficij collatio ne .

Nec sat esse ad huiusmodi instru ctionem probationem per testes ; nam quid aliud deponere possēt testes , quā vidisse illum cum habitu , & tonsura incedentem ecclesiæ inferiendo ? Sed hæc probatio non est de clericatu , ad quem docendum requiritur documen tum de ordinatione . Ast quid si testes deponerent se vidisse illum ordinari ab Epis-

Episcopo, an in tali casu fidei faceret ita, ut verè probatus diceretur clericatus ordo? Respondent, testes sic deponentes plenè probare, vnde locum haberet lex si sollempibus C, de fide instrum: cum in huiusmodi casu eidens adesset probatio, ex paritate docto-
ratus, qui probari potest per testes, qui actu interfuerunt. Alex. cons. 107. lib.
7. Bald. in l. non ignorat C. qui accus. non
poss. Neque obstatre subdunt tex. in l. si
qua per calumniam C. de episc. & cler.
vbi expressè habetur clericatum probandum per literam; nam quicquid
alij dicant, & præcipue Reg. Merlin. lib.
2. controv. foren. cap. 91. n. 25. loquitur de clericis peregrinatis in urbibus, qui difficillimè nec sine suspicione falsi ijs in locis testes reperirent. ibi. Præterea iubemus ut omnes clerici, atque Monachi, qui de suis civitatibus ad hanc aliam urbē ecclesiastici negotij, vel religionis causa proficescuntur, literis episcopi, cui unusquisque iter faciens obsequitur, muniti adueniant, scituri quod si cistra hanc fiduciam accesserint, sibi metu imputabunt, quod non clerici, vel monachi esse putabuntur. Quā
tentiam patere dicunt ex tex. in cap. secundo. de clericis peregrinant, ibi. Quod nisi de ipsorum ordinatione canonica per idonea tibi constitueris argumenta, eos nec in illis suscipe, nec ad maiores debes ordinis promouere! Profectò an probatio per testes de visu dicatur idonea, & eidens, iura consule. Et ne ullus hæsitationi locus supersit, liceat recensere, inquiunt, verba cap. 3. tit. cod. ibi. Respondemus quod nisi legitime tibi constiterit sive per literas, sive p: r testes de illorum ordinatione canonica, non debes ipsos promouere, &c. quem textum non vidisse audacter asserunt Merlinum, qui in d. cap. parum fortasse cautus inquit *Affictum in const. Apostolantes n. 12.* & Gram. cons. 510 in errorem lapsos, dum scripsierunt in iure cautum non reperi quod clericatus probatio scripturam desideret. & quamuis Merlinus in suæ opinionis comprobationem adducat textum, ut ipse vocat, rotundum in e.

legum 2. quæst. 1. attamen veritas est, illum non excludere probationem per testes, sed iubere tantum ut ordinati à suis ordinatoribus literas accipiant. ibi. Legum Ecclesiasticarum consuetudo, & authoritas talis est, ut in causis gestorū semper scripturam requirant, ad eo, ut qui ad sacram fontem accedit, suum dare nomine præcipiatur, qui ad summum sacerdotium preuechitur, decreto manibus omnium robato eligitur. Ordinatus autem à suis ordinatoribus literas accipere iubetur. Et sic immerito Merlinum, inquiunt dixisse clericatum de illis esse, quæ necessario scripturam requirunt.

Quod si dixeris probari sanè clericatum per testes de iure Canonico, non ciuili, quod necessariò literas requirit, respondent necessitatē hanc non grātis asserendam; nam quotiescumque iura concordare possumus & rationabili medio, ad quid illa dissona reddere contra tex. in l. præcipimus C. de ap-
pell. ? Quod si nec de iure Canonico per testes clericatum probari dixeris ex tex. in cap: nullus dist. 98. ibi. Nullus aliquaque transmarinum hominem patnes vos in clericatus gradus suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius episcoporum designatus sit chirographis. in cap. Transmarinos dist. ead. ibi. Transmarinos homines in clericatus honorem nemo suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius episcoporum designatus sit chirographis, quod per surreptionem multa solent euenire. foluet Gloss. & explicabit simul hac cap. dicens. Hac capitula loquuntur quando ita remoti sunt, quod sigilla Episcoporum, & etiam loca signata sunt. Illud quando Episcopus propinquus est, & eius sigillum bene cognoscitur, &c. Et ut ad propriam veniam quæstionem, hæc subdit. Sed posne quod non habeat literas, est ne recipiendus, si probet per testes? ita. extr. de cler. peregr. cap. vlt. Nam magis credendum est viua voce, quam mortua (notare, quia citat ius ciuile & nō meminit de contrarietate in his iuribus ab aduersariis adiuuenta) in auth. de fide instrum. S. si vero coll. 6. Hugo intellexit hac capitula abrogata.

*rogata; olim enim habuit locum hoc capi-
tulum propter multitudinem hereticorum,
&c.*

Sed quicquid sit de clericatus proba-
tione per testes, de qua innumeros
consulite Doctores, vt ad nostram
quæstionem regressum faciamus, illud
vtique certum est, quod licet benefi-
cium in laicum non cadat, vt in cap. ex
literis. de transactionibus, inquiunt ne-
gatiæ sententiæ sectatores in Regno
non fieri tales probationes per benefi-
ciorum bullas. Quod patere probant
*ex ritu M.C.V. secundum ordinem Ca-
rauista 235. vbi. Item seruat ipsa Curia
quod nullus clericus potest comparere nisi
personaliter cum documentis clericatus.
igitur non sufficit documentum bene-
ficiorum, quod diuersum est à docu-
mento clericatus, vt aiunt.*

Nec obstare concludunt decimum
argumentum desumptum ex decis. S.C.
relata à Gramm. cum præterquam quod
in hac decisione adfuerunt aliqua citra
nostram quæstionem, vt ex ipsius le-
tura apparet; nihilominus habent vt
inquiunt, pro eorum sententia recen-
siorem decisionem relatam à *Sanfeli-
cio in 7. decis. tom. 1. Quibus omnibus so-
lutis, ad probandum clericatum neces-
sariò requiri asserunt bullas ordinum,*
vel quācunque per testes de visu pro-
bationem, nec sufficere beneficiorum
Bullas,

Quid dicendum? eligentibus trado
ambas hasce sententias, Aduerto po-
stremò, quod ad hanc quæstionem spe-
ctare videtur articulus ille, an clericus
beneficiatus incedens sine habitu & tō-
sura gaudeat fori priuilegio? Qua pro-
re consule *Concilium Trident. seß. 23. c.
6. constitutionem editam per Sextum V.
Pontificem Maximum anno 1589. incip.
cum Sacroianctam.* Et aliam incip. Pa-
storalis. Authores verò qui supèr hac
quæstione scripserunt, innumeri pœnè
sunt, inter quos *Grass. de effect. cler. eff.
1. n. 1197. Garzia. de benef. tom. 2. cap. 1.
part. 7. n. 23. & tom. 1. par. 2. cap. 2. Clar.
§ fin. quæst. 36. n. 19. Rodriq. in summ. tom.*

*1. cap. 155. concl. 2. Genuens. in prax. Arch.
Neap. cap. 7. n. 7. Nouar. pract. concl. conc. 5.
Salsed. ad Diaz. cap. 62. n. 9. Farinac. in
praxi crimin. quæst. 8. n. 5. Barbos. in coll.
DD. ad Conc. Trid. cap. 6. n. 13. Vrfill. ad
Affl. decis. 24. num. 6. Gramm. decis. 81. de
Francb. decis. 189. Bouadill. in polist. 20.
1. lib. 2. cap. 18. n. 102. Scacc. de iud. caus.
ciuil. & crim. cap. 11. n. 19. Caualcan. decis.
10. n. 17. part. 5. Sesse de inhibit. cap. 8. §. 1.
n. 21. Cauall. comm. contron. quæst. 563. n.
3. Idem. de cogn: per viam viol. in proam.
cap. 8. n. 14. & quæst. 44. part. 2. n. 3. Gut-
tier. pract. quæst. 7. lib. 1. vbi Concilium
Tridentinum Regia lege confirmat. De
Ponte. conf. 24. lib. 1. Yrries in suo otio esti-
uo. part. 2. n. 393. Maur. Burg. de mod. pro-
ced. quæst. 65. n. 14. Squillant. de priuile. cle-
ric. cap. 7. n. 23. Dian. tract. 2. resol. moral.
resol. 28. Idem tit. de immun. eccles. resol.
51. Ricc. in 3. part. prax. eccles. resol. 310.
& part. 4. decis. 357. Bonac. de leg. disp. 10.
punct. 1. quæst. 2. §. 4. n. 10. Macer. variar.
resol. lib. 3. resol. 48. n. 22. Pater Ioan. Bap-
tista Scortia Illustris. Soc. Iesu. select. Pon-
tif. const. Theoremat. 382. Pref. de Curte
in diuers. iur. feud. cap. 2. n. 91. cuius dicta
ad unguem refert, & sequitur Dominus
Reg. de Marin. resol. quot. lib. 1. cap. 66. n.
7. & 8. vbi post n. 9. habetur decisio Re-
gia Camera, nec alitèr decisum per S.
C. scripsit Capyc. Latr. decis. 73. vbi mul-
ta ad materiam. Valentia lib. 2. quæst. 5.
punct. 6. & 22. d. 1. quæst. 12. pñct. 2. Vafq.
1. 2. q. 96. art. 5. disp. 170. cap. 3. Lessius lib.
2. cap. 29. dub. 8. n. 63. Molin. tom. 1. disp.
65. Sot. lib. 1. quæst. 6. art. 6. Sanch. lib. 2.
decal. cap. 22. n. 2. Suar. disp. 31. sect. 4. nu.
22. Gonzal. Reg. 8. cancell. §. 5. Gloss. 5. n. 6.
Paris. de resig. benef: Seraphin. decis. Rom.
393. n. 3. Caroc. decis. 32. n. 3. Bonac. de leg.
disp. 1. q. 2. punct. 1. n. 11. Capyc. decis. 112.
Riccins variar. resol. 245. Farinac. decis.
158. n. 16. Reg. T ap. in locul. comment. ad
ius Regni. tit. de Ep. & cler. tom. 1. n. 4. Vi-
ual. in candelabr. aur. in explan. Bulla Six-
ti V. not. 11. Barbos. de epis. part. 3. alleg.
37. n. 57. Reg. Sanfelic. decis. 220. part. 2.
Capyc. Latr. decis. 173. alijq; quos cumu-
latim apud citatos DD. vide.*

SVM-

- 1 **S**tatus questionis .
- 2 **D**e lute Communi fidem non facit apodexis non firmata tribus testibus .
- 3 **C**omparationes ex Chirographis quomo- do sint facienda ?
- 4 **A**n fidem faciat apoca ubi non sunt subscripti tres testes , sed deponunt de cha- racteris notione ?
- 5 **A**ffertur pro negativa opinione duplex S. C. decisio .
- 6 **A**dducitur alia decisio in contrarium .
- 7 **D**eposito de characteris notione eadem

- 8 **C**oadunata quando iuuent ?
- 9 **M**ultis probatur periculosa esse manus comprobationem .
- 10 **S**cripturarum comparatio tota dependet à iudicis arbitrio .
- 11 **P**ragm. 5. de literis cambij comprehen- dit apocas bancales quoad manus com- probationem .
- 12 **M**axima debet esse iudicis prudentia in manu comprobanda .
- 13 **A**dducitur pro debitore Praxis opponen- di exceptionem .

Q V Æ S T I O V I .

Dc Apocarum probatione , & comparatione scripturarum . vbi de intellectu ad Pragm. 5. de literis Cambij n. 4.



V M quæstio hæc in-
praxi dubia reddatur,
liceat speculationi-
bus parentare , ne
occasione præbeā
senioribus Iuris con-
sultis quæstiones has-

- 1 ce penitus effugiendi . Cardo igitur difficultatis in hoc vertitur , an apocæ quamvis propria debitoris manu subscriptæ , non tamè testibus fulcitæ , nec à Notario signatæ , ac proinde priuatæ per Gloss. in l. instrumenta C. de proba- tionibus , fidem faciant ita , vt debitor audiri nequeat nisi in vinculis , vel fa- cto deposito , ex dispositione Pragm. 2 63. sub tit. de off. procur. Cæsar. S. item si supplica . n. 2. & S. item volemo. num. 6. Qua supèr re cæteras inter Cœsareas sanctiones viget . l. instrumenta C. de probationibus . ibi . Instrumenta dome- stica , seu priuata testatio , seu adnotatio , si non alijs quoque adminiculis adiuuen- tur ad probationem , sola non sufficiunt . S. fin. auth. si quis C. qui potiores . ibi . si ta- mè quisquam aut deponens , aut mutuus , aut alias contrahens cōtentus sit sola Scrip- tura eius , cum quo contrahit , sciat scrip- turam non sufficere ad probationem . Quod

clariùs ostenditur , & explicatur in le-
gis initio . ibi . Si quis vult cautè depo-
nere , non solum credat accipientis scripture ,
sed ad vocet , etiam testes idoneos , & fide
dignos non pauciores tribus . Sed & si quis
aut mutui instrumentum , aut alterius cu-
i spiam contractus fecerit , & noluerit hoc
specialiter in publico confitiri , non ex ipso
videatur credibile , quod scribatur super
mutuo documentum , nisi etiam trium te-
stium abhibeat presentia fide dignorum .
Sic pariter disponitur , per S. si quis igitur .
Auth. de instrum. caut. & fid. ibi . Sed is ,
qui depositum dat , aduocet & testes ut
possibile & honestos , & fide dignos , & no
minas tribus , ut non in sola scripture , &
eius examinatione pendeamus . Concordant.
l. Scripturas , cæteræque , quas , ne
tempus tercere videar , suppono tan-
tum , non refero . Vnde S. C. teste
Affilictio in decis. 104. censuit fidem fa-
cere Apocam priuatam licet ab alio
construetam , modò fuerit à proprio
debitore subscripta , nec non à tribus
testibus deponentibus , se à debitorum
& creditore simùl rogatos , vt se in illa
subscriberent apoca , quam ipsi credi-
tor , & debitor aiebant propria debito-
ris manu subscriptam . Itaque licet te-
stes

stes non depositissent de visu, quia vero asserebat se à debitore rogatos, & consequenter de debitoris mādato deponebant, *Sacrum Consilium* arbitratū est huiusmodi apocam fidem facere. Ex quibus liquet iam à fortiori fidem ostētare, si tribus fulcita fuerit testibus deponentibus de visu, nec non afferentibus conspexisse debitorem se in illa subscribentem.

- 3 Quoniam autem assolent in testium defectum fieri cōparationes ex publicis scripturis, ut in *l. comparationes C. de fid. instrum.* ibi. *Comparationes literarum ex chirographis fieri, & alys instrumen-*
tis, que non sunt publicè confecta, satis, abundatque occasionem criminis falsitatis dare, & in iudicij, & in contractibus manifestum est: ideoque sancimus non li-
cere comparationes literarum ex chirogra-
phis fieri, nisi trium testiū habuerint sub-
scriptiones, ut prius literis eorum fides
ponatur, vel ex ipsis hoc deponentibus, si-
uē omnimodo duobus ex his, siue compara-
tione literarum testium procedente, &
tunc ex huiusmodi chartula iam probata
comparatio fiat; aliter etenim fieri com-
parationem nullo concedimus modo, licet
in semetipsum aliquis chartam conscriptā
proferat, sed tantummodo ex forensibus,
vel publicis instrumentis, vel huiusmodi
chirographis, qua enumerauimus, compa-
rationem iustinrandam, &c. ut cæteras
deseramus quæstiones, quæriimus hic
in mera praxi insistendo, an fidem faciat apoca, in qua adsint tres testes, no-
4 subscripti, sed deponentes tantummodo
de debitoris manu, non quod illum scribentem viderint, sed quia eius characterem notum habent. Vnde simili-
tudinem tantum arguerent.

- 5 Et supèr hoc puncto in promptu se-
se offert decisio duplex Sacri Consilij,
altera relata ab *Affl. in decis. 181.* alte-
ra verò à *Grammat. in decis. 84.* in qui-
bus appetit supremum illum Senatum
iudicasse apocam tribus testibus non
fulcitam, sed comprobatam à tribus
deponentibus sibi illam propriissimam
debitoris manum videri, & ipsissimum,

vt ita dicam, characterem, ast non de-
ponentibus de visu, nullam penitus si-
dem facere.

- 6 Sed ex diametro opponitur eiusdem
Senatus decisio relata à *Sanfelicio in*
decis. 155. vbi, apoca non subscripta
à tribus testibus, sed comparata cum
alia scriptura publica iuxta praxim tra-
ditam ab *Affl. in d. decis. 181.* & simùl
cum testibus deponentibus de notione
manus debitoris, vel cum vno teste
deponente de visu, tanquam plenissi-
mam faciens fidem habita est.

Hinc prima fronte videtur decisio-
nes istæ nullam pati contrarietatem ex
eo, quia diuersos perstringunt casus.
Attamen hæsitandi ansam præbent que
refert *Affl. in d. decis. 181.* Hæc ille: Si
utroque modo testibus, & comparatione,
plenè probat, & intelligitur de approba-
tione testium, qui viderunt illum prescri-
bere apodexem, ut declarat Bart. &c. Vn-
de incidenter, sed ad rem nostram, ut
videbitis in decursu quæstionis dubita-
tur, an si interuenerint testes deponen-
tes de notione characteris, vel vnu de
visu, & comprobatio alicuius publicæ
scripturæ, talis apoca fidem faciat? tā-
tò magis, quod in casu relato ab *Affl.*
aderat præter depositionē testium, ma-
nus comprobatio.

- 7 Et quidem sistendo super dictis à *Sā-*
felicio dicerem quod, si plenam fidem
non facit Apodexis per comparationē
characteris tantum, nec plenam faciet
fidem, additis comparationi depositio-
nibus trium testium dicentium de cha-
racteris notione. Quæro enim quid ul-
terius addit huiusmodi depositio? Pro-
fectò illud idem dicit, quod manus cō-
probatio; nam sicuti illa similitudinem
arguit, ita & hæc testium depositio.
Vnde sicuti si mille adduceretur scrip-
turæ, per quas debitoris manus verifi-
milis demonstraretur, nihilominus ta-
les comprobationes plenam fidem non
facerent, quia idem ostenderent, ita
etiam si mille testes deponentes de ma-
nus notione cum illius comprobatione
producerentur, neque plenè probarēt,
quia

quia idem arguerent. Et ratio rationis est; nam quotiescumque aliqua probatio de se intrinsecè inefficax est, si mille comprobationes illius speciei adderentur, quia omnes essent similiter inefficaces, non probarent. Non sic scilicet testes de visu, qui quia de se efficaces intrinsecè sunt ad probandum in casu nostro, licet unus tantum non probaret ex *I. iuris iurandi C. de testibus*, tamè si alii adderentur, plenè probarent. Falsum igitur videtur quod aiebat *Sanfelicius*, comprobationem nempè scripturæ cum depositione testimoniū dicentium de notione manus plenè probare. Reliquum ergo est, ut breuitè examinemus quod præterea ait, plenè scilicet probare Apocā comprobata cum publica scriptura, vel cum tribus deponentibus de characteris notione (quæ duo, ut vidimus, idem sonant) addito uno teste deponente de visu. Quod quām falsum sit ad euidentiam patet, si verus est texrus supra relatus in *I. iuris iurandi C. de testibus*, per quem habemus dictum unius dictū nullius esse.

Neque iuuat obijcere hoc in casu non tantummodò unum testimoniū adesse, sed alios aliter ad rem deponentes, vel saltē manus comprobationem, & cū, quæ singula non profundunt, coadunata iuuent ex *I. i. C. qui se numer. tutor.* nulli dubiū esse posse, quin huiusmodi apoca plenè probet. Nam facilissima præest responsio, quia, ut obiectio locutus esset, testes non deberent esse singulares; præcipue cum coadunata tūc iuuent, quando sunt intra eandem speciem. In promptu est exemplum. Pone aliquem de visu deponentem, alterum vero de auditu circa homicidium. Ceterè hi duo non plenè probarent, sicut verè probarent duo testes de visu. Cur hoc? nonne coadunata iuuant? ita sàne, sed coadunata hęc non dices esse in eadem specie. Sic in casu nostro discurrere fas sit, vbi testes essent in diuersa deponendi specie repositi. Igitur neque coniunctit hoc se.

cundum caput expositum à *Sanfelicio*:

Nec mirmini velim me negare fidē facere tres testes deponentes de characteris notione; cum cæteroqui appareat per *d. l. comparationes* probata iam dici apocam comprobata cum publica scriptura, quæ comprobatio, ut diximus, idem sonat, ac testimoniū depositio. Nam facilis adaptatur responsio; & multiplex quidem. Prima esse potest, quia primus casus habetur in iure expressus, secus verò secundus; Secunda, nam maiorem vim habet cōprobatio ex publica scriptura, quām depositio testimoniū deponentium de characteris notione, quia testes facilimè corrumpi possent, non tāni facile autē publica scriptura. Tertia desumitur ex negatione assumpti aduersariorum; ipsi enim assumunt sat esse solam comprobationē ex publica scriptura, quod ego penitus nego. Pro cuius dicti explanatione audite quælo *textum in § si verò tale quid.* *Auct. de inscr. caut. & fid. ibi. Verum: amēn sit hoc iudicantis prudentia simul, acque religionis, ut (notate) veracibus potius pro talibus credas.* & nos quidē secundum hunc modum existimamus oportere probari fidelia documenta. Audite, inquam. *textum in §. si quis iugur. Auct. eod. ut non in sola scriptura pendeamus, &c.* Patet ergo, licet *l. comparationes* comprobationem adinittat ex publica scriptura, nihil tamè minùs texrus hos supra relatos aliquid aliud requirere, prudentiam scilicet in veritate indaganda. An autē iudex ex sola manus comprobatione veritatem queat indagare, ex ijs, quæ licet breuitè è variorum Doctorum pronunciatis dicturi sumus, colligetis, & fortasse in negatiuam partē inclinabitis, quamvis *Sanfelicius* afferat in *d. decif.* eius dicta esse secundum cōmunem opinionem addentium ad *Af. s. in d. decif. 181.* Sed inter cæteros vidi ego *Vrfill.* qui n. 8. afferit scripturam ab uno teste subscriptam bonā, integrā grāque famā, aliqualem fidem facere, & deinde n. 12. hęc ait. *tunc videtur*

E com-

*comparatio necessaria, quando apoca pri-
nata haberet unum testem de visu, & in-
uaretur comprobacione; nam tunc bene pro-
barest. Vt ergo ad rem deueniam, quæ-
ro ego, quandonam apoca iuuaretur
comparatione? Certè quando com-
paratio talis esset, vt procul dubio iu-
dex non errare certioraretur. Sed ad-
estne modus iste comprobandi in con-
scientia tatus? Vtinam sanè. Et quā
difficilis sit huiusmodi comparatio, con-
sulite quælo *Menoch. de arbitragi lib. 2.
cens. 2. casu 114. n. 14. & 15. vbi* quasi se
contra *Affl.* dixisse pœnitent, asserit
periculis vndique oblitam esse manus
comprobationem, cum quotidie adeò
callidi manus adulterantes reperiantur,
vt nullo prorsus modo secernere quea-
mus verum à falso, afferendo *Zafium lib.
2. singular. resp. cap. 25.* referentem de
quodam Monacho]. Vnde postremò
sic concludit. *Oculos ergo iudex noster
baseat lynceos.* Quare *Boërius in sua
aurea decis. 172. post n. 18.* ex loquendi
modo videtur velle apocam, ad hoc, vt
ad plenè probandum sufficiens redda-
tur, debere continere vna cum com-
parisone testes de visu deponentes.
Qui author quām sit oculatus supèr hac
materia, patet in *decis. 282.* vbi praxim
obediendi literis Dominorum famulis
tradit. Et sic quod ait *Bart. in l. admo-
nendif. de iur. iur. intelligendum arbit-
ror prout explicat Affl. in d. decis. 181.*
vt scilicet loquatur, quando testes de
visu deponerent.*

Vt autem cum *Sanfelicio* conclu-
nius, ne in praxi à S.C. sententia discre-
pemus, dicendum est supremum illum
Senatum ex characteris comprobatio-
ne, & ex alijs verisimilitudinibus ve-
rissimam habuisse debitoris manum; ac
proinde veritate ductum sic iudicasse;
Etenim ex *d.S. si vero tale quid aperte
colligitur scripturarum comparatione
10 totam à iudicis arbitrio pendere.* Quod
quām difficile sit, satis supèrque suprà
vidistis. Et dū hæc scribo, referunt hic
Neap. quendam scribendi arte peritum
sua excellentiae manum adulterantem,

e banco quodam bis mille aureos re-
tulisse, & casus latebat, aiunt, ex cha-
racteris similitudine, sed aliundè inno-
tuit. Non defunt ergo nostris hisce
tempestatibus qui bene hominem pin-
gunt, & fingunt.

Vnde & ego concluderem, præter
manus comprobacionem aliquid aliud
requiri documentū, ex quo iudex que-
at veritatem indagare; nec *sextum in
d. l. comparationes* sic absolutè intelli-
gendum; dicerem verò non requiri tres
testes deponentes de visu, cum isto in
casu nulla requireretur comparatio de-
supèr, sed vel duo, vel aliq verisimi-
litudines.

Quare in rationibus suprà adductis
insistendo assererē quoque, vt ad quæ-
stionem primo loco propositam rādēm
reuertamur, fidei non facere tres te-
stes deponentes sibi videri proprium
debitoris characterem, quo apocam
scriptam vident; Nam si non sufficit
sola comprobatio, sed aliquid aliud re-
quiritur, à fortiori non sufficient tres te-
stes sic deponentes, sed aliquid aliud
requiretur ad comprobādam huiusmo-
di apocam, quæ iuuari non posset com-
parisone, quæ idem ostenderet, ve-
rūm alia verisimilitudine, qua falsitatis
suspicio elideretur. Hinc collige ex
duabus superiùs assignatis rationibus,
quod, quamuis asseramus sat esse solā
comprobacionem ad apocam verificatio-
nem, modò huiusmodi comprobatio
fiat ex publica Scriptura, nihilominus
non idem dicendum sit de testibus de-
ponentibus se notam habere debitoris
manum.

Sed circumscripta iuris communis
dispositione, contraria lex est in Regno
nostro, qua euincitur contra ea, quæ
hucusque diximus, apocam verificatā
iam dici, si tres testes modo, quo su-
pra, deponerent. Hæc est *Pragmati-
ca quinta sub tit. de literis camby n. 4. S.
e perche. ibi. E perche tal volta quelli
che accettano le lettere di cambio, negano
di bauerle accettate, per non venire al pa-
gamento, e dar maggior dilazione al cre-
dito.*

- dicere, per evitare questo inconveniente, volemo, & ordiniamo, che non ostante qualsivoglia legge in contrario, esaminandosi tre testimoni degni di fede, le quali attestino, che la pari mano di quello, che l'hauesse accettata, per hauer' nota la mano sua, che con questa sola proua, & hauendo il creditore data pleggaria di restituire quello, che indebitamente esigesse insieme con l'interesse de cambio, e recambo, e di più venticinque per cento di pena da pagarsi al creditore, & al Fisco, cioè a ciascheduno la metà se le debba dare l'esecutorio reale, e personale, non derogando alle pene, che per le leggi, e Pragmatiche di questo Regno incorrono quelli, che negano la lor firma, in virtù de quali si debbia castigare criminalmente. Ex quibus verbis nulli dubium esse poterit, quin licet Pragm. loquatur de literis cambij, comprehendat quoque apocas bancales, dum; cum dispositio sit circa characteris cognitionem, eadem militat ratio in istis ac in illis, & proinde eadem debet esse dispositio ad iex. in cap. 3. extit: de appellation. cū præcipue Pragm. dispositio non sit circa poenas, quæ eadem sunt, sed circa modum probandi; & sic non valet assertere poenas non esse extendendas ex cap. odiā de reg. iur. in 6. Etenim hic nulla penarum extensionem ad initium sed tantummodo modum comprobandi scripturas eruimus.*
- 12 Vnde ex his fortius aduertamus, quælis esse debeat iudicis prudētia in apoca verificanda ex dictis testimoniis: erū nō ergo cum Menoch. dicendum. Oculos iudex noster habeat lynceos. Nihilominus, vt fraudibus, quoad possumus, obuiemus, si debitör viderit suam nō esse, de qua testes deponunt, manūn, cū citatus fuerit ad apocan recognoscendam, illicò opponat exceptiōnem non numeratae pecuniae; nam tūc creditor oneratur numerationis probatiōne, vt decisum testatur quoque inter ceteros Sanfelicis decis. 152.*
- 13 Ad quam praxim benè fundandam pro debitore, duo debent concurrere.*

Primum quod debitör non fuerit confessus ex interuallo per geminatum cōfessionem, prout iudicatum refert idem Sanfelic. d. decis. num. 6. Secundum est, quod talis exceptio opponatur infra biennium, ad hoc scilicet, vt onus probandi numeratione in creditorem transferatur l. in contractibus C. de non numerata pecunia. Affl. in const. causa per. & Sanfelic. in praxi. d. modo interrog. in causis ciuil. n. 28. Sc. quoque exceptio rei non traditæ proponenda erit infra triginta dies d. l. in contract. S. super cæteris. Sanfelic. l. cit. qui praxim hanc benè fundat, nec eius dicta referto. Vide ibi multa, nec non apud Affl. in d. const. causa per. & Caraus. run 156. Et ad opponendam fori declinatoriam, vt scias tempora, quæ in apoca supponuntur, contule Rous. Super Pragm. 63. de off. procur. Casar. Si uero volemo post nu. 51. ubi adunque in referi pulcherrimam decisionem benè à Sanfelicio rescriptam in decis. 154.

SVMMARIVM:

- 1 **P**roponitar primum aduersoriorum argumentum.
- 2 **O**bstrepitus expelli possunt malleatores.
- 3 **D**ispositio, & verba cap. pridem 18. quæst. 2.
- 4 **B**arones possunt artium factidarum exercituum prohibere.
- 5 **R**efertur ad rem decisio S.C.
- 6 **P**roponitur secundum argumentum.
- 7 **V**erba constitutionis Regni, quæ paſſim.
- 8 **D**ispositio Pragm. 3. de meretricibus.
- 9 **C**onstitutio, quæ paſſim, locum habet contra studentes.
- 10 **V**erba cap. Neapol. super adueniarum expulsione.
- 11 **S**cholares multis gaudent priuilegijs.
- 12 **P**roponitur tertium argumentum.
- 13 **R**espondetur ad primum.
- 14 **N**emo arte sua uti prohibetur.
- 15 **C**ausa studiorum priuilegiata.
- 15 **I**nter studentes, & aduocatos nulla com-

- stituenda est differentia.*
- 17 *Publica utilitas replens sapientibus ciuitatem præfertur.*
- 18 *Respondetur ad secundum argumentum.*
- 19 *Fæmina meretrix quandoque expellit nequit à locis honestis.*
- 20 *Cap. Neapol. loquitur tantum de habitantibus.*
- 21 *Nec operatur contra Neapolitanos.*
- 22 *Respondetur ad tertium argumentum.*
- 23 *Adducuntur verba Consiliarij Annæ.*
- 24 *Cap. Neap. non extenditur ad studentes immorantes in domibus Neapolitanorum cum Neapolitanis.*
- 25 *Lectorem non esse expellendum suadetur rationibus pollicis.*
- 26 *S.C. in hanc sententiam inclinavit.*
- 27 *Admittitur in praxi appellatio ab expulsione.*

Q V Æ S T I O VII.

An lector expellendus sit à locis honestis? vbi multa incidenter de huiusmodi expulsionibus ad intellectum gratiæ conceſſæ Neapoli.



V M passim huiusmodi angustijs miserrimi lectores præmatur, iure optimo arbitriatus sum adnectere quod mensibus elapsis euenit, vbi varia intexam capita, ne quid post hac contra eos intentetur. *V.I.D.* *Dominus Blasius Cusanus lector ex primarijs in vrbe hac Neapoli iura edocere cœpit in vico ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Maioris; anno vero sequenti comparuerunt in S.C. complatearij, eius expulsionem petendo. Commissa causa *Domino Consiliario Hortensio Pepi*, mādauit hic, vt infrà biduum exfractaret *Blasius Cusanus Lector iuris Giulii*, & causam habens in contrarium cōpareret. Comparuit *Blasius*, & relata causa in S. C. propriè in Rota Illustrissimi Marchionis Oliveti, multa hinc inde obijci debuissent, quæ ego proprio ex parte ordinatè disponam, ne imposterum nullus hæsitationi locus præstetur.*

- 1 Opponere ergo debebant Complatearij *Blasium* omnino expellendum tríplici ex capite. Primò, quia, cum certum sit posse ob strepitum expelli Maleatores ex *Alex. ad Bart. in l. 1. in fin. vers.*, sed quid si maleatores *C. de Bud. liber. lib. 1. 1. Luc. de Penn. in d.l. 1. ex tex. in*

cap. pridem 18. quaest. 2. vbi. Pridem præcepimus, ut de monasterio Sancti Andrea, quod est super Mascalas Baptisterium propter Monachorum molestias debuisset auferri. Cumque indubitatum sit barones posse ob publicam causam, aerisque salubritatē arres foetidas prohibere. Capiblanc. de baron. Pragm. 14. n. 15. & ad complateariorum querelas, vicinus, qui ratione officij malo cæteros afficiebat odore, fuerit expulsus ordine M.C.V. & S.C. prout refert Sanfelic. decif. 127. n. 4. tom. 1. certum, indubitatumque videtur expellendum fore lectorem ob scholarium frequentiam, strepitu, obscenisque de more verbis aliorum modestiam turbantium, & in virorum animos proprias erga vxores Zelotypiam inducentium.

- 6 Secundò, si in iure nouum non est ab honestis locis meretrices esse expellendas ex *Capoll. tract. de seruit. iur. paci. n. 25.* prout in *Catalonia Principatu* cautum est idem testatur, quamvis illæ ijs in locis proprias haberent domos. *Peguer. decif. 12. in fin.* & vbique idem seruari ex iuris communis dispositione docet *Luc. de Penn. in l. si qua C. de spect.* & *Scandib. 11. Ripa in tract. de peste tit. de remedy s. præser. vers. 18. n. 164. Ans. Gomez. de iurijs c. 6. col. fin.* & in *Regno*

- 7 gno nostro est cōstitutio, que passim.vbi.
Qua passim venalem formam exhibuit, & vulgo prostitutam se prabuit, huius criminis accusationem amovit. Violentiam rāmen ei ingeri prohibemus, & inter boni testimoniū fēminas eius habitationem vetamus. Quam constitutionem in viridi obseruantia este hic Neapoli testatur Aſſt. ad eandem const. n. 1, illam multis authoritatibus, & iuribus comprobans.
- 8 In quas etiam meretrices anno 1577. edita fuit Pragm. in ultima compilatione tercia sub tit: de meretricibus, qua prohibitur illae immorari in vico Catalano, quam Pragm. Rouit. extendit ad omnia alia loca, in quibus honestae personæ immorantur, ne dum Neapoli, sed toto in Regno vigore constitutionis, que passim, lūprā relatę. Si, inquit, hoc in iure nouum non est, ea profecto ratione, quia, cum mōbida facta pecus totum corrumpat ouile, facillimè inhonestæ honestas corrumperent, quis dubitet quin lector expelli debeat ab honestis locis, cum studentes Neapoli inter infames personas numerentur? Vnde dictam constitutionē locum habere etiam contra studentes
- 9 afferunt Rouit. in d. Pragm. 3. de meretric. Andr. & Gloſſ. in d. const. que passim, vigore videlicet priuilegiij huic ciuitati Neapolitanæ concessi anno 1504. à Catholica Maieſtate in ultima compilatio-
- 10 ne, 59. ibi. Item considerato, che per lo pubblico honesto vivere, & honore di questa ciuità, gentil huomini, e cittadini honorati da effi per antichi ritii, costumanze, legge, & oſſeruanza li studianii, & huomini forastieri senza mogliere, e fēmine senza mariti, che vivono inhonestamente, non ponno, nè deuono habitare, fra effi gentil huomini, e cittadini da bene, & honorati, per questo per oſſeruanza di dette buoni ritii, & honorate, e buone costumanze questa ciuità in genere, & in specie supplicano Voſtra Catolica Maieſtā ſi degna à magior fauore di dette oſſeruanze concedere licenza, autorità, & ampla potestà alle Magnifici eletti di questa ciuità, che accadendo il caſo, che dette studenti,

& huomini forastieri ſenza mogliere, e donne ſenza mariti, & inhoneſte ſi trouaranno habitare intra, & appreſſo le gentil huomini, e cittadini da bene, & honorati di effi ciuità, ad ogni iſtañza di effi vicini ſi debbiano, e poſſano cacciare ſenza contradittione, ò repugnanza de quelli, ne di quelle li haueſſero allogate le caſe, nè poſſano dimandare, nè allegare loro intereffe delli peſoni di dette caſe. Placeſ potentiſſ. & Sereniss. Regi. De quo priuilegio meminit de Franch. deciſ. 316.

11 Vndè quamuis ſtudentes multis gaudeant priuilegijs, quæ recenſet Rebuff. tract. de priuilegijs ſchol. hoc tamen non iuuantur, teste Ronito in rubr. Pragm. 1. de ſcholar. doctrorando. n. 2.

12 Tertiò, quamuis lector actualiter non legat; nihilominus adhuc expellendus videtur, ſi fēminas honestas domi non retineat. vigore d. cap. ibi. Et huomini forastieri ſenza mogliere. Concludi igitur debebat, cum de iure communi, Regni, & municipali cautum ſit ſtudentes expellendos ab honestis locis; quinimò de iure municipalı Neapolis etiam exteriores fēminas domi non retinentes, Blasium Cufanum expellendum tanquam exterum, nec Domi fēminas honestas retinentem, ſed variis ſtudentes incolas, qui complatiorū animos ad Zelotypiam erga proprias vxores vrgebant, præcipue cum vicus ille proximus eſſet Ecclesię Sanctę Marię Maioris, & conuentū iij religiofi continuos ob ſtrepitū vexarentur.

Hæc ſunt, quæ in Blasium vel obiecta fuere, vel obijci potuiffent, quæ-

13 que non obſtare videbantur. Non primum caput. Cum non tam facile credendum ſit malleatores expelli poſſe, prout videri poterit apud Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 3. caſu 237. Imò Praef. de Franch. in deciſ. 625. refert in

14 S.C. decisum non impediendum filatōriſ exercitium, ſi quis fortaffe moleſtia afficeretur, cum nemo arte ſua vi prohibeatur. I. quaro ff. de iur. patr. I. fin. ff. de obſeq. à liber. par. praſtan. Sed dato hoc; nihil-

nihilominus cum studiorum cauila adeò
 15 fauorabilis sit , vt legumlatores maxima , & penè innumera beneficia stu-
 dentibus concederint, ex DD.cmnibus
 16 in Ausb. babita C. ne filius pro patre , vt ,
 in quam, nulla sit constituenda differé-
 tia inter scholares, & aduocatos ex eo,
 quia par est eorum conditio . Menoch.
 de arbitrar.lib.2.cent.3.caſu 237. n.1. &
 4. clare patet , si per Bart. in l.1. ff. soluto
 matrim.n.3. non potest scholaris fabrū
 malleantem expellere , dum fabro in-
 ferretur iniuria , nec expelli posse scho-
 lares ipſos ob innumera priuilegia ipſis
 concessa , quæ fabris conceſta non
 sunt .

Quin etiam hoc adeò verum est , vt
 quisque ob strepitus studium scholari-
 bus impediens sit expellendus . Alex.
 ad Bart. in l.1.C.de ſtud: liber. quem re-
 fert Sanfelic. decif. 227 ſom. 1. poſt num. 3.
 Pulcherrimam dat Glos. rationem in
 17 d.l. 1 in verb. auertat. ibi. Faber non potest
 malleare iuxta ſcholas ; publica enim vi-
 litas, qua replet ciuitatem ſapienſibus, pra-
 fertur . Cum igitur iurium lectuia ad
 publicam tendat vtilitatem , quamvis
 omnia obſtarent , non expellendus vi-
 debatur Blasius iura edocens , dum pu-
 blica ex vtilitate multa conceduntur ,
 quæ alioquin non eſſent concedenda .
 Felin. in cap. nonnulli in princ. verb. fau-
 ore extr. de reſc.

18 Neque obſtare videbatur ſecundum
 caput , cum aduersarij arguant ē mer-
 tricibus ad studentes . Et quamvis Me-
 noch.lib.2.de arbitrar.cent.4.caſu 328.n.
 14. aiat non poſſe expelli foeminam ,
 19 quæ ob ſui ipſius amorem amanti co-
 piā fecit. ex ratione ſex. in ſ. illud. vers.
 nouimus. Ausb. quibus modis nat. effic. leg.
 attamē esto hoc, expellantur iam me-
 retrices, miserrimi Palladis Aſſeclæ in-
 fame nomen induant , literarum per-
 dant insignia ; ab honestis , inquam ,
 erumpant locis, non indē ſequetur ex-
 pellendum lectorem . Cum enim d.
 cap. ius commune corrigit , ſtrictè eſt
 intelligendum , vt iurium correctiones
 euitemus ad l. prcipimus C. de appell.

Et ſic eos tantummodò studentes com-
 prehendere dicendum eſt , qui honestis
 in locis habitant , non qui ad ea ince-
 20 dunt , vt iuribus imbuantur . Præterea
 21 in facto addebatur ſub Blasij discipli-
 na innumerous addeſte studentes Neapo-
 litanos , in quos non operatur priuile-
 gium confeſſum Neapoli . De Franch.
 decif. 316. multos verò e vicinis oppi-
 dis ciues , qui eodem gaudere debent
 priuilegio per l. qui ex uico ff. ad munici-
 pal. De Franch.d. decif. Quare ex indu-
 bitato iure videbatur Blasius non ex-
 pellendus .

22 Neque obſtare prætentebatur ter-
 tium caput ; Nam prout aduersarij quo-
 que pleno facabantur ore , cum Blasius
 Cusanus vir ſit doctoratus lauēa mariti-
 cè insignitus , modestia , virtutius ,
 moribus , literis , pietate perſpicuus ,
 nulli dubium eſt poterat quin contra
 iipſum non operaretur priuileg. Neapol.

23 En verba Consilarij Anna in singular.
 338. Sed magna fuſt quæſtio utrum Do-
 ctor , aut clericus cum ſcholaribus poſſit
 expelli virtute capitulo Neapolitano , Do-
 minus Iacobus Lottberius Doctor crudif-
 sumus meus nepos ex ſorore pro magnificis
 decurionibus indicauit debere expelli , &
 cum eſſet appellatum ad Sacrum Consiliū
 de anno 1570. in cauſa magnifici V. I. D.
 Antonini Monitij aduocati Magni , & Re-
 uerendi Ioannis Dominicij de Turſio , quid
 fuerit determinatum , apud Caſareum Se-
 cretarium videri poterit . Et anno 1576.
 cum quidam Scholaris Ciuitatis Melja ,
 qui iam recitauerat puncta tentaria , de-
 creto Magna Curia expellendus eſſet , ha-
 buit recursum ad Illuſtrē Regeniem Sa-
 lernitanum , qui , ſtante quod iam licen-
 tiatus erat , ordinauit Magna Curia quod
 ſuperfederet per decem dies , donec docto-
 raretur . Hæc ille , ex quibus patet pri-
 mum caſum pro decisione reterre ſe ad
 vltimum .

Cum igitur , pro vt in dies deciditur ,
 certum ſit Doctorem expelli non poſſe
 vigore d. priuileg. Neap. dubium eſt an
 expellendi ſint studentes cum iplo cō-
 morantes , ſuper quo ab Anna , vt vidi-
 ſtis.

stis, non refertur decisio, sed ut dixi, refertur decisio in ultimo casu tanquam comprehensa in primo. Quod ut patet. *Ramius eruditissime in rubr. Prag. i. de scholaribus doctorand. n. 3. & sequent. sit cap. non militare in illos studenes, qui in Neapolitanorum domibus, ceterorumque honestorum virorum cura ijs immorantur, quamvis pro ipsorum habitatione pensionem solueret Dominus . vigore. l. 2. & seq. ff. de usu, & habitatione. Et merito quidem, si ad re discurrere fas est d. cap. locum habere non debet in studentes cum honestis viuis habitantes; Etenim si ij honestis locis parentarent, occasio præberetur varia potius patrandi facinora, quam iuribus, ceterisque scientijs operam dandi. Imò in hoc tertium caput producebatur fides, qua constabat studentes imminorantes cum Blasio sacris ordinibus esse fulcitos, ac proinde non comprehensos à d. cap. quod clericos non comprehendit, quia maximum est ecclesiastice iurisdictionis præjudicium, quo casu laicorum statuta clericos non ligant, ut alias diximus.*

35 Tandem non expellendus videbatur Blasius rationibus politicis; etenim impium videtur in lectores item decidi. Quod si accideret, iurisconsultis impostorum loca deficerent, vbi iura edocerent, Quin imò Neapolitani ipsi, & iudices, eius filios, non ut scientijs imbuerentur, sed viuis ad lupanaria, vbi iam Doctores iura edocerent, vel inuiti mitterent. & si hucusq; studia tot sapientibus urbem hanc repleuere, quot dignitates ipsæ præferunt, lasciuia sceptrum assumente, meretrices ut sua quoque iura edocerent, læto animo studentes contubernales reciperent, eosque tanquam insipientes perderent. Quod quam ingens præjudicium, nec non perniciem Regno Neapolitano afferret, nec imparem hostibus risum, nemo sanxerit, qui non videat. Vnde concludebatur Blasium Casanum non expellendum, sed manuteneendum in possessione legendi in illa domo, in-

qua per annum nulla cōplatearios molestia affecit, imò & complatearij ipsi fuerant passi meretrices commorari.

26 Relata causa in S. C. varia hinc indecisa fuere perpensa, postremò arbitratum fuit S. C. clausis nonnullis fenestris, Blasium non expellendum. Acta sunt penes Lælium Clauelli actuarium S.C. in quibus non erit reperire decretum; Etenim sacer ille Senatus cēsuis fortassis non scribendū, ne scholaribus impostorum occasio præberetur molestijs vicinos afficiendi, nec non lectoribus impertinentes, malisque imbutis moribus studentes retinendi utpote certis non expulsione, vigore decisionis S. C. quæ per DD. omnes legis vim habet in Regno. Nam nouum non est solere quandoque S. C. exequi tantum quæ statuit, absque eo, quod decretum scribatur, ad scandalū, ceteraque huiuscmodi vitanda; ut in simili casu, sed contrario decreto hoc accidisse circa mulierum inhonestarum expulsionē refert *Gizzarelli. decr. 56: n. 28.* Hæc sic me retulisse non displiceret, ne amplius quisquis sit contra lectores aliquid intentare audeat, dum, cum multoties causa hæc agitata fuisset in S. C. semper indecisa stetit.

Hinc ad uberiorem huius materie notitiam aduerte quod, licet à sententia expulsionis nemo appellare possit, prout voluere Bald. in l. unica C. si de monachis poss. fuer. appell. & in l. 1. ff. de fer. Alex. & Iason in l. 1. ff. solut. matr. ea videlicet ratione, quia, cum huiusmodi causa celeritatem patiatur, est adeò priuilegiata, ut appellari nequeat, per Bang & alios in l. fin. ff. de appell. & ita, ut die feriata procedi possit. Rom. in l. si vero ff. sol. matr. Felsen. in cap. Ecclesia Sanctæ 27 Maria ext. de const. nihilominus appellatio in praxi recipiatur, pro ut patet ex supra relatis decisionibus.

SYMMARIVM.

- 1 **A**SSERTIO Rouiti.
- 2 **P**acta rescissoria fuerunt cognita tantum à recentioribus.
- 3 **I**n contractu emphyteutico Dominus per receptionem partis Canonis non sibi præjudicat quoad caducitatem.
- 4 **Q**uod applicatur à Rouito in casu nostro.
- 5 **C**ardo difficultatis.
- 6 **S**ententia debet esse conformis libello.
- 7 **P**roponuntur argumenta, quibus nonnulli recentiores Rouitum impugnant.
- 8 **R**escissio contractus, non amplius currunt tertia, sed tantum interesse.
- 9 **C**lausule importantes solemnitatem inserviunt.

- 10 **N**on potest rescindis contractus, nec peti capite, cum debitor non est in mora.
- 11 **R**espondetur ad argumenta adducta in Rouitum.
- 12 **C**ontractus censualis dicitur rescissus per declarationem creditoris, & latus contestationem.
- 13 **R**ouitus loquitur de tertijs debitis à die porrecti libelli usque ad latus contestationem.
- 14 **R**escissio contractus nō pugnat cum exactione tertiarum.
- 15 **S**ensus questionis.
- 16 **E**t super illa decisio relata à Rouito.
- 17 **S**tulus est index damnans & lura petitæ.
- 18 **P**raxis ad lites enstantas super dubio.

Q V A S T I O VIII.

De intellectu ad Rouitum in Pragm. 1. de censibus, super celeberrima quæstione de rescissione contractus.



Ouitus supèr Pragm.
1. de censibus quæstionem hanc omnium penè primus explanans primam quoq; patitur detractionem; Nam nonnulli recentiores eum ut sibimet contrarium fatentur, non benè quoad postular quæstionis statum perpendentes. Ego igitur iam in arenam descendo, ut Rouitum tuear, nec error censeatur subtilis interpretatio. Quod si errauero errorem tuendo; hæc mihi gloria supèr errore errasse.

2. Ait ergo Rouitus creditorem post maturatas tres, aut plures tertias censuum, nec solutas, potentem deinde contractus rescissionem, & currentibus, lute pendente, cæteris tertij, de quibus non erat facta mentio in libello ex eo, quia non dum debebantur, iuste posse petere contractus rescissionem pro tertij decursis, lute pendente absq; nouo libello, & noua processus compi-

- latione ex solo primo libello, & ex aliis supèr eo compilatis.
2. Et quia in propria materia rescissio contractus non reperit doctrinas, cum pacta rescissoria à recentioribus tantummodo fuerint cognita, vtitur argumento à simili desumpto ex pactis rescissorij, quæ apponuntur in contractu emphyteutico; atque quod sicuti, quando emphyteuta partem tantum soluit canonis, Dominus per illius partis receptionem non sibi præjudicat quoad caducitatē, nec aliā partem censem tur remittere, prout ibi ex varijs deducit authoribus, ita etiam, si debitor soluat omnes tertias decursas ante datum libellum per creditorem, non censesbitur creditor ipse sibi præjudicare quoad tertias, quæ currere cœperunt post illum porrectum; tanto magis, quod contractus rescissio, & tertiarum exactio non sunt inter se incompatibilis: igitur ex hoc primo capite ait certum esse creditorem posse prætendere solutionem tertiarum decursarum, lute pendente; Quod autem posuit illas si ne

ne nouo libello prætendere, dedit ex actionis continuatione, cum eadem censeatur actio in petendis tertii de cursis ante porrectum libellum, ac postea. Quod dictum multis firmat authoritatibus, & tandem sic se in *S. C.* obtinuisse concludit. Vnde quamvis aduersarij afferant tertias non deberi ex eo, quia non deductæ sunt in libello, cui sententia debet esse conformis ex *l. fundus, ff. commun: dividund.* dicit ipse intelligi quoque deductas tertias post datum libellum tanquam per continuationem actionis ex ratione *tex. in l. tigni §. fin. ff. ad exhib.* adducti inter cæteros per *Cap: decis. 16. n. 6.* dicentem petita deuolutione ex causa céluū non solutorum, quamvis petitionis tempore non deberentur census sufficien-tes ad deuolutionem, si tamè fuerint debiti, lite pendente, procedere dictā deuolutionem. Hęc ait *Rouitus in d.*

Pragm. 1. de censibus à me hīc breui cō-gesta calamo, relictis authoribus, qui ad rem ab ipso afferuntur, ne papyrus onerem, eiusque labores induam.

7 Hinc nonnulli *Rouito* retraxerunt ex eo, quia contrarietatem in punto videtur amplexus. Etenim, aiunt, certū est contractus rescissionem induci solum per declarationem creditoris volenti contractū esse rescissum, vt *Rouit-*
8 *tus* ipse non negat; igitur, rescisso contractū, non amplius debentur tertiae; nam tertiae debentur vti fructus contractus censualis, ergo, illo rescisso, ipsæ locum non habent. Quod patet ex *de Franch. decis. 254. num. 12. & Rouit.* fatetur. Si tertie non debentur, ridicula videtur quæstio, quia neque per libelli porrectione illæ debentur. Quod si dixeris deberi saltem interesse, calculatum eo modo, quo tertiae current, pariter frustratoria redderetur quæstio, cum sempè in primo libello actor protestetur de damnis, interesse &c. ita quidem, vt, cum clausulæ illæ censeantur appositæ quoad solemnitatem, sempè subintelligi debeant, quamvis non apponantur, ex communi Do-

ctorum omnium sensu. Præterea asserit ipse reicssionem contractus non pugnare cum tertiarum exactione. Hoc si ita se haberet, rescisso contractū, usque ad sententiam currenerent tertiae. Quod profectò nemo ausus est dicere, 10 prout quoque *Rouitus* asserit. Et hoc adeò verū est, vt quousque debtor soluit tertias, creditor nunquam possit petere rescissionem contractus; alioquin enim contractus venditionis naturam mutaret, & esset appellandus cōtractus mutai, pro quo fructus non deberentur, vt ex Bullis, varijsque rationibus fulissimè probat Doctissimus *Gutierez pract. quest. 175. lib. 2.* Tandem quod afferat ipse se in *S. C.* sic obtinisse, parum refert. Fortasse *S. C.* post rescissum contractū decreuit debendū quoque interesse sine noua libelli porrectione. Quod nos vltro concedimus.

11 Hęc sunt quæ in *Rouitum* obijciuntur, quæque longo indigerent examine; sed vt de more breuitati studeamus, duo tempora aduertenda arbitror in iudicio. Primū erit, cùm porrigitur libellus pro contractus rescissione. Alterum cùm lis contestatur. In secundo igitur tempore per litis nempè contestationem dicitur res̄cissus contractus, vt ait *Rouit. pag. n. 42.* His animaduersis, ad aduersariorum argumenta iuuat respondere. Et quidem certum est contractus rescissionem induci per declarationem creditoris volentis contractū esse rescissum, & per litis contestationē. Hoc rescisso, verum est nō deberi tertias; sed non inde seQUITUR ridiculam esse quæstionem à *Rouito* ingeniosissimè expositam. Etenim ille non loquitur de tertii post litem contestatam, quia non sunt, sed de illis tantum, quæ currere cōpere à die porrecti libelli usque ad litis contestationem. Præterea ex eo, quia afferit contractus rescissionem non pugnare cum exactione tertiarum, verum quoque est deduci, debendas tertias etiam post rescissum contractū, quod aduersarij vt absurdum deducebant.

F bant.

bant. Etenim rescisso contractu, non ne debentur tertiae, quæ debebantur antequam ille rescinderetur? Ita quidem. Quod si aduersarij contendet de tertius post rescissum contractum, nunquam hoc somniauit Rouitus; immo contrarium expressè dixit in n. 38. et 39.
 15 Sensus igitur questionis est an creditor possit prætendere tertias decursas à die porrecti libelli usque ad litem contesteratam sine novo alio libello? Supèr quo dubio affirmatiuè responderet, & sic se obtinuisse refert in S. C. Vndè vnicū argumentum, quod obijci posset, illud utique esset, quia, cum sententia debet esse libello conformis. d. l. fundus ff. comm. diuid. & in libello non deducuntur sint tertiae, videtur sententia non ferri posse circa tertias à die porrecti libelli debitas usque ad litis contestationem sine novo libello, cum; dum illæ
 17 petitatæ non essent, stultus haberetur iudex, si ultra petita debitorem damnaret. l. cum quidā C. de fideicom. libert. Sed ad hoc argumentum ingeniosissime responderet ex varijs doctorum dictis, prout ibi, & nos quoque suprà innuimus. Et hæc latet pro Rouito; ne post hac amplius contradictionis nota inuratur. Secundum quā opinionem, decisum testatur, in S. C. & sic practicari refert Gizzarell. decis. 68. in princip.
 18 Evidem, ut meum quoque sensum, aperiam, dicerem iuribus insistendo, ad lites, dilationesque dirimendas, ad rem quam maximè esse si creditor instaret debitore damnandum ad soluendas, rescisso prius contractu, vna cum capitale tertias decursas, nec non decurrentas, quia in hujusmodi casu per ly, decurrentas, creditor relevaretur ab onere nouum porrigendi libellum, nec ullus amplius dubitationi locus esset.

SUMMARIUM.

1. Merlinus questionem hanc noviter induxit.
2. Corpus adiectum taxat legatum.
3. Probatur primò ex textu in l. si sic lega-

- rum §. similī, ff. de leg. 1.
- 4. Probatur secundò ex l. si quis seruum §. si quis ita, ff. delegat. 2.
- 5. Probatur tandem ex l. nomen debitoris §. vni, ff. deleg. 3.
- 6. Aptius est iuriū verba referre, quam ea tantum citare.
- 7. Obijcitur tex. in l. quidam testam. ff. delegat. 1.
- 8. Soluitur ex ipsius lectura.
- 9. Et ex conjecturata mente testatoris.
- 10. Adducitur contra nostram sententiam l. paula Callinico §. iulius, ff. delegat. 3.
- 11. Error nonnullorum Doctorum.
- 12. Soluitur tex.
- 13. Descriptio legati taxatiui, & demonstratiui;
- 14. Enodantur verbata tex.
- 15. Opponitur l. legatum §. vini, ff. de annuis legat.
- 16. Sed breviter responderet.
- 17. Adducitur l. cū certū, ff. de trit. vin. vel ol. leg.
- 18. Sed non indiget solutione.
- 19. Philosophia est omnium scientiarum regula, & laudatur.
- 20. Obijcitur l. ex eo vino, ff. eod.
- 21. Eadem applicatur responsio.
- 22. Ad cuius cōprobationem adducitur tex. in l. cū certus. ff. eod.
- 23. Opponitur l. Lucius Titius, ff. de alim. & cibar. leg.
- 24. Improbatur responsio Glossæ.
- 25. Et assignatur alia conuincens.
- 26. Obijcitur l. in conditionibus S. hæc scriptura, ff. de condition. & demonstrat.
- 27. Sed breviter soluitur.
- 28. Soluitur paritas adducta ex eodem textu.
- 29. Obijcitur l. firmio, ff. quando di. leg. ced.
- 30. Sed eadem responsio applicatur.
- 31. Soluuntur alia argumenta.
- 32. Assignatur subtilis modus inuestigandi taxationem, & demonstrationem legati.
- 33. Soluitur ultimum argumentum.
- 34. Omnia brevissimè perstringuntur.

31 Propositorum opinio Dominorum de Rosata.

36 Sed refutatur.

37 Improbatur quoque aliorum sententia ut pote contraria adductis iuribus.

38 Et postremo alia relata à Vincen. de Franch.

39 Legatum toties dicuntur taxatiuum, quoties contrarium non apparet ex testis mente.

Q V Æ S T I O I X.

An corpus adiectum taxer legatum? vbi varia ad dignoscendam legati taxatiui, & demonstratiui naturam.



Culatissimus Reg. Franciscus Merlinus Pignatellus cōsul forens. cap. 82. celebrē hāc quæstionē inueteratā iam omnium primus mirificè trutinans, novitè induxit, & cæterorum opiniones refutando, nihil certi statuere videtur, sed illam ijsdem in difficultatibus deserere inuolutam. Ego igitur vniuersalem tradendo regulam, iuriū ferè omnium, quæ pro hac materia adesse possunt, verba ad vngue referam, vt inde eorū colligamus veritatem, & vt quisque videat satius esse iura ipsa interpretari, quām eorum interpretes vt pedissequos sequi.

2 Indistinctè igitur assero corpus adiectum taxare legatum, ita quidem, vt si Titius reliquerit Mævio centum aureos desumendos ex redditibus talis fundi, siue centum, quæ Paulus ei debebat, hæres liberetur actiones, quas habet, cedendo.

3 Pro qua assertione offert sese primò tex. in l. si sic legatum. S. si mihi ff. de leg. 1. ibi. Si mihi quod Titius debet, fuerit legatum, neque Titius debeat, sciendum est nullum esse legatum; & quidem si quantitas non sit adiecta evidenti ratione, nihil debebitur, quia non apparet quantum fuerit legatum; nam eti quod ego Titio debeo ei legauero quantitate non adiecta; constat nullum esse legatum, cum si decem, quæ Titio legauero, nec quicquam Titio debeam, falsa demonstratio non pe-

nitit legatum, vt in legato Dotis Iulianus respondit. Quod si addiderit, decem, que mihi Titius debet, lego, sine dubio nihil eris in legato; nam inter falsam demonstrationem, & falsam conditionem, siue causam multum interest. Proinde, & si Titio decem, que mihi facius debet, legauero, nullum erit legatum; esse enim debitor debet; nam eti viuus exegissim, extingueretur legatum, et si debitor maneres, actiones aduersus eum hares meus dumtaxat prestare cogeretur. Ex quo textu villa absque explicatione nemo vtique est, qui non videat legatum esse taxatiuum, adeoque veram nostram sententiam; cum præcipue per ultima verba. Eti debitor, &c. pateat hæredem tantummodo actiones teneri cedere.

4 Præterea in l. si quis seruum §. si quis ita, ff. de leg. 2. hæc habentur. Si quis ita legauerit. ex illo dolio amphoras decem; & si non decem, sed pauciores inueniri possint, non extinguitur legatum, sed hoc tantummodo accipitur, quod inuenitur. Si igitur, nihil esset, nihil pariter debetur; ergo corpus taxat legatum.

5 Adeo & fortissimus textus in l. nomen debitoris. S. uni ex heredibus, ff. de leg. 3. ibi. Vnde ex heredibus per præceptionem reliquit ea, quæ ex patrimonio viri sui Aretonis et supererant: einsque fideicommissit hac eadem restituere pronepoti, cum erit annorum XVI. in quibus hec verba adiecit. Item rogo uti reliquum as alienum, quod ex bonis Aretonis debetur, omnibus creditoribus ex redditibus eorū bonorum solvas, reddas, satisque facias. Queatum est an, si probauerit hæres, non suf-

ficeret redditum honorum ad totius debiti solutio[n]em , nihilominus tamen ipse debet agnoscere onus eris alieni ? respondit manifeste , ex redditibus honorum eorum iussu , alienum es , non de proprio ex solvere . Quæ verba , ni fallor , mean sententiam incontrouertibilem redi-

dunt .
Hæc sunt , quæ pro nobis facere oportatus sum , quæque nullam pati possum difficultatem , ad quam cuitandam ipsa iurium verba fideliter transituli , ut veritas clarior eniteceret . Reliquum est ergo , ut iura in contrarium soluamus .

7 Adducitur primò textus in l. quidam testamento , ff. deleg. 1 , ibi . Quidam testamento , vel codicillis ita legavit . aureos quadringentes Pamphila dari vale ita , ut infra scriptum est , ab Iulio actore aureos tot . & in castris , quos habeo tot ; post multos annos , eadem voluntate manente , deceperit , cum omnes summa in alios usus translata essent ; quare an debentur fideicommissum ? Respondi verosimilium esse patrem familias demonstrare potius hæredibus valuisse unde aureos quadringentes sine immendo rei familiaris contrahere possent , quæ conditionem fideicommisso iniecerit , quod initio pure datum esset , & ideo quadringentes Pamphila debentur , igitur quamvis hoc in casu legatum videatur taxatiuum , respondet Iulianus demonstrativum fore testimandum .

8 Sed quæam fallax sit argumentum , nemo sanæ mentis est , qui non aduertat ex verbis ipsius textus adducti , ibi , Post multos annos eadem voluntate manente decesit , cum omnes summas in alios usus translatae essent . Quero igitur quænam erat ista testatoris voluntas , in qua videlicet multos post annos ille perseverauit ; dandine Pamphilæ quadringentes aureos eo modo , quo supra , nempe aureos tot . &c. ? Non ita quidem ; hæc enim voluntas inefficax fuisset , dum prout in textu habetur , omnes illæ Isu[m]æ alios in usus erant translatae , igitur testatoris voluntas , quæ perseverauit , erat utique dandi Pamphilæ quadringentes

aureos simpliciter ; & sic quid mirum , si legatum censendum sit demonstrativum , dum ultima testatoris voluntas erat legandi aureos quadringentes non desumendos ex hoc , vel illo corpore ? Vnde sumus extra assertiōnem supra positam , prout ad nostrum propositum *Gloss.* explicat .

9 Adducitur secundo validissimus textus in l. Paula Callinico S. Iulius Seuerus , ff. de leg. 3 , ibi . Iulius Seuerus deceperit , institutis quibusdam hæredibus , alumno suo quinquaginta legaverat , eaque à Iulio Mauro Colono suo ex pensionibus fundi ab eo debitum praestari voluit ; eidemque Mauro quedam legaverat . Cum de hæreditate Fiscus quæstiōnem monisset , iussa Procuratoris Maurus pecuniam Fisco soluerat ; postea hæres scripsit obtinendas Fiscum ; alumno autem mortuo hæres eius fideicommissum ab hærede Mauri perceperat . Placuit Imperatori non videri eius fideicommissum , sed demonstratum unde accipere posset , & ideo hæredem seueri hac praestare debere . Iulius ergo Seuerus hæredes instituit Tictium , & leüm , legavitque cuidam suo alumno quinquaginta danda quidem à Mauro Colono ex pensionibus talis fundi . Cum autem Fiscus perisset hæreditatem Iulij Seueri ob crimen fortasse læsæ maiestatis , illaque tradita , succubuisset , hæredes Iulij eam recuperarunt . Vnde hæredes alii ab hæredibus Mauri quinquaginta petierunt ; sed imprimis , inquit textus , Imperator enim legatum hoc demonstrativum , non taxatiuum esse voluit . Quare quamvis legatum sit super hoc , vel illo corpore , non inde sequitur hæredem libertati actionem cedendo .

10 Hoc argumentum nonnullis Doctoribus occasionem præbuit asserendi legatum dupli exp̄icitum oratione demonstrativum esse , vniqa verò taxatiuum , verbis fortasse confitis , non rationibus . Ne autem nostra elidatur sententia , breui calamo examinandum censeo textum hunc , quem prima facie aduersari nemo ignorat .

11 Et primò Imperator respondet legatum

sum non videri commissum fidei Mauri, sed hæredis Iulij Seueri. Vnde legatarius ab hæredè debet legatum petere, ex eo, quia testator hæredi suo demonstrauit vnde legatum illud accipere potuisset. Sed discursus hic non ostendit legatū demonstratiū; aliud enim esse arbitror demonstrare legatū; aliud verò legatum esse demonstratiū; cum omnes, qui legata hæredis fidei cōmittunt, ea demonstrant, neq; proinde demonstratiua, sed demonstrata appellantur. Quare in textu per verbum, *demonstratum*, non infertur legatum esse demonstratiū; Et enim ad hoc, vt demonstratiū dici queat, non debet adesse taxatio. Quod vt clariū pateat, interpretari debemus verba ipsa legati demonstratiui, & taxatiui; Nam legatum toties dicitur demonstratiū, quoties rem demonstrat, sed nō taxat. Taxatiuum verò quoties demonstrat, & taxat. Vnde taxatio nūquam esse poterit sine demonstratione, poterit autem esse demonstratio sine taxatione, exempli gratia, si testator dixerit. Legi fundum Cornelianum Titio, & sexcentum aureos desumendos ex fundo Puteolano. Verū si tot aurei desumi non possent ex tali fundo, lego illi desumendos ex quolibet alio. In hoc casu vtique legatum demonstratiū, non taxatiū esset. Quod si testator non dixisset eos ex quolibet alio fundo desumendos, taxatiū præferret.

14 Quibus sic explicitis, certum est nō ex eo, quod testator hæredi suo demonstrauit vnde legata accipere posset, legata hæc dici demonstratiua simpliciter ita, vt taxationem excluderent. Quod vt sic se habere appareat, accedamus

Secundò ad solidiorem difficultatē. Et quidem satis vrgere videntur quæ subdit *Imperator*, & ideo hæredem Seueri hæc præstare debere. Si igitur hæres debet præstare legata, non liberatur actionem cedendo.

Fallax quidem consequentia; nam

licet proprium hæredis sit legata solvere, non tamèn, si textus concordare velimus, quando quævis particula taxativa concurrit, non erit taxatiuum legatum, ac proinde hæres liberatur actionem cedendo, vt ex rationibus supra adductis satis supèrque visum est. Finge igitur Seueri hæredem non recuperasse à Fisco ea, quæ Maurus Fisco dedit, tenereturne hæres ad illa legata? Non vtique hoc reperitur in textu, imò *quinquaginta aureos desumendos sine rei familiaris incommodo tradit* Gloß, hic in verb. vnde accipere. igitur quamuis hæres teneatur præstare legata; liberaatur tamèn actionem cedendo, vt in multis quoque casibus per *speculatorē* cumulatis. Purus ergo textus illius sensus est, non teneri hæredes Mauri præstare legata, quia in tantum dixit testator ea præstanta per Maurum, in quantum Maurus fundum testatoris tenebat, quem hæredes testatoris vindicare potuissent à Mauro, eiusque pēsiones dare legatario. Quoniam verò Maurus iussu Fisci fundum depositus, merito deciditur non teneri hæredes Mauri præstare legata legatario, sed hæredes testatoris, qui à Fisco fundum recuperarunt. Vnde concluditur hæredem teneri præstare legatum, quod demonstrando testator desumendum voluit ex tali fundo taxatiū.

15 Adducitur quoque in nostram sententiam *textus in l. legatum §. vni Falerni, ff. de annis legatis. ibi. Vni Falerni, quod domi nascetur quotannis in annos singulos binos cullos bares meus Attidaro, etiam pro eo anno, quo nihil vini natum esset, deberi duos cullos respondit, si modo ex vindemia caterorum annorum dari possint*. Ex quibus verbis liquet iam quoties legatum vni est addictum corpori, toties esse demonstratiuum, nam quoties uno anno non fuerit è vinea deductum vinum legatum, debebitur anno sequenti, cum auctior fuerit vindemia; & tamèn legatum est annuū, & consequenter taxatiuum. igitur fallit nostra assertio.

16 Sed

16 Sed qui iurium regulas vix sunt edicti, hoc argumentum soluent. Nam cum legatum sit annum; meritò unus annus alterius vices supplet; & consequenter taxatio stat super fundo, non anno. Quod vt videoas, finge nunquam vinum colligi ex illo fundo, ita, vt semper sterilis reddatur vindemia; teneturne haeres vinū emere, vel ex alio fundo dare? Textus ipse respondeat. ibi. *Si modò ex vindemia veterorum annorum dari possint. Si ergo dari non possent, non deberentur; ac proinde legatum hoc taxatiuum est, quia super tali fundo, licet quolibet anno debeatur.*

17 In medium etiam affertur *l. cum certum, ff. de trit. vin. & al. leg.* quæ hæc habet. *Cum certum pondus olei non adiecit qualitate legatur, non solet queri cuius generis oleo vel solitus fuerit reflector, aut cuius generis oltum istius regionis homines in usu habeant, & ideo liberum est hereditius volet generis oleum legatario soluere.* Textum hunc celeberrimus quidam Iuris Consultus Neapolitanus ex primarijs causarū patronis, tanquam in meā sententiam directe concludētem adduxit, vnde in quodam Iuris-consultorum cœtu non defuere, qui maximo annuerent plausu, fortassis quia seniorum verba probent quandoq; improbata. Vnde, vt verum factar, hoc fuit verba textuum adducendi motiuum, scilicet, cum fides sit nō apparentium argumentum, vt omnia apparerent sine fide, ne quis senex meā impugnando sententiam veridicus habeat, quia annis abundat. Aetas annos, non doctrinam induit. Sed hæc obiter.

Veniamus modò ad textus explanationem. Taxatio in casu legis vel potest esse respectu qualitatis, vel ponderis olei. Respectu ponderis, nulli dubium esse poterit quin haeres teneatur quantitatē legatam præstare. Tota igitur controversia hic est respectu qualitatis. Dicitur enim ab aduersarijs, cū in heredis potestate sit qualitas olei

præstandi, legatum hoc esse demonstratiuum. ibi. *Et ideo liberum est hereditius volet generis oleum præstare legatario.*

18 Parturient montes, nascetur ridiculus mus. Certè qui hoc argumento vtitur philosophus non est. Quid igitur, fabulas narrat philosophia semper?

19 an commentitia semper excudit? Errat quidem toto Cœlo qui scientiam hanc scientiarum omnium parentem, & ianuam humanarum, Diuinarumque rerum contemplatricem, vitæ ducem, morum magistram, legum lumen, virtutis indagatricem expungit ab hominum cœtu, cum ipsa una ad ius hominum, quod situm est in generis humani Societate nos erudierit. Sapit verè nihil, qui philosophum sapere nihil curat, cum philosophus idem sit ac sapiens. Cicero legum peritissimus asserit, si oportet velle sapere, dare operam philosophiae conuenit, in qua, vt ipse ait, iudicium veri est, & finis bonorum. Subscribit Seneca; quin etiā addit, quod vbi philosophus fuerit, ibi felix est ciuitas. Iuregitur optimo Pythagoras admirati ipsius ingenii Leontio, & ab eo quærenti qua maxima arte cōsideret, respondit se artem sciēre nullā, sed esse philosophum, quasi verò pudaret se philosophiam ceteris cum sciētijs pedissequis coīparare. Audias quæso iuris, vel etiam alterius cuiuslibet facultatis peritum, non tamè philosophum (si hoc ipsum accidat aliquādo) audias inquam illum differentem, sēd dixerim potius garrientem, venalibus implet clamoribus forum, strepit, increpat, inutiloqua profert verba, inanes sonus, orationem habet principio destitutam, & fine; ab re denum loquitur; præterea nunquam. quæ omnia discursu vitantur optimè philosophico, cuius est munus veritatem tenebris obuolutam rationis lumine indagare, ac patefacere. Quod vide re est in aliato arguento, in quo vbi nam taxatio qualitatis, vbi nam adiectio corporis, quæ qualitatem taxatam ostendit;

ostendat, vbinam denique legatum qualitatis taxatiuum? Profecto vestrū est recensere, silere meum.

- 20 Obstat etiam videtur *l. ex eo vino, ff. de trit. vin. vel ol. leg. in qua hæc. Ex eo vino, quod in illo fundo nasceret, heres meus amphoras i. q. quotannis in annos singulos dato. Quo anno natum non fuisse, ex superiori anno eius fundi cum numerū amphorarum heredem daturum Sabinus existimat; que sententia, si voluntas non aduerteretur, mihi quoq; placet.*

Ex hoc argumento deduci videtur quod, quamvis sit amphorarum taxatione, nihilominus heres non liberetur, si fortassis vinum in tali fundo non nascatur; & consequenter conditio taxatiuum non tollat legati demonstrationem.

- 21 Sed eadem est applicanda responsio, quæ suprà in *l. vini Falermi*. etenim cum legatum sit taxatiuum tantum respectu vini, non autem annorum, quid mirū si quod vno deficit anno, sequenti debetur? Finge autem nunquam fundū illū procreasse vinū, tenereturne heres illud ex altero fundo prætare legatario? Non vtique. Nam contrarium apparet ex ipso textu, ibi. *Eius Fundi.* Quæ dictio taxationem importat.

- 22 Et pro nostræ explicationis, interpretationisque comprobatione sat erit aurea *textus* verba propalare in *l. cum certus, ff. eod. ibi.* Cum certus numerus amphorarum vini legatus esset ex eo, quod in fundo Semproniano natum esset, & minus natum esset, non amplius (notate) deberi placuit, & quasi taxationis vicem obtinere hac verba, quod natum erit. Non credo aptius loqui potuisse pro nostra comprobatione *Iulianum*.

- 23 Opponitur etiam *textus* in *l. Lucius Titius, ff. de alim. & cibar. leg. in quo. Lucius Titius libertis suis cibaria, & vestiaria annua certorum nummorum reliquit, & posteriori parte testamenti ita cauit. obligatos eis esse ob causam fideicommissi fundos meos illum, & illum, ut ex redditu eorum alimenta supra scripta percipient. Quasitum est an si quanto minores redditus peruenierint, quam est quantitas*

cibariorum, & vestiariorum, heredes ad supplendum eam onerari non debeant, vel si alio anno excederint, an supplendum sit quod superiori anno minus perceperint? Paulus respondit cibaria, & vestiaria libertis defuncti integra deberi, neque ex eo, quod postea prædia his pignoris iure testator obligare voluit, ut ex redditu eorum alimenta perciperent, minuisse cum, vel auxisse ea, qua reliquerat, videri. Ex quibus verbis patet, quamuis vestiaria sint desumenda ex talibus fundis, tamèn integra deberi casu, quo prædia minores redderent redditus.

Textum hunc, vt verum fatear, diu speculatus; anceps fui quamnam lequerer opinionem. Nihilominus cum vidissem contrariam suas quoque pati difficultates nec tenues, existimauit aliquem accommodare sensum, quē fortasse non improbabitis. Nā cum verba textus ad vnguem scripserim, fraudi locus esse nequibit.

- 24 *Gloss.* igitur hic tenet disponi id fauore alimentorum; quę ratio vtique sedate possit eius intentem, cui sola sat est veritatis superficies; non autem qui intestina esset speculandi cupidus.

- 25 Ego vero, reliquis alijs rationibus, quas in multos dies exhausti, vni tantum adhæreo, & consistet in videndo casum legis non comprehendi in nostra assertione. Etenim cibaria, & vestiaria testator non reliquit primariò desumenda ex redditibus ita, vt secundum redditus deberentur. Quod si ita se res haberet, conuinceret argumentum; Nam finge testatorem disposuisse dari Petro cibaria desumenda secundum Fundi redditus; si supèr hac dispositione lex diceret integra deberi, quamvis minores sint redditus, nonne esset ridicula decisiō? ita sanè, quia cibaria secundū testatoris dispositionem à redditibus dependerent. E contra vero finge sic dixisse testatorem. *Relinquo Titio cibaria, & vestiaria, qua desumi debeant ex redditibus talis fundi;* quero ego, quamvis fundi redditus non essent sufficiētes, deberentur ne integra vestiaria,

& ci-

& cibaria? Non vtique. Et hic esset casus nostræ assertionis; & consequētè si secundum hanc propositionem lex responderet, argumentum contra nos concluderet, nec locum solutioni reperirem.

Sed in casu legis non fuit huiusmodi dispositio; etenim testator integra legauit vestiaria, & cibaria, quæ supèr tali fundo hypothecauit. Ibi. *Certorum nummorum reliquit.* Nam dū testator certam expressit quantitatem, integra in illo genere dici debent cibaria, & vestiaria, quæ supponenda sunt relicta ea integratè, qua opus erat; hæc autem vestiaria super tali fundo hypothecauit. ibi. *Obligatos eis esse ob causam fiduci commissi fundos meos illū, & illum.* Per quā hypothecam nunquā reperitur in corpore iuris debitum minui, & consequētè certum est verba sequentia, *vt ex redditu eorum alimenta supra scripta percipient, non minuere alimenta, prout in fine Paulus respondet. Neque ex eo, quod postea, &c.*

Et vt clariū ratio hęc elucescat, perpendite quæso verba iuris consulti. *Vt ex redditu eorum alimēta supra scripta percipient, & videbitis testatoris animum non fuisse vestiaria, & cibaria minuendi, illaque cum redditibus cōcordandi, sed in quois euentu eadem relinquendi per illa verba, supra scripta alimenta.* Et profectò qnænam fuerūt alimenta supra scripta? Illa sanè sub determinata quantitate. igitur si ex redditibus testator voluit præstanta alimēta supra scripta, sempè voluit eadem integra prout legata, remansura; & consequētè indubitati iuris est eius animum non fuisse alimenta redditui subiiciendi, sed fundum primariò obligandi, apponendo verò redditus ad maiorem solutionis facilitatem; & sic patet legato non esse adiectum corpus, sed corpus hypothecatum tantummodo pro legato, vt benè. *Rouit. in decis.*
57. post n. 14.

26 Obijcitur præterea l. *in conditionibus* §. *hac scriptura, ff. de condit.* & demonstr. Hæc scriptura (inquit Vlpianus) se primus hæres erit, dare damnas esto: pro conditione non est accipienda; magis enim demonstrauit testator, quando legatum debeat, quā conditionem inseruit: nisi forte hoc animo fuerat testator, vt faceret conditionē. Quicquid mihi ep̄besi oportet dari, hoc do, lego. Sed si sic leget; se primus mihi hæres non erit; damnas esto. Secundus dare, & primus hæres extiterit: legatum non debebitur; si primus adierit cum secundo: non extitisse conditionem nequaquam ambigendum est. Sed textus hic, vt paucis me expediam, non facit contra nostram assertionem, cum legatum non sit corpori adiectum, sed potius conditioni, scilicet sub conditione, si primus hæres erit.

Posset verò objici quod, sicuti legatum adiectum conditioni, quæ non verificatur, debebitur, ita etiā cùm adiicitur corpus, quod non reperitur, cum par sit ratio.

28 Vrget paritas, quæ si ad trutinam reducetur, vilesket; etenim vnde nam habetur esse legatum hoc cōditionale? Potius testator voluit demonstrare, quando legatum deberetur, quā conditionem apponere, vt benè declarat *Gloss.*

Quod si firmus eris in afferendo verē conditionale esse legatum, non me dicam strictum, cum afferam vrgere, quidē tuam paritatem, & sicuti legatum, adiecto corpore, non debetur, si fortasse corporis redditus non sint, ita etiam neque deberi legatum hoc, si conditio non verificatur. ibi. *Nisi forte hoc animo fuerat testator, vt faceret conditionem.* Sic quoque, vt cætera relinquam, discurras supèr alijs casibus in textu appositis, vt per *Gloss.*

29 Obstare videtur etiam l. *firmio, ff. quando dies leg. ced:* vbi Papinianus hæc. Firmio Heliodoro fratri meo dari volo quinquaginta ex redditu prædiorum meorum futuri anni, postea non videri conditionem additam, sed tempus solvenda pecunia

- cunia proliatum videri, respondi: & frumentis fundi relicta pecunia non perceptis, vbertatem esse necessariam secundi anni.
- 30 Sed eadē est applicanda responso, si fortalsē eadē obijciatur paritas, dū hīc, ly, futuri anni, non arguit conditionē.
- 31 Non ignoro tamē nouas consurge-re difficultates, quibus vix aliqualis poterit accōmodari solutio; nam dici posset quod sicuti hæc propositio, Firmio fratri mēo dari volo quinquaginta ex redditu prædiorum meorum, non taxat legatum, ita etiam in casu nostro. Imo à fortiori; nam illa propositio non taxat legatū, & tamē est adiectum corpus, & annus, ergo multominus in ca-su nostræ quæstionis, vbi corpus tan-tummodo adjicitur.

Negari tamē non poterit quin fa-cilis reddatur solutio eodem in princi-pio insistentibus. Finge igitur huius-modi prædia nūnquam redditura quin-quaginta; quæ erem ego, deberentur ac illa Firmio defumenda ex redditibus aliorum quoruñlibet capitalium? Non itā secundum nostram sententiam. Sed eur hoc in casu nostro? Responderem quod dū testator reliquit Firmio quin-quaginta defumēda ex redditibus suo-rum prædiorum, supponitur illum sup-posuisse eius prædia āno futuro tot red-ditura; & sic elicitur eum potius adjice-re voluisse tempus, quam conditionē. Quid ergo mirū si necessaria reddatur secundi anni vberitas, dū prima fuit in-sufficiens?

Nec dici poterit, sicuti annus non taxat legatum, ita neque prædia, cum nequeat maior ratio reddi de vno quā de alio. Nam in promptu ratio ex ipso textu defumitur, vbi habito iam pro certo annum non taxare, subdit postea. Et fructibus fundi relicta pecunia non per-ceptis, vberatem esse necessariam secundi anni. Si igitur prædia non taxarent legatum, adquid expectare annum se-quentein? nonne poscent quæ defunt, ex alijs introitibus defumi? & tamē voluit Papinianus annum sequentein ex-pectandum, ergo quamvis annus nō

taxet legari quantitatē, taxabunt tā-mē prædia. Dicere autem hoc ita se-habere, quia testator nullos alias ha-bebat redditus, diuinare esset. Non diuinamus nos ducti à verbis ipsius tex-tus, vbi per ly, fundi relicta pecunia, ostenditur differentia à fundo pecuniae non relictae, ergo animo non diuinante argui potest, alia adfuisse prædia, quæ legato non erant adiecta.

32 Sin autem optabis rationis ratione, imbui, cur scilicet annus legatum non taxet, secūs verò prædiū, à materia-litate abstrahamur, necesse est. Et sup-posito, quod disponere nequeamus de ijs, quæ in nostro commercio nō sunt, nec à nobis dependent, consequens erit, anni huius introitus tot infallibili-ter esse non dependere à nostro arbitrio, sed à primis causis, & inter cæ-teras à Deo Optimo Maximo tanquam primo rerum omnium motore. Cum ergo testator velit quinquaginta lega-re, ea legare indubitatum est, quæ ab ipso dependent; si igitur talem fundum hoc anno quinquaginta reddere nō ab ipso dependet, non intelligendum est ea legasse pro vt addicta tali anno, sed tali fundo. quæ duo benè sunt distin-guenda. Fundus enim est actualiter in commercio nostro, non annus. Vnde si disponerem de introitibus tali's fundi, legatum hoc esset taxatiuum, ita, vt si nūnquam fructus redderet fundus, nunquam deberetur legatum. Et sic apparet disparitas cur annus non taxet legatum, quod taxare corpus adiectum hucusque vidimus? quia scilicet possu-mus disponere de ijs eo modo, quo in nostro commercio sunt, cum igitur præ-diū non annus sit in nostro actuali com-mercio, annus non taxat quantitatē legati, secūs prædiū, à quo necessa-riō defumenda erit quantitas legata, tunc nempē, cùm deduci poterit. Vnde si vno anno illam quantitatē non reddet prædiū, aliis annus expectan-dus est, neq; deduci poterit ex alijs præ-dijs, quæ non fuerunt adiecta legato. Nec huiusmodi dicta mea arbitremini

figmenta. Audite quælo aurea Pauli verba in *l. inter stipularantem S. sacram.* *vers. si stipulatus, ff. de verb. oblig.* vbi is, ad ostendendam nostræ sententiaz veritatem, in hæc prærumpit. *Si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras vini, expectare debeam (notate) donec nascatur,* & si patum sine culpa promissoris cōsumptum sit, rursus expectare d. l'eam donee iuris nascatur, dariue posse. Quæ verba quis tam cæcutiens non viderit esse nostri argumenti fundamentum? Firmum igitur remaneat ex naturalibus, iuridicisque rationibus prædia, non annum taxare legatum, ac proinde annum appositum pro tempore solutionis demonstrando.

Tandem obijcitur quod, cum testator plus dixisse, quam scripsisse præsumatur, legatum videatur demonstratiuum. non taxatiuum; alioquin falleret regula.

33 Sed argumentum hoc indiget sertro, adeoque illi vnica parentemus solutione desumpta ex regula *Alciat. in tract. de presump. presump. 9.* Dicimus igitur hæc locum habere, quando cæteroqui pater videretur alienas successiones suis prætulisse. vt *l. cum auus, & l. acutissimi C. de fideicom.* & *l. generaliter S. cum autem C. de inst. & substit.*

34 Ex quibus, vt denique vela contraham, satis, superque constat, cum nulla adest expressa in contrarium testatoris dispositio, corpus adiectum taxare legatum.

35 Descendamus postremò ad aliorum opiniones breuissimè refutandas. Et primò falsa redditur opinio *Dominorum de Rota*, cæterorumq; apud Merlin. cōtrou. *Forens. cent. 2. cap. 82. n. 2.* & sequentibus, dicentium tunc esse demonstratiuum legatum, quandò duplii appetet sermocinatione conceptum; taxatiū verò, cum vnica; enim ex suprà cætatis iuribus videre est multoties lega-

36 ta esse duplii oratione contexta, & nihilominus demonstratiua non appellari, & e contrâ quandoque vnica, & demonstratiua dici, igitur regula hæc

omnino fallax redditur.

37 Minus quoque comprobarem aliorum opinionem apud eundem loco citato afferentium legatum esse demonstratiuum, cùm corpus subsequitur legatum; secùs autem, cùm antecedit; Nam præterquam quod multa ex relatibus iuribus contrarium ostendunt; hoc sine fundamento gratis afferitur, nec vlla rationabilis ratio assignari poterit.

38 Tandem de *Franch. decis. 721.* videatur referre licet tacitè, nec aperto calamo, *Sacrum Consilium* arbitratum esse legatum taxatiuum, cùm adest particula, *supèr*, secus verò si *ex*, vel, *de*. Quam sententiam non improbo ut potè à tanto Senatu comprobatam, sed nec amplector, quia expressè videtur contra *textum in d. l. cum certus, ff. de trit. vim. vel ol. leg.* vbi adest particula, *ex*, & tamè legatum taxatiuum esse ait *Iurisconsultus*.

39 Certum ergo, firmumque remaneat legatum huiusmodi sempèr esse taxatiuum, quotiescumque expressè contrarium non constiterit, vt ex allatis iuribus vidistis ad verbum sanè relatibus, ne anguis in herba lateret. Cæterum autores consulite; apud quos vix quid firmi erit reperire. Si, vt iura concordarem, errauit; error ipse regulam saltēm prætulit.

SUMMARYM.

1 **V**tilitas questionis.

2 *Fugientes à triremibus in duplii statu considerari possunt.*

3 *Opinio Domini Reg. de Marinis: supèr dubio, an scilicet gaudent immunitate Ecclesia fugientes à triremibus?*

4 *Opinio et ratio Martæ, Villadieg. aliorumque.*

5 *Proponitur alia opinio contraria.*

6 *Nemo bene natus pena seruus efficitur.*

7 *Ecclesia non tuetur eum, qui coacte ducitur, nec liberè.*

8 *Proponitur tertia opinio relata per Dominum Reg. de Marin. & d. opinio-
nis ratio.*

9 Du-

- 9 Dubium non resolutur.
 10 Examinatur nostra præcipua questio; &
 proponitur quadam opinio.
 11 Carcer dicitur adiumentus non ad pænam,
 sed ad custodiam.
 12 Proponitur altera opinio contraria pri-
 me.
 13 Triremes dantur primariò in pænam, se-

cundariò in custodiam; sed carcer è
 contra.

- 14 Qui reperitur in triremibus loco depositi
 non potest deinde ultimo supplicio pu-
 niri.
 15 Questio nostra integerrimis iudicibns de-
 cidenda deseritur.

Q V Æ S T I O X.

An damnati ad perpetuos carcères, si ab illis aufugiant ad Ec-
 clesiam, eius immunitate gaudeant?



Ridicula videbitur sciolis fortasse pri-
 ma facie quæstio hæc, quæ inge-
 niosam præfert, in praxi verò vti-
 lem. Ingeniosā, inquam, & vti-
 lem, cum in paritatem fugam à trire-
 mibus sortiatur. Ut ergo ex disputa-
 tionis decursu quæstionis punctum vi-
 deamus, examinanda sunt quæ de fu-
 gientibus à Triremibus disposita habe-
 mus.

- 2 Et quidem proculdubio est fugien-
 tes à Triremibus posse duplii in sta-
 tu considerari, scilicet vel ut damnatos,
 vel ut stantes loco depositi. Rursus cū
 damnati sunt, sed vel poena migravit
 ex temporis lapsu; vel pendet appella-
 tio. Quare loquendo de ijs, qui iam
 damnati sunt, sed nec poena migravit,
 nec appellatio pendet, non defuere,
 qui dixerint eos à Triremibus ad Ec-
 clesiam fugientes, illius immunitate
 non gaudere. Quæ opinio acerrimè
 defenditur ab Antonio à Gama decis.
 362. sicque practicari multis refert exē-
 plis Sanfelic. decis. 275. Et licet Dominus Reg. de Marin. lib. 1. quorid. resol. cap.
 177. n. 2. & 3. cohærenter asseruerit fu-
 gientes à Triremibus immunitate non
 spoliari; nihilominus à n. 4. per totum re-
 fert cuiusdam peritissimi viri consilium,
 ubi habetur eos gaudere huiusmodi im-

munitate, modò damnati non sint sed
 stent loco depositi, vel quamvis fue-
 rint damnati, poena iam migrarit, vel
 pendeat appellatio; secus verò si fue-
 rint damnati, & nullum ex his concur-
 rat. Ipse verò superiori numero adhæ-
 rendo dixerat iam fugientes simplicitè
 gaudere.

- Sed quicquid sit de rei v eritate, qui
 tuentur fugientes à triremibus nō gau-
 dere ecclesiastica immunitate, varia
 propalant rationes, & primò

4 Mart. tract. de iurisd. p. 2. c. 51. n. 17. ait
 eam esse rationem, quare ij non gaude-
 ant, quia præsumitur illos statim sub
 spe immunitatis fugisse.

Secundò Idem Doctor, & Villadiegz
 in polit. cap. 3. n. 1315. afferunt eam es-
 se, quia Ecclesia reddit tutum à poena
 imponenda, non autem imposta. Cū
 ergo Triremis poena sit iam imposta,
 nec ulterius imponenda, dicendum
 concludūt fugientes à Triremibus spo-
 liari immunitatis priuilegio.

Tertia ratio, quæ à quibusdam alijs
 tradi solet, ea est, quia, cum serui liber-
 tate non fruantur, Domino sunt restituendi. ad sext. in cap. inter alia. de im-
 mun. Eccles. l. præsent i. S. cum autem C. de
 his, qui ad Eccles. confug.

Quarta proponitur à Sanfelic. loc. cit.
 & est, quia cum Ecclesia sit iustitiae cul-
 trix, tuetur pro poena vitanda, non ut
 aliter Fiscus patiatur, ab eoque aufe-
 ratur seruitus præstanta contra S. R. E.

inimicos per huiusmodi damnatos.

Quinta denique desumi solet ex paritate; nam sicuti captus extra Ecclesiam, quamvis funibus obsitus si per ecclesiam ducatur, non per hoc extrahi non potest, ita pariter, qui ad Triremes damnatus est, licet ab illis aufugiat, immunitate non gaudet, sed extrahi poterit.

5 Qui verò contrariam sectantur opinionem, respondent non vrgere primam rationem, nam, cum semper ad Ecclesiam sub certa immunitatis spe cōfugiatur, si ea vrgeret, sequeretur nūquam fugientem gaudere huiusmodi immunitate.

Neque obstarē subdunt secundam, quia fingamus, inquiunt, aliquem dānatum ad pœnam mortis naturalis, hic à carcere ad ecclesiam aufugiat, an nō gaudebit immunitate? Ita sanè. & tamen pœna illi iam imposta est. Si igitur non gaudet damnatus ad Triremes, neque hic frui deberet, quod à nemine sanæ mentis conceditur; vel si gaudet & hic, & ille debet gaudere. Vndè Ecclesiam reddere hominem tutum à pœna imposta decisum testatur *Pater Diana in resol. moral. tract. de imm. eccles. super bulla Gregor. XIV. resol. 40.*

6 Neque vim villam habere asserunt tertiam, cum hodie nemo benè natus pœna seruus efficiatur, vt respondet *Ant. à Gama. dec. 362.*

Neque quartam, cum, si quotiescunque Fiscus damnum patitur, Ecclesia immunitatem relaxaret, vtique illa nemo frueretur. Ceterum inquiunt nō semper damnatos ad triremes in S.R.E. inimicos deseruire, præter quām quod ecclesia priuariò filios tuerur, deindè verò in hostes inuehit.

Et tandem non officere aiunt quintam, cum obstrictus funibus liber non dicatur. *l. qui neq; 48. §. solutum, ff. de verb. sign. secus verò qui à Triremibus aufugit.* Secundò, (& est ratio desumpta à *Reg. Merlin. contr. Forens. cent. 2. c. 36.n.7.*) quia cinctus funibus cùm duicitur, non dicitur fugere; nam actus il-

le non voluntatis, sed coactionis est; & cum Ecclesia tueatur eos, qui ad se fugiunt *cap. inter alia. de imm. eccles. c.*

7 *definiuit 17.q.4.* hinc deducunt Ecclesiam non tueri quem coactum ducunt, tueri verò illum, qui liberè fugit.

8 Qui verò patrocinatur distinctionē relatā per *Dominum de Marin. loc. cit. supponunt* damnatos ad Triremes, vbi nulla pender appellatio, nec pœna migravit, esse in exercitio pœnæ, quæ, cùm primò damnatus in Triremibus immoratur, exequutioni demandata dicitur, & non suspensa, dum nulla pender appellatio. Ex his inferunt, fugientes à Triremibus, ad quas iam damnati sūt, non pendente appellatione, nec consummata pœna, si ad ecclesiam iuerint, eius immunitate spoliari; tunc enī tanquam mortui haberentur eo ferè modo, ac si lethalem subiissent pœnā. Quinimò ridiculum fore censem quærere an isti aufugientes gaudeant immunitate, non secūs, ac si quereretur an gaudeat ille, cui cæsum fuerit caput. Et sic explicandam volunt *Villadieg. rationem*, Ecclesiam videlicet reddere tutum à pœna imponenda, non autem imposta, vt loquatur de pœna exercenda, non autem exercita. Hinc cōcludunt patere rationem, cur gaudeat aufugientes à triremibus, ad quas non fuerunt damnati, vel pender appellatio, vel pœna tandem ex temporis lapsu recessit, quia vel non sunt in exercitio pœnæ, cum tunc locus ille tanquam carcer habeatur, vel si sunt, ex eius migratione, iniuste quidem, vel denique si pender appellatio, pœna non dum cœpit, vndè quid mirum, aiunt, si ecclesiæ patrocinio iuuentur?

9 Hæc sunt quæ de fugientibus à Triremibus per Doctores disposita sunt, nec in re tanti momenti meum aperire sensum congruum arbitror. Integerim Iudicibus omnia examinanda desero, & pariter decidenda. Interim, vt ad nostram questionem breuissimè examinandam deueniamus.

10 Qui

10 Qui allatam ruentur distinctionem dicunt quod, si damnati ad Triremes, quia in exercitio poenæ sunt, si ab ijs ad ecclesiam aufugiant, non gaudent immunitate, à pari damnati ad perpetuos carceres quia in exercitio poenæ sunt, si fugiant ad ecclesiam, gaudere non debent.

Contrariæ verò sententiæ sectatores supponunt carcerem adinuentum non ad poenam, sed ad custodiam. Quid satis, superque fundat Paul. Grilla. de relaxa. carc. q. 2. n. 4. licet autem hic quandoque in poenam detur, tamèn cum primariò detur in custodiam, poena dicitur impropria. Quo supposito.

11 Dicūt damnatos ad perpetuos carceres, si ab illis ad ecclesiam aufugiant, ecclesiastica frui immunitate, quod probant ex eo; nam si, cùm carcer ad custodiam datur, aufugientes fruuntur huiusmodi immunitate; ergo etiā cùm ad poenam, dum poena nil addit supra custodiam. Quod si replicent argumentum hoc probare etiam damnatos ad Triremes gaudere ecclesiastica immunitate, potissimum quia hi quoq; gaudent, cùm adsunt loco depositi, & sic etiam cùm aduenit poena, sicuti dicitur

12 de eo, qui in carcere reperitur; respondent disparitatem esse, quia triremes dantur primariò in poenam, secundariò in custodiam; carcer verò primariò in custodiam, secundariò in poenam. Vnde cùm quis damnatur ad carceres, impropriè dicitur esse in exercitio poenæ, sed verè dicitur exercitè custodiri.

13 Quod patet ex dictis per Capyc. Latr. dec. 177. vbi in fine decisū refert cū, qui in Triremibus loco depositi reperitur, non posse deinde ultimo suppicio puniri. Hoc sanè non militat, cùm quis in carcere custoditur. Quare quid mirum, aiunt, si non valet argumentum e proprijs ad impropria, & consequenter e triremibus ad carceres, dum custodia triremis mutatur in poenam, secùs verò carceris? Quāuis autem quādoque carcer detur loco poenæ, vt suffissimè Capyc. Latr. d. decis. nondū tamèn

vñ receptum inquiunt fugientes ab ijs non frui ecclesiastica immunitate; quā praxim in eo fundari arguunt, quod carcer habeatur loco poenæ, sed non sit propriè poena, prout verè est Triremis; etenim carcerem non ad poenā, sed ad custodiam repertum fundant ex tex. in l. aut damnum §. idest, ff. de pennis, & l. credibile, ff. cod. quos textus exornat Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 305. quem refert Capyc. Latr. d. decis. Et tandem concludunt non valere paritatē, cum in fugiente à triremibus considerari possit Domini interesse, secūs verò in fugiente à carceribus.

14 Et hæc quoque sunt que proutraq; sententiæ adducere sum arbitratus. Quid dicendum? videant pariter integerrimi iudices, aliaque consideranda perpendant, cū Doctores qui supèr hoc puncto scripsierint, ignorem.

S V M M A R I V M :

1 **R** Efertur opinio Caputi supèr Con; st. in aliquibus.

2 Contraria opinio Domini Reg. de Marin.

3 Fundamentum, quo utimur.

4 Panditur argumentum Caputi.

5 Soluitur ex intellectu ad l. cum plures §. fin. ff. deadm. tut.

6 Quæsa de iure Codicis est sublata differencia inter agnatos, & cognatos, frater viuinus tenetur dotare sororem vterinam.

7 Dominus Reg. de Marin. impugnat à Domino Philippo de Letto.

8 Soluitur eius impugnatio.

9 De iure Codicis simul succedunt agnati, & cognati.

10 Dubium, in quo tota controversia consistit.

11 Suppositum questionis.

12 Probatur resolutio dubij pro Dom. Reg. de Marin. argumento e contrario sensu in d. l. cū plures §. fin.


13 Omnes succedentes tenentur præstare dōtem sororibus.

14 Quæ lex non distinguit, nec nos distingue-

- guere debemus.*
- 15 *Constitutio, in aliquibus, per nomen, parentum, indistinctè loquitur.*
- 16 *Ratio excludendi fæminas non est fundata in onore dotis, ubi pulchra ratio.*
- 17 *Paragium quid importet?*
- 18 *Rejcteur ratio Capyc. Latr. ubi iuris communis interpretatio.*
- 19 *Ratio agnationis non potest esse specificatum d. constit.*
- 20 *Referuntur argumenta Philippi de Lett.*
- 21 *Sed omnia ex ordine soluuntur.*
- 22 *Ratio, cur Rex Robertus defestatus est prauam consuetudinem, non fuit pre-*
- mariò agnatio.
- 23 *Solutur dubium incident.*
- 24 *Sequela male deducta ab aduersario.*
- 25 *Alia eodem fere modò.*
- 26 *Explicatur Afflict. in decil. 178.*
- 27 *Cuicunque magno Doctori non fides praesanda sine ratione.*
- 28 *Dato quod finis constitutionis sit ut bona conseruerit in familia, non sequitur sororem vterinam equaliter cum fratre vterina succedere.*
- 29 *Probatur conclusio.*
- 30 *Non potest mater relinquere plus filij secundi matrimonij. quam primi.*
- 31 *Libertas non luditur per aliquid extrinsecum.*

Q V Æ S T I O X I.

An *constitutio Regni, in aliquibus, locum habeat in sororibus, & fratribus vterinis?*



Vm quæstio hæc fusissimè à Doctoribus agitur, superfluum dixeris denuò exponere quæ toties sunt decata; nihilominus tamè cum nouæ pullularint difficultates expositæ ab V.I.D. Domino Pbslippo de Letto eximio causarū patrono in ciuitate Theatina, non ab re hanc quæstionem dilucido.

1 *Caputus igitur in cons. Neap. si moriantur part. i. S. 5. n. 9. refert constitutionem Regni, in aliquibus, qua cautum est, stantibus masculis, fœminas à successione excludi, modò illæ de paragio dotentur, non habere locum in fratribus, & sororibus vterinis. Quam Dominus Reg. de Marinis resol. quotid. cap. 208. lib. 2. n. 19. & sequent. ad vnguen. refert, & impugnat, à cuius autoritate recedendum non arbitror, quamvis à Domino Philippo de Letto ingeniosè impugnetur in quodam scripto pro iuribus D. Hieronyma, & Ioanne de Letto contra D. Petrum Cotunium vterinos,*

3 *Vt ergo veritas elueescat, arbitratus sum fundamentum Domini Reg. de Marin. adducere. Inquit ipse contra Caputum constitutionem, Regni, in aliquibus, locum habere etiam in fratribus, & sororibus vterinis, quia, cum talis constitutio locum habeat in fratribus, & sororibus consanguineis, quamvis natis ex diuerso matrimonio etiam ad matris successionem ita, vt sempè masculus præferatur fœminæ consanguineæ natæ ex diuerso matrimonio ad successionem matris, & hæc opinio pro lege habeatur, locum etiam habere debeat in fratribus, & sororibus vterinis, nec procedendum cum distinctione, an natæ sint ex constantia eiusdem matrimonij, an diuersi, quemadmodum non distinguitur in casu superius allato.*

4 *Inquit vterius Caputum nulla alia defendi posse ratione, nisi quia, cum exclusio fœminæ sit fundata in dotatione, & frater vterinus sororem vterinam dotare non teneatur; consequens est, vt cessante causa exclusionis, cesseret & ipsa exclusio. sed hanc rationem nullius esse momenti; nam quamvis frater*

vte-

vterinus sororem vterinam dotare non teneatur . vt l. cum plures §. fin. ff. de ad-
min. snt. hoc tamèn intelligendum esse
inquit , viuente matre , sicuti dicimus ,
quod , viuente patre , frater non tenea-
tur dotare sororem consanguineam ,
quam si dotauerit , animi liberalitatem ,
non iuris debitum ostendet . vt benè
Andr. in d. const. in aliquibus. col. 10. &
quemadmodum , mortuo patre , præfer-
tur frater consanguineus in doranda
sorore consanguinea , vt per *Gloss. in d.*
l. cum plures in verb. alio patre , sic , mor-
tua Matre , præferri debet frater vteri-
nus in doranda sorore vterina , & sicuti
prius , viuente patre , dotari non po-
terat à fratre consanguineo , ita nec ista ,
vieuente matre , à fratre vterino . Et si
inquieris disparem esse rationem ; nam
frater vterinus non tenetur dotare so-
rorem nihil in bonis habentem , tenetur
verò consanguineus consanguineam ;
respondet *Dominus de Marin.* quod quā-
uis hoc asseratur in d. *Gloss. ad d. l. cum*
6 plures §. fin. tamèn militat de iure dige-
ßorum , de quo agnati non succedebat
cum cognatis ; quia vero de iure Codicis
sublata est omnis differētia inter agna-
tos , & cognatos , verè frater vterinus
tenetur dotare vterinam , sicuti consan-
guineus consanguineam . Pro qua re
allegat *Campag. Traq.* & alios , prout
ibi .

7 Hoc est fundamentum , quo vtitur
Dominus Reg. de Marin. contra Caputū ,
quodque *Dominus Philippus de Letto* im-
pugnat . Et priuò inquit verum non
esse quod , quia de iure Codicis agnati ,
& cognati æqualiter admittuntur ad
successionē , ideo frater vterinus tenea-
tur dotare sororem , ex hoc enim seque-
retur omnes succedentes siue cognata-
nos , siue agnatos teneri præstare dotē ,
quod in toto corpore iuris non reperi-
tur cautum . Nec dici potest esse ratio-
nen successioñis ; nam de iure Digesto-
rum , deficientibus agnatis , admitte-
bantur cognati ; qui tamèn dote in
præstare non tenebantur .

8 Sed hæc responsio argumentum nō

solutus ; nam *Dominus de Marin.* asserit
quod , quia de iure Codicis inter agnatos
& cognatos sublata est differētia , adeoq;
ij insimul succedunt ; hinc fit , vt , sicuti
soror consanguinea inops ali , & dotari
debet à fratre consanguineo , ita & vte-
rina ali debeat ab vterino . Unde sicuti
per legem cautum est respectu con-
sanguineorum , agnatorumque , ita &
respectu vterinorum , & cognatorum ;
Nec non potest optimè assignari ratio
9 successionis ; quamvis enim de iure Di-
gestorum succederent cognati ; id erat
cautum , non existentibus agnatis ; at
vero hodie de iure Codicis insimul suc-
cedunt agnati , & cognati l. fin. §. sed
nec fratrem C. de leg. bare . & à nemine
sanæ mentis negatur .

10 Cardo verò difficultatis in hoc ver-
titur ; quomodo videlicet habeatur ex-
pressum in iure fratrem vterinum , adeo-
que omnes succedentes siue agnatos ,
siue cognatos teneri dotem dare so-
ribus , quod aduersarius nullibi reperi-
ri contedit .

11 Pro qua re breuitè supponendum
est Constitutionem , in aliquibus , locum
habere in agnatis descendantibus , &
sicuti dispositum est , quod stantibus
masculis , foeminæ non succedant pa-
tri , ita etiam nec matri . Hoc supposi-
to , sic liceat discurrere .

12 De iure Codicis , cum sit sublata dif-
ferentia inter agnatos , & cognatos , in
simul æqualiter succedunt . d. l. fin. §. sed
nec fratrem ; igitur sicuti de iure digesto-
rum , quia cognati non vocabantur cū
agnatis ad successionem , soror vterina
non debebat ali , & dotari à fratre vte-
rino ; ita e contra , quia de iure Codicis
æqualiter vocantur , soror vterina de-
bet ali , & dotari à fratre vterino . ar-
gumento e contrario sensu text. in d. l.
cum plures §. fin. vbi *Gloss.* ergo dispo-
sitio dictæ constitutionis , in aliquibus ,
quæ locum habet in agnatis , habet etiā
in cognatis ; & sic quod omnes , qui
succedunt , siue sint agnati , siue cognata-
ti , teneantur dotem præstare sororibus ,
cautum habetur in d. const. in aliquibus ,

vigore Codicis tollentis omnem differentiam inter agnatos, & cognatos; & quia per d. const. prouisum est, quod stantibus masculis, foemine non succedant, meritò non est distinguendum.

14 de vterinis, & consanguineis, cum ea, quæ lex non distinguit, nec nos distinguere debeamus. *I. non distinguemus, ff. de receptis arbitris.*

15 Non est ergo amplius hæsitandum, an, quia de iure Codicis æqualiter admittuntur ad successionem agnati, & cognati, ideo frater vterinus sororem dotare teneatur; præcipue cum d. constitutio per nomen, parentum, indistincte loquatur. Ex quo oritur indistinctè nos quoque loqui debere, nec accommodare distinctionem ex eodem, vel diuerso matrimonio, *ad ex. in d. l. non distinguemus.* In quam sententiam iuic Capyc. Latro decis. 128.

16 Hinc optimo iure colligitur præcipuum rationem excludendi foeminam, per constitutionem esse fundatam in onere dotis; ex vulgari enim regula, qui in uno grauatur, debet in altero releuari. Cum igitur de iure digestorum frater consanguineus teneretur dotare sororem consanguineam, & sic arguantur de iure Codicis in vterina, ut diximus, à quo sublata est differentia inter agnatos, & cognatos, meritò aduenit constitutio, *in aliquibus*, quæ considerans fratri onus in dotandis sororibus, illum releuat, disponitq; vt solus ipse succedat, & ne sorores vili védat pretio, iubet, vt de paragio dotet, Quod

17 verbum, *paragium*, per Aff. in d. const. n. 53. sex capita continet 1. facultates dotantis. 2. parentis dignitatem, 3. qualitatem mulieris. 4. qualitatem mariti. 5. liberorum numerum. 6. patrie consuetudinem. Hæc est ergo rationum catena, sub qua talis constitutio fundatur, vt benè consideranti patere possit.

18 Ex quo sequitur non esse dilectionē masculi potius, quam foeminae, fundatum huius constitutionis, ut scripsit Capyc. Latro, sed potius dilectionis

rationem fuisse juris communis constitutivum; quod dotandi onus tradidit masculis, qui ob maiorem sexus fortitudinem tale munus subire debent, ac proinde majori amore capaces redduntur.

19 Neque dici potest d. Constit. constitutivum esse agnationis rationem; nam mater non est de filij agnatione, vt bene notat Capyc. Latro, & tamèn filius succedit matri.

Sed Dominus de Letto intendens non excludere sorores vterinas vigore formalis rationis dictę constitutionis, assertit eius constitutivum esse conservationem bonorum in familia, ac proinde agnationis rationem. Quod quidem assumptum talibus proponit medijs.

20 Consuetudo, inquit ipse, à Regè Roberto exterminata erat, quod extantibus foeminis filijs defuncti, admittebatur qualiscunque eius consanguineus quāvis collateralis, & remotior, exclusis illis, sed extantes masculi, illo excluso, admittebantur. Hodie verò Rex Robertus in primo casu eam detestatus est, non in secundo, in quo exclusis collateralibus, admittuntur masculi, repulsis etiam foeminis. Sempèr ergo ratio agnationis attenditur.

Deinde assertit, quod, cum natura tam masculos, quam foeminas commendarit, & constitutio, *in aliquibus*, exclusis foeminis, vocet masculos ad successionem, signum sit non excludi quia foeminae sunt, & consequenter non attendi rationem masculinitatis, sed tam agnationis.

Tertiò id probat ex verbo, *paragium*, quod importat quoq; parilitatem conditionis familiæ, quæ paritas per agnationem non distinguitur.

Postremò, dum id non habetur dispositum per regni constitutionem, recurrentum est ad *consuetudinem Neapolitanam*, si qua mulier, in qua dispositu est æqualiter vocari sorores vterinas, & fratres, & consequenter dicendum ibi attendi agnationis rationem.

Iactis his fundamentis tanquam veris,

ris, inquit ipse, clarè patere è qualitè ad matris successionem vocari fratres, & sorores vterinas: nam ratio dispositionis *d. const. in aliquibus*, est ratio agnationis, & ut bona conseruentur in familia; sed nisi è qualitè succederent, cessaret talis ratio; quæro enim, quomodo frater vult cōleruare sororis vterinæ familiam, cum non sit de sororis familia, nec de eius agnatione? igitur afferendum est *d. constitutionem* locum, non habere in calu nostro, & recurrendum ad ius commune, quod vult è qualitè ad successionem vocari. Ex his colligit contra Capc. *Latro* parum interesse filium succedere matri, & tamè non esse de matris agnatione, cum per hoc non probetur successionis rationē esse agnationem; nam cum mulier trāseat in viri claritatem *& feminam, ff. de sevatoribus*, videtur esse ex pacto obligata ad cōleruandam viri familiam, adeòque plusquam agnata viro; & sic semper attenditur ratio agnationis. *Andr. de Isern. in const. Regni de off. secret. col. 2. no. 70.*

Vnde patet disparitas rationis allatæ à *Dominio Reg. de Marin.* Nam fratres, & sorores consanguineæ sunt de eadem familia, secùs verò vterinæ.

Et postremò ponderetur, inquit, *Af-
fli. decis. 178. n. 2.* vbi Sacrum Consiliū censuit fratres succedere in bonis maternis, exclusa sorore, quia sic per *consuetudinem* fuit interpretatum; igitur *consuetudo Neap.* si qua mulier, è qualitè admittit fratres, & sorores ad matris successionem, ita dicendum erit in casu nostro, in quo licebit *constitutionē*, *in aliquibus*, interpretari per *consuetudinem*, dum in dicta constitutione habetur casus omisissus.

Hec sunt fundamenta d. Doctoris fideliter relata, quibus accommodari poterit respōsio superius allata ex probatis; nihilominus, vt clarior reddatur veritas, æqua erit non multum immorādo breuitè ea percurrente soluere.

22. Et primò quidem quod nequeat spe.

cificatiuum huius constitutionis esse ratio agnationis desumpta ex detectatione prauæ illius consuetudinis, clarè patet. Etenim ad quid fœminas excludit *Rex Robertus?* Nonne fœminæ sunt de partis agnatione? Etsi respondeas eas habiles non esse ad conseruandam familiam, nec habiles dicam eius filias, igitur quantum est ex vi huius rationis debent succedere collaterales, exclusis descendētibus; ex quo patet, ne hoc admittatur absurdum, huius constitutionis rationem non esse agnationem, neque familiæ conseruationem primariò, quicquid sit, si deinde sequatur huiusmodi conseruatio.

*23. Ait occasione desumpta ex ijs, quæ diximus, replicabis ex hoc argui neque posse esse rationem dotationis; cum sic etiam collaterales sint habiles ad dotandas defuncti filias. Sed præterquam quod responderi posset non reperi in iure eorum habilitatem circa dotem præstandam; attamen arguitur ex ipsa patris pietate, siue, vt melius loquar, prouidentia, quæ dotandi onus transfert in suos descendentes. potius; quam in collaterales; & ni supersunt descendentes masculi, pium est fœminas succedere, cum in primo casu, in quo reperiuntur masculi, & fœminæ, ambo sint è patris visceribus descendentes, & sic nil mirum, si stante descendētum ratione, & onere dotandi in masculo; *constitutio, in aliquibus*, tollat à fœmina successionem, dando illi dotem de paragio; in alio autem casu, in quo non sola descendētum ratio attenditur, sed etiam collateralium, impium esset si patris viscera excluderet, collaterales verò vocaret.*

24. Secundò non benè arguitur. Non ascenditur ratio masculinitatis, ergo agnationis, cum possit assignari ratio dotationis.

25. Tertiò verbum, paragium, importat parilitatem conditionis, quæ attenditur per utriusque agnationem; non autem inde sequitur; igitur ratio agnationis est specificatiuum constitutionis, sed potius

potius illa debet dici consequentia matrimonij.

26 Ex his argumentis sic solutis corrulit cæteræ in contrarium probationes. Restat modò ut explicemus *Affl. in d. decis. 178. n. 2.* qui asserit eatenùs verum esse filias ; stantibus masculis , excludi à matris successione , quatènus *constitutio* explicetur per *consuetudinem Neapolitanam*; sed ex hoc non infertur quod soror , & frater utrini debeant æqualiter succedere ; cum tunc benè posset *constitutio* explicari per *consuetudinem*, quando huiusmodi explicatio non obesset sensui dictæ *constitutionis*, sicuti non obest in casu allato propter nomen, *parentum*, vt benè ait *Affl. in d. decis. vbi supra*. Ast in casu nostro verè obest , cum nos distingueremus nomen, *parentum*, quod lex non distinguit cōtra *sex. in l. non distinguens*; de recept. *arbor. præcipue cum d. constitutionis robur* consistat in excludendis feminis à successione ; igitur tales debemus accommodare sensum , vt semper fœminæ, salua eorum pace , excludantur .

Quod præterea *Affl. in d. const. in aliquibus n. 71.* dixerit rationem conservationis agnationis fuisse decisionem.

27 huius *constitutionis*, parùm refert, nam cuicunque etiam magno Doctori non est credendum , nisi ejus dictum probetur; cum ceteroqui authoritas probabilis , non euidens reputetur. *Bare. in l. 1. ff. si cert. petatur. vbi DD. & Decim præcipue n. 87. de quibus Mūscell. in praxi appell. part. r. Glaf. senioria n. 151.*

28 Denique , vt animi liberalitatē ostendam , do libenter *constitutionis* finem esse familie conservationem ; nego autem indè sequi , sorores , & fratres utratos æqualiter ad successionem vocari. Etenim cum mulier ob matrimonium videatur plus quam agnata viro. *Iferat. in tit. que sunt regalia. super verb. bona vacanta. & in const. de off. secret. n. 7. col. 2.* tenetur consequenter conseruare viri sui familiam ; adeoque filia ex ipsa nascens ex tacito quasi matris contra-

ctu illi assentiri cogitur , ac proinde cōseruare familiam , quain mater ipsa debet. Iam verò mater familiam , quā conseruare non potest , conseruare nō tenetur . argumento *textus in l. traditio. ff. de acquir. rer. domin.* sed nequit conseruare familiam secundi viri per fœminam procreatam in secundo matrimonio , ergo debet conseruare familiam primi per masculum, ac proinde illi deferenda videtur successio in bonis matri-nis ; huic verò præstanta dos; hæcque filia tenebitur tali dispositioni assentiri ex matris contractu , & quamvis per transitum ad secunda vota mater nō dicatur de primi viri familia , tenetur tamèn conseruare familiam primi. Unde ex *l. bac editati C. de secundis nupsijs* non posse relinquere plus filiis secundi matrimonij, quam primi inter cæteros asserit de *Franch. decisum in decis. 345.* Neque indè sequeretur lædi matrimonij libertatem ex eo, quia nemo in uxorem duceret habentem masculos , vt volebat *d. Philippus de Letto*; cum per *DD.* annes libertas lædi non dicatur per aliquid merè extrinsecum , & per accidens . Et hæc satis . Cæterum autores consulite , dum toties de canta-ta iterum decantare longius dillicet .

S U M M A R I V M .

- 1 *F* Oemina iuvantur *Velleiano*.
- 2 *T* riginta casas , in quibus ille non iuvantur .
- 3 *D*ispositio Regiae Pragm.
- 4 *S*tatus quæstronis .
- 5 *Q*uisque in solidum obligatus posset pro toto debito conueniri .
- 6 *C*essat *Velleianum* , quoiescunque mulier principaliter obligatur .
- 7 *H*uius quæstionis expositores .
- 8 *P*ius suppositum .
- 9 *O*piniō nostra est conera communem .
- 10 *C*ulus mortuum defamitare Reg. Mer-lino .
- 11 *A*dversariorum fundamenta .
- 12 *D*ispositio *textus iug. l. si mulier, ff. ad. Velleian.*

- 13 Et l. reos promittendi, ff. de duob.
reis.
- 14 Verba Auth. si qua mulier C. ad Velleian.
- 15 Iis verus sensus accommodatur.
- 16 Eodem modo explanansur d. Gloss.
- 17 Proponitur nostrum argumentum.
- 18 Major iactura confatur solutio, quam
obligatio.
- 19 Quisque soluendo presumitur soluisse in
illam causam, qua sibi erat visior.
- 20 Quod pluris est tanti est.
- 21 In dubio solusio censetur facta potius no-
mine proprio, quam alieno.
- 22 Mulier quamvis in solidum obligata quā-
doque iuuatur Velleiano. ubi pondera-
tio ad tex. in d. l. si mulier.
- 23 Nostra opinio videatur in iuribus consone.

QVÆSTIO XII.

An mulier in solidum obligata cum marito iuuetur Velleiano?
ad intellectum auth. si qua mulier C. ad sen. conf.

Vell. vbi omnes propemodum casus, in quibus
mulieres Velleiano non iuantur.



Vm ad celeberrimæ
huius questionis eno-
dationem variae sole-
ant adduci paritates,
quæ vel ad rem no-
stram non faciunt,
vel punctum ipsum.

- implicant, arbitratus sum ad eius ap-
paratum casus exponere, in quibus
Velleianum cesseret, eos scilicet, qui à
Doctoribus vel vt incontrovertibiles
proponuntur, vel saktèm vt probabiles
estimantur, ne deinde illos cum prin-
cipali puncto confundamus. Procul-
dubio est igitur de iure communi apud
DD. fœminas velleiano iuuari per l. i. cū
concordantibus, ff. & C. ad Sen. conf. Velleia.
quaandoq; verò non iuuari nemo
sanæ mentis est, qui non aduertat. Et
2 Primus casus est cùm mulieri hære-
ditatem vendidi, & creditores hæredi-
tarij me conueniunt; tunc enim con-
tra illam regressum habeo l. sed si cum,
ff. ad Velleian.

II. si mater pro dote filiæ se obliga-
ret l. si dotare C. eod.

III. Quando mulier se pro cuiusli-
bet dote obligaret l. generalisè C. eod.
Herring. de fidei. c. 7. num. 452. & seq.
Putens decisi. 160. lib. 3.

IV. cùm intercederet pro muliere.

etiam cum animo ab illa repetendi:
Castr. in d. l. generalisè n. 2.

V. Si mulier dicat se habere man-
datum aliquod, vt sibi soluam quod ti-
bi debeo, & stipulatus fuero cum illa-
te solutionem illam ratam habiturum,
& deinde tu ratam non habebis; tunc
enim contra mulierem regressum ha-
beo l. si mulier, ff. ad Velleian.

VI. Quando quis ignoraret mulie-
rem esse illam, quæ intercedit l. bona-
fide, ff. eod.

VII. Cùm mulier intercederet pro
marito causa dotis communis filiæ. Reg.
Merl. contr. forens. cent. 1. cap. 56. m. 10.

VIII. Si certiorata de hoc benefi-
cio, illi cum iuramento renunciaret.
Herring. de Fidei. ff. cap. 6. n. 4. Quamvis
Cynus in l. si quis in conscribendo. de pa-
ctis, dicat non posse mulierem cum iu-
ramento renunciare, & hanc esse op-
tionem communem asserat Calc. in cōf.
25. Quod a fortiori procedit stante Re-
gia Sanctione, de qua infrà.

IX. Si mater se obligaret pro filio
excarcerando, modò excarceraretur
ex causa delicti, non æris alieni. Faber.
in suo Codice defin. 16. ad Sen. conf. Velleian.
Papou. l. 12. arresto 8. & 9.

X. Si se obligauerit pro marito ob-
pecuniā in causā alimentorū, & familie

versam, idem Fab. sit. cod. defin. 8.

XI. Cùm intercedit pro alio priùs pro dote obligato, *Herring. de fideiis. de cap. 7. n. 456. & seq. Surdus. decis. 164. n. 4.* qui loquitur etiam stante statuco, pro ut in Regno nostro.

XII. Quando mulier perfectæ etatis idest 25. annorum per l. fin. ff. de his, qui ven. atq. fideiussit primò, & deinde fideiussionem confirmauit post bienniū, quia præsumitur habuisse tēpus ad cogitandum l. si mulier C. ad Velleian.

XIII. Si mutuam acceperit pecunia, quātūs illam suo viro dederit l. si fūnebris C. cod.

XIV. Cùm intercederet pro filio ad fauorem nurus ex antephati causa. Sic decilum refert de Franch. decis. 182. num. 1.

XV. Cùm alienam suscepit obligacionem, & creditor sit ab illa aliquo modo deceptus l. fatimis C. ad Velleian. l. si decipiendi animo. ff. cod.

XVI. Si vxor obligaret se pro redimento à carceribus marito. de Franch. decis. 237. Ronitus. supèr Pregm. 1. ad Velleian. n. 7. Surdus. decis. 86. Thesaur. decis. 223. de Ponse de pœst. Prorog. sit. de divers. pœstis. num. 39. Thorus. Pasca- lis. &c. alij.

XVII. Si obligaretur pro marito ex qualibet iusta causa, decoris scilicet, &c. Lupus in rubr. de don. inter vir. & vxor. S. 50. n. 34. Bald. in l. si quis, ff. sol. matrem. in fin. Surdus. cons. 367. n. 14.

XVIII. Cùm mulier aliquid donaret, Dominus Reg. de Marin. resol. quod. lib. 2. cap. 238. n. 7. quamvis donatio nisi probetur, nunquam præsumatur l. si fihus C. de negat. gestis, modò donatio à traditione incipiat, de Franch. decis. 279. num. 5.

XIX. Si se obligasset pro dote restituenda, Bald. Nouelt. tract. de dot. part. 6. priuile. 12. & 57. Gregor. Lopez. tit. 12. p. 5. Et sic decilum refert idem Dom. Reg. de Marin. ubi supr. cap. 237. n. 2.

XX. Cùm mulier nolentem induxit, vt marito pecuniam traderet, Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 21. diff. 4.

XXI. Cùm obligatur in beneficium Ecclesiæ, Reminalda. cons. 67. vol. 1.

XXII. Cùm fideiuberet pro libertate, Salices in l. veterum C. ad Vell. n. 1. De Pente d. sit. 10. n. 26. & 30.

XXIII. Si principaliter se obligaret, & in re suam intercederet pro contratu proprio, vel pro creditore suo l. frusta C. ad Velleian.

XXIV. Cùm mater promitteret filiorum tutribus indemnitatem l. si mater C. cod.

XXV. Si intercessit ad pias causas, Roman. in auct. familiær. n. 20. C. ad leg. Falciad. Quod procedit in omni pia causa. Tiraquell. de priuile. pia causa priuile. 113. Reg. de Ponc. de pœst. prorog. de diversis pœstis. fieri sol. sit. 10. n. 30. & sic decilum refert de Franch. decis. 237.

XXVI. Si fideiussisset aliquid recipiendo; tunc enim non videtur intercessisse ex sexus fragilitate, sed ad præmium consequendum, quod probari debet ex instrumento publico à tribus testibus subscripto, vel per confessionem publicam l. si antiqua C. ad Velleian.

XXVII. Cùm fideiussit pro viro suo ita tamèn, vt constet debitum esse conuersum in ipsius mulieris utilitatem, ex l. si & me. & Titiu[m] ff. si certum petatur. Castr. in l. fin. de Negat. gest. Traq. de nobil. cap. 6. n. 39. sequitur Gutierrez pract. quæst. lib. 2. quæst. 29. post. n. 3.

XXVIII. Cùm adiit hæreditatem, etiam damnosam, nisi per creditores fuerit decepta, de Franch. decis. 518. n. 7.

XXIX. Quando à muliere aliquid in salutum tradiceretur, Idem decis. 279. n. 5.

XXX. Cùm mulier aliquid vendidit, & pro alio obligato pecuniam soluit l. senat. consuls. 4. C. ad Velleian. Allegatur tanquam singularis à Domino Cœsiliario Paulo Strabano iuniore resol. 178. n. 1. cens. 2. vna cum l. quamvis C. cod. l. 1. de cond. indeb. l. cuius, ff. de reg. iuris.

Hisunt casus, quos breui selegi calamo, Ceteros apud inumeros vide-

- re est doctores. Aduenit postremò Regia Pragmatica prima in ordine sub sis. de Senat. cons. Velleian, vbi caurum reperiatur non posse mulieres etiam cum iuramento renunciare beneficio Velleiani ex eo, quia sicuti facilimè persuasionibus intercedere coguntur, ita quoque, & renunciare. Quę ratio ingeniosissimè exponitur à Prof. de Franch. in de cī. 223. n. 26.
4. Vnde indubitatum videtur non correctos esse casus à iure cōmuni exceptos, prēter vnum tantummodo; cūm scilicet mulier, prēvio iuramento, renunciaret. Præter hos ergo casus questio nostra est, an mulier in solidum obligata cum viro in eodem instrumento non ex causa decoris, non ex carcere, nec denique ex quaçunque alia tñili, hoc beneficio iuuetur, ita, vt marito nihil in bonis habente, possit vxor cogi ad totius debiti solutionem?
5. Et ratio dubitandi ea profecta est, quia cum quisquisque ex reis debendi in solidum obligatus possit pro toto debito conueniri l.3. §. vbi duo, ff. de duabus reis, vbi Gloss. & ita, vt per vnius exceptionem non liberetur alter. l. fin. ff. cod. aperte colligitur ex hac ratione mulierem teneri ad totius debiti solutionem, si fortassis eius vir nihil in bonis habens reperiatur. Cumque constet quemlibet in solidum obligatum principaliter esse obligatum, in dubium non videtur reuocandum quin mulier non possit iuuari Velleiano, quod cessat quotiescunq; illa principaliter obligatur l. sed si ego l. si mulier, ff. ad Velleian, l. si funebrib. cum concordancib. C. cod. E contra verò videtur locum habere Velleianum, dum in nostro casu, nisi in contrarium adsic probatio, præsumitur vxor intercessisse pro viro; non autem vir pro vxore. Aut, si qua mulier C. ad Sen. cons. Voll, vnde cum mulier non sit principaliter obligata pro re sua, claram, indubitatumque est illam ex Balde doctrina Velleiano iuuari.
7. Iam vidistis opinor, vbi nam vera-
- tur cardo difficultatis, supereft modò, vt quid dicendum videamus. Et quidem questio hęc ingeniosissimè propontitur à tribus iurium Coriphazis Deminis scilicet Regentibus Merlino, De Marinis, & Domino Consulari Stabano in niore famam defatigantibus, quorum primus illam examinat in cī. 1. cōser. foren. cap. 55. Secundus in lib. 2. resol. quod; cap. 236. Tertius denique in cī. 1. resol. foren. resol. 42.
8. Ut autem æquo pugnemus marte, & certa ab incertis segregemus, supponendum arbitror in huiusmodi obligatione nullam volitare conjecturā, quaprobari queat vel virum non intercessisse pro vxore, sed vxorem pro viro, vel debitum conuersum esse in viri, nō mulieris commodum. Etenim si quaharum adesset, nulli dubium, quin mulier velleiano iuuaretur. Questio igitur sit cūm nulla conjectura nec pro viro, nec pro muliere, nec in utrumlibet viget. Quidquid sit si dicatur vigeare saltē præsumptionem contrariā in virum pro muliere, de qua infra hoc supposito.
9. Dico contra communem Doctorum opinionem, mulierem in solidum obligatam cum viro, quotiescunq; nulla apparet intercessionis conjectura, velleiano non iuuari, sed posse pro toto debita conueniri. Nec miremini velim me ferè contra omnes arbitrari, cū sic videam iura edocere.
10. Quod si super hac questione Reg. Merlin. loc. cit. n. 25. cuiusdam opinionē improbat, quia is non subtiliter germanum iurium sensum erat perscrutatus, ne mea quoque sententia talem sortiatur notam, ea similiter subtili, qua potera medio perscrutari conabor. Locus ergo supercilione sit, si communi parentando sententiaz aliter sentiam.
11. Iuuabit igitur aduersantium fundamenta referre, quae sunt, colorem questionum in huiusmodi obligatione præsumi, cūm videlicet mulier se una cum viro in solidum obligauerit; potius nāque

que videtur vxor fideiussisse, vir autem se principaliter obligasse. *Anib. s. quæ mulier C. ad Velleian.* Quod militare aiunt quotiescumque non probatur pecuniam esse in mulieris commodum conuersam. Neque posse, inquiunt, substineri cōtractum pro medietate, ut pote qui vnicus, & indiuisibilis est l. s. mulier. *la terza S. fin. ff. ad Velleian.* ergo totus contractus corruet, & consequenter mulier Velleiano non gaudebit.

12 Ut autem ad hæc respōdeamus, multa sunt breuitè ponderanda. Et primò mulierem pro se principaliter obligatam, quāvis non probetur pecuniam esse in suam utilitatem conuersam, Velleiano non iuuari, expreſſe caurum reperitur in l. s. mulier, ff. ad Velleian. ibi. Si mulier tāquām in suos usus pecuniam acceperit alij creditura, non est locus senatus consilio. alsoquin nemo cum feminis conaberet, quia ignorari potest quid actura sint. Concordant l. sed s. ego, ff. cod. & l. s. funebris C. cod. Secundò incertuni nec est duos in solidum obligatos posse in totam summam conueniri, vel pro rata. In totam summam, si Titius, & Mævius sint obligati pro centum in solidum, & ego à Titio tantū non quinquaginta, sed centum petam. hęc enim ab illo repeto tanquam principaliiter obligato, quod si quinquaginta tantummodo queram, non ago contra illum ut principalem, sed ut Mævij fideiussorem; Duo enim in solidum obligati sunt ad inuicē fideiussores ita, ut actori detur actio contra istos & ut principales, & ut fideiussores. Non est meum figmentum, sed dispositio *13* sex. in l. reos promittendi, ff. de dno. reis promitt. & stipul. ibi. Reos promittendi mutua fideiussores vice non inutiliter accipi conuenit. Itaq; reus stipulandi actionem suam dividere si uellet (neq; enim dividere cogendus est) poterit eundem ut principalem rem, item eum, qui fideiussor pro altero extiterit, in partes conuenire, non secus ac si duos promittendi reos diuisis actionibus conueniret. His ita suppositis nulli dubium esse arbitror quin vxor in

solidum obligata Velleiano non iuuatur, non obstantibus ijs, quæ ab aduersariis opponuntur. Quoniam autem *14* tota vis consistit in Anib. si que mulier. vbi. Si que mulier creditis instrumento consentias proprio viro, aut scribat, & propriam substantiam, aut se ipsam obligatam facias. subemias hoc nullatenus valere, sine semel, sine multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat, sine privatam, sine publicum sit debitum, sed ita esse, ac si neque factum quicquam, neque scriptum esset, nisi manifestè probetur quod pecunia in propriam ipsius mulieris utilitatem expensum sit. ideo verba hæc sunt dilucidāda. Et quidem quod textus non loquatur cum mulier se principaliter obligat, nemo est qui non videat, ni nolit; Etenim cum legum correctiones sint evitandę l. pricipimus. C. de appellat. si lex ista non corrigit expreſſe textum in d. s. mulier superius relatum, vbi necesse non est, ut probetur pecuniam esse versam in ipsius mulieris commodum, cum ea principaliter obligaretur, cur dicendum est textum hunc loqui cum mulier se principaliter obligaret, ita, ut tunc probandum esset pecuniam esse in eius utilitatem conuersā, si sic loquendo iura hæc ut inter se contraria pugnarent, & vnum alterum corrigeret? Firmum igitur, indubitatumque sit d. Anib., loqui cum mulier proximo intercedit. Quod expreſſe voluit Glos. cūm dixit. In viro se obligante vxor consensit, aut pro eo fideiussit, vel etiam res suas pignori, hypothecaeus supposuit, queritur an sibi præjudicauerit? vbi notandum est diuersum esse consensire obliganti, & se principaliter obligare. Et paulò Inferius. Quod quidem verum est, nisi pecunia, propter quam vxor fideiusserat, in eius utilitatem ex *15* pensa probetur. Constat igitur Glosano explicare quod consensire obliganti, idem sit, ac fideiubere. Color ergo quæstus, quem aduersarij ingeniosissime opponebant, nondum vilus est in d. anib. Quare Thesaur. in decif. 223. in princ. tenet d. anib. loqui cum mulier pro

pro marito intercedit, quamvis ipse illam extendat quoque; cum mulier se principaliter obligat, & vir fideiubet; sed hoc nec ille, nec alij vlo iure comprobant.

17 His ita refutatis, sic liceat arguere. Ex d. si mulier, cum vxor principaliter obligatur, quamvis non proberur pecuniam esse in eius commodum conuersam, modò in contrarium conjectura non vigeat, Velleiano non iuuatur; sed cum obligatur in solidum cum marito, principaliter obligatur, vt supra probauimus. ergo cum in solidum obligatur, non iuuatur Velleiano, quamvis non proberur pecuniam esse conuersam in eius utilitatem, modò conjectura aliqua non obfit. Nec iuuat assertere Velleianum ut potè fauorable extendendum; etenim non sic extendendum est, vt iuribus contradicat, præcipue cum ex vulgari regula semper standum sit pro contractus subsistentia.

18 Præterea (vt colorem quæcum penitus eneruemus) cum maior iactura cœfatur solutio; quam obligatio, ex eo, quia plus est soluere, quam se obligare; si quis soluendo præsumitur soluisse in illam causam, quæ sibi utilior erat,

19 ex doctrina Bartoli in l. gerit C. de acq. hered. Menoch. conf. 121. nro. 45. & conf. 265. n. 33. Alex. conf. 15. col. 2. lib. 5.

Traq. de cœract. consanguin. §. 3. Gloss. 1. m. 32. quis dubitet quin quisque se obligando, obligatus censeatur in eam causam, quæ sibi erat utilior? Idque à fortiori. Etenim quod pluris est tan-

20 ti est lexum fur ff. de im lit. iur. igitur quamvis non proberur, semper præsumetur in mulierem veram esse pecuniam, quia se obligavit ob causam, quæ sibi erat utilior. Nam vero utilius erat vt pecunia verla esset in suam, quam viri utilitatem. Neque etas utilius esse mulieri, eam iuuari Velleiano, quamvis non; Nam sic mulier non vere obligatur ob causam sibi utilorem, dum nulla esset obligatio, vt consideranti parer, & consequenter nullo modo ei

obligari citius esset dicendum.

21 Secundò in eadem paritate insistendo, si in dubio solutio censemur facta portius nomine proprio, quam alieno l. & magis, ff. de solut. l. Tissum, & Mennium §. professus, ff. de administr. tutor. Menoch. conf. 46. nro. 1. & 4. certum est obligationem in dubio censi factam nomine proprio, & principaliter, igitur à fortiori, cum quis expressè principaliter se obligaret. Ergo, vt concludamus, si mulier principaliter, & in solidum cum marito obligatur, non censemur pro marito fideiubere, nec eius pecuniam in viri commodum conuerti; & consequenter non est locus præsumptioni, & colori quæfito, prout hucusq; prætendebatur. Quarè mulier sic obligata Velleiani exceptione non iuuabitur.

22 Non negauerim tamè quandoque mulierem, etiam in solidum obligatam cum viro iuuari posse Velleiano, putasi à creditore tanquam fideiussor, nec vt principaliter obligata conueniretur; Tunc enim locum haberet exceptio Senatus consulti, quia conueniretur vt intercedens pro marito. Quare cautus debet esse creditor in illa conuenienda. Hæc sunt, quæ iuri consona reperi.

23 terum non dubito, quin contraria opinio ut potè à multis comprobata, tunc reddatur in praxi; nihilominus hæc ego senti.

S Y M M A R I V M .

1 Dispositio 1. si quis non dicam rapere C. de episc. & cler.

2 l. is, qui cum telo C. de sicarijs.

3 Cap. consulere de Simonia.

4 In atrocissimis affectum puniri demonstrar.

5 Dispositio 1. 1. §. hæc autem verba, sc. quod quisq; iuris.

6 Vbi videatur affectus puniendus pena extra ordinem.

7 Ad quod adducitur argumentum.

8 Rejicitur quedam improbabilitate opinio.

9 Re-

- 9 Refertur alia communior.
 10 Explanatur alia directè contraria, vbi multis casus.
 11 Regula, metius est cum multis errare, quād cū paucis sapere, erronea est apud sapientes.
 12 Opinio Iulij Clari super dubio.
 13 Improbatur sic simpliciter sumpta.
 14 Vera sententia erit ut ex rationibus Boërij, & Clari simul sumpta.
 15 Proponitur assertio duplice sub capite.
- 16 Probatur quoad primum ratione à posteriore.
 17 Probatur secundò alia ratione naturale.
 18 Probatur tertio ex verbis d. l. si quis nō dicam rap.
 19 Probatur quoad secundum caput.
 20 Videtur obstat Prag. i. de idu scopiti.
 21 Sed explanatur.
 22 Ex verbis ipsius Pragm.

Q V Æ S T I O . XIII.

Quænam regula statuenda sit in puniendo affectu in quibuscunque criminibus, non sequuto effectu? vbi varia iura, & Doctorum dicta inter se contraria conciliantur.



Væstio hæc ab innumeris hucusq; primæ notæ Doctoribus agitata, ita veritatem occultat, vt quid dicēdū penè ignorem diuersas ob sententias, decisionesque, quæ ut potest inter se contrarie ut quæstionem endent, illam potius nouis in difficultatibus deserunt iniquolatim. Liceat ergo subtilitatibus parentare, ne emodaunda innodemus, cum potissimum ea, quæ ad consuetudinem redacta sunt, leniori sint scribenda Methodo. Iuuabit verò ad clarius procedendum iura ipsa in medium afferre.

- 1 Imperator igitur in l. si quis non dicam rapere C. de episc. & cler. hæc disposuit. Si quis non dicam rapere, sed attingere, ratiū iungendō causa matrimonij Sacraissimas Virgines ausus fuerit, capitali pena feriatur. Hinc inferunt Glos. & D.D. in atrocissimis criminibus affectum puniri, quāmis ad effectum non deueniatur. Concordat l. is, qui cum telo C. ad leg. Cornel. de Sicarys. ibi. l. is, qui cū telo coarctanterit hominis necandi causa,

sicut is, qui hominem occiderit, vel criminis dolo malum factum erit commissum, legis Cornelie de Sicarys pena coeretur. igitur etiam in homicidio punitur affectus, non sequuto effectu ea profectò ratione à Glos. hæc assignata, quia nimirum voluntas, non exitus inspicitur. per tex.

- 3 in l. Dianus ad leg. Cornel. de Sicarys. Idem expressè habetur in cap. consulere 38. de Simonie. ibi. Quicunque vice dominiciū, vel aliam Ecclesiasticarum rerum administrationem per pecunias obtainere valuerint &c. igitur punitur in simonia affectus tantum, prout patet per ly, voluerint.

- 4 Hinc nonnulli in atrocissimis affectū puniri arbitrati sunt, inter quos Glos. in l. is. Si hac autem verba vers. paramus, ff. quod quisque iuris. Felim in cap. 1. post n. 9 de off. delegat. Didac. in clem. si furiosus Ioann. de Legn. cons. 20. n. 1. lib. 1. Specul. sit. de accusat. S. v. viii. 7. Genit. tract. & Maleficij tit. de pen. reor. col. 3. vers. si autem. Hippol. de Merf. in l. Dianus, ff. de Sicar.

- 5 E contra verū habemus l. 1. S. hac autem verba, ff. quod quisque iuris. ibi. Hac autem verba; quod si aueris qui in iurisdictioni præcepti cum effectu accipimus,

- non verbo tenuis, & ideo si cum velles statuere, prohibitus sit, nec effectum decreatum habuerit, cessat editum, &c. Vnde Gloss. hęc infert. Nota ex hoc dicto neminem cogitationis pœnam pati, tametsi in alijs puniatur voluntas, quicquid Glossa dicat. Concordat c. sollicitatores. de pœnitentia dīst. i. ibi. Sollicitatores alienarum nupiārum, itemque matrimoniorū interpellatores et si effectu sceleris potiri nō possunt, propter voluntatem pernicioſa libidinis extra ordinem puniuntur. Ex quibus infertur affectum puniri quidēm, sed non poena ordinaria, vbi difficultas est. Et hinc subtilissimè Gugliel. & Cyn. in l. i. ff. de extraord. crim. deducunt affectum in atrocissimis puniendū eadem lege, qua punitur effectus, nō autem eadem poena. Neque dissimilis est tex. in l. qui falsam, ff. ad l. cornel. de fals. ibi. Qui falsam monetam percusserrint, si in totum formare noluerunt, iuf-
fragio tuſt & pœnitentia absoluuntur. Vnde si crimen falsae monetæ atrocissimum est per l. i. C. de falsis; & tamē nisi deuentum fuerit ad effectum, reus absolvitur, & non punitur, vt explicat ibi Gloss. ex eo, quia opus non perfecerit, à fortiori dicendum est in atrocissimis non puniri affectum, nisi effectus consuminetur, vel saltēm mitius procedendum, per pœnæ scilicet diuersitatem, prout voluere Affl. in const. Regni, legum asperitate. n. 13, Bertrand. conf. 228. 26. lib. 7. Marsilius conf. 105. nu. 1. Iulius Clarus in pract. crim. quest. 92. in fin.
En prima in jure communi contrarietas, quæ hucusque doctorum mentes volitantes reddidit, vnde nonnulli, vt iuris subtilitatem pertinacibus relinquerent ad tex. in l. 2. C. de const. pecun. 8. duci sunt à l. cognitionis, ff. de pœnis, vbi cognitionis nulla poena est. Sed hos nec impugno, nec refero ut potè crassa deturpatos inscitia. Etenim nulli dubium est quin nos hic non loquamur de pura cognitione, & affectu, sed de illo, qui ad aliquem actum externum deuenit. Ceterum impertiens non minus, quamridicula redde-

- retur hęc quæſtio, si supponeret inter nos hominum actus omnibus patefieri, quod Deo tantummodo damus.
9 Alij denique & melius iuri cōmuni parentando dixere de generali consuetudine non puniri affectū, nisi sequuto iā effectu. Vnde iura illa superiūs citata non militare aiunt, stante hac cōsuetudine in praxi recepta. Ita Paul. de Leaz. in clem. i. Specul. tit. de accus. §. 1. n. 7. ex arguimento Auth. facta §. penult. ff. de pœnis. Mantuacent. i. n. 5. Affl. decis. 21. Riminald. conf. 281. Bart. Ioann. Fab. Salicer. in l. is qui tum telo. C. de Sicarys. Sicque in Italia praticari ait Gand. de Malef. tit. de rebus non port. Fontanell. inter conf. crimin. divers. conf. 97. n. 9. lib. 2. Andr. de Isern. in cap. 1. §. si vero de cap. qui cur. vend. Grammat. voto. 19. num. 4. & in conf. crimin. 25. num. 5. Marant. conf. 98. Villa pad. in Repet. l. 22. cap. 9. nu. 9. Bald. in l. data opera 23. col. C. qui accus. non pos. Corsett. in suo repert. Bart. in l. i. ff. de extraord. crim. Iason in. l. i. §. fin. ff. quod quisque iuris Felin. in tract. de conatu. col. 3. vers. & ideo Carrer. in prax. crimin. Ruin. in l. qui ea mente, ff. de fur. Angel. post Paul. de Caſtr. in l. i. ff. quod quisque iuris Igneus in l. i. §. si Dominus n. 6. ff. ad Syll. Marfil. in l. eiusdem, ff. de fiscar. Bald. in l. 3. C. de seruis fugit. Paulus de Caſtr. conf. 299. Catald. de ſind. quæſt. 198. Ro. in l. damni §. Sabini, ff. de damno infecto. Boërius decis. 316. vbi multa ad materiā. Alex. conf. 15. vol. 1. Marf. conf. 51. n. 4. Bald. conf. 361. lib. 1. Sic pluriē iudicatum testatur Iulius Clarus in pract. crim. quæſt. 92. & deniq; sic statutum asserit Affl. de voto sapientissimorum Doctorum ad Catholicam Maiestatem misso. decis. 276. Nec obſtare videtur decis. 36. relata à Gramm. Etenim erat ibi bannum speciale, vt ait. Et ipſemet in decis. 2. in hanc quoque iuit sententiam adeò, vt sic se obtinuisse dicat,
10 Ecquis ergo non fateretur vſu iam receptum atrociora crimina cùm ad effectum non deuenerint, extraordina-

ria plecti poena, nihilominus ex ijs, que
mox relatus sum, videbitis atrocissi-
ma quoque ordinariè puniri. Inter hęc
adsunt crimen Læsæ Maiestatis *Boërius*
*de sedisiosis 7, præsupp. n. 42, Affl. in con-
st. mala noxia . n. 6.* Oppugnatæ patrize
Boër. loc. cit. & Simoniaæ. Idem ubi supr.
Sic quoque puniuntur crassatores via-
rum. *Igneus in l. 1. S. occisorum n. 41. ff.
ad Syll. Assassini. Ang. conf. 14. Didecū
in repe. clem. si furiosus. vers. secundò pro-
ponitur. Gramm. voto 9.* Sicque decisū
testatur *Capyc. dec. 155.* Vnde arbitra-
rium esse judici afferit *Clarus in lib. 5. S.
assassinum. vers. scias etiam in fin. sequi-
tur Affl. in const. mala noxia n. 6.* Nec nō
sic puniri aiunt venena præparantes.
*Bart. in l. 1. C. ad leg. Pomp. de parvi: Sa-
licet. in l. 1. C. de malef. Mathef. in d. l. 1.*
Nec officit decisio relata à Gramm. ibi
enim fatuitas quoque, aliæque circum-
stantiæ concurrebant. Vnde probari
non poterit s. C. motum iam esse à so-
lo affectu. Parem quoque poenam ap-
petit Sodomia. *Affl. in const. legum af-
peritate n. 13. & post n. 15.* Hi ergo au-
thores voluerent huiusmodi in criminib-
us effectum puniri non sequuto esse
et tu, & tamè generalem hanc consue-
tudinem à supracitatis Doctoribus re-
latam eos non ignorasse arbitror. Vnde
in consuetudine etiam contrarietatem
reperio. Quare alia censeo proceden-
dum via ad veritatem eruendam, ne
hinc indè cæcurientes abeamus.

Quidam Doctor egregius authori-
tibus fortasse confisus, pro illis, qui
consuetudinem tuentur standum asse-
rere non abhorruit ea tantummodo ra-
tione, quia scilicet plures habemus pro
illa sententia Doctores, nec deteriores
alijs, quam pro contraria. Quare ad-
hærendo regulæ, que per insciorum
ora volat, melius esse videlicet cum
multis errare, quam cum paucis sapere,
errare non curauit, ne saperet.

11 Hæc ratio neque euidens, neque
probabilis reddi debet apud integeri-
mos iudices, qui veritatem præ ocu-
lis habent. præcipue cum in paucis ve-

ritas immoretur. Vnde non immerito
proclama illud paucis sapientiam tribu-
it, multis errorem. Sed error est erro-
rem longo percurrere calamo, ideo-
que ad veritatem indagandam proce-
damus,

12 *Clarus igitur in d. quest. 92. in fin. con-
silio dat, debere nimirum iudicem
in mitiore partem inclinare, sed in
atrocissimis tunc locum habere ait poe-
nam ordinariam, cùm expreſſe id in
iure cautum reperitur, prout est casus
in d. l. si quis non dicam rapere; in ijs ve-
ro casibus, in quibus expreſſe non im-
ponitur poena ordinaria, debere extra
ordinem, sed acriùs punire delinquen-
tem; cum regulariter non valeat iudex
conatum impunitum deserere, sed sē-
pèr aliquam poenam extra ordinem in-
fligere;*

13 Optimum sanè *Clari consilium*; ast
vbi consilium nullo medio probatur,
improbabile redditur, & consequen-
tè nemo illi adhærente compellitur.
Nam quomodo probat ipse iudicem
acriùs deberet delinquentem punire ex
affectu, vbi poena ordinaria non im-
ponitur? Vnde, inquam, consuetu-
dinem iam inueteratam improbat,
non puniendi videlicet effectum ordi-
nariè in casibus atrocissimis?

14 Quarè *Boerius in d. decis. 316. post na.*
1. duos actus distinguit, immediatum,
& mediatum; atque mediatum non
puniri poena ordinaria, vt pote qui pro
actu perfecto non habetur. Et idem
*Clarus ubi sup. afferit l. si quis non dicam
rapere, cum similibus procedere quando
deuentum est ad actum proximum
maleficio.* Vnde, quicquid inter cæ-
teros dixerint *Felin. in tract. de conat.*
Menoch. de arbitrar. lib. 2. cœt. 4. casu 360.
alijq. apud *Gutierrez quest. pract. lib. 3.*
q. 7. n. 45. vt vela tandem contraham,
utriusque dicta copulans

15 Dico in atrocissimis quibuscumque
criminibus effectum ordinaria plecten-
dum poena, quamvis ad effectum pro-
prium, & ultimatum deuentum non
suerit, quotiescumque scilicet effectus
pro,

proximus est , & immediatus effectui ultimato ; & quoties affectus non erit proximus, extra ordinem plectendum ; in simplicibus verò criminibus nunquā puniendum affectum , quamvis proximum , nisi effectu iam consummato, loquendo ordinariè , non extraordinariè .

16 Hæc assertio sic nudè sumpta , ni bene examinabitur, facile rejicietur; idèque quoad primum caput sic illam probbo . Certum est ex d. l. si quis non dicam rapere , cum concordantibus, puniri affectum , non sequuto effectu , & certum est in numeros Doctores pro consuetudine in contrarium adstare ; alios verò contra illam : ergo, vt aliquam deducamus regulā, dicendum est , eos , qui pro consuetudine contraria iuribus pugnant, voluisse loqui , cùm affectus non esset effectui proximus, illos verò , qui consuetudinem improbant, cùm effectui proximus esset affectus .

17 Ne autem à sola conciliatione ducamur, vñterius dico hanc assertionē probabili esse ratione sufficiam ; Etenim cùm iura iubent puniri affectum , quæro ego, loquuntur ne de quolibet effectu , nec nè ? Si primum, igitur quoties ego Titio dicerem me velle Virginem rapere , toties si dicta hæc ad Iudicis aures peruererint , poterit me ille poena ordinaria plectere . Quòd quidem ridiculum esse nemo est , qui non videat . Si secundum , ergo hic affectus , vel erit proximus , & immediatus , vel nullus ; scilicet curreret primū argumētum , sed esse nullum improbabile est , cum à iuribus attentata puniantur in atrocissimis , ergo proximus ; & consequenter quotiescūque affectus in atrocissimis erit proximus effectui , totiès ordinaria plectendus est poena . Quæ omnia quoque comprobantur per ipsa verba d. l. si quis non dicam rapere . ibi .

18 Sed attentare tantum . vbi per ly, attentare, denotatur proximus affectus .

Vnde cùm affectus non erit proximus , & per consequens non immedia-

tus effectui, quia impunitas scelerum incentiuum tribuit delinquendi , non nego posse iudicem punire affectiuè delinquentem poena extraordinaria, non ordinaria, vt aliqua adsit distinctio inter poenam impositā pro affectu proximo ; & pro remoto ; & sic conciliari possunt nec ab re sententię Doctorum pro utraque opinione pugnantiū , præcipue cum nos iudicis arbitrium nō vagum , sed iuribus demus regulatum .

19 Secundum verò nostræ assertionis caput, in simplicibus scilicet , & consequenter non atrocissimis criminibus puniri tantummodo effectum consummatū , ex ijs , quæ huc usque diximus , probatum redditur ; Etenim aliqualis distinctio adesse debet inter effectum criminis atrocissimi , & non atrocissimi . igitur si affectus remotus atrocissimi punitur poena extraordinaria , affectus remotus non atrocissimi nulla puniendus est poena , & consequenter affectus proximus non atrocissimi extraordinaria , sicuti atrocissimi ordinaria .

20 Sed ne putetis velim quæstionē iam absolutam in Regno , vbi viget Pragm. 1. de iictu scoppitti , in qua hæc habetur . Ad restringendam malefactorum , & scinorosorum audaciam , qui ruptis rotis timoris habenis non dubitant temerario ausu cum armis prohibitis vulgariter dictis , scoppittis , & archibuscis , & balistis , impetere quos offendere cupiunt , statuimus , & mandamus , quod quicunque ad nocendum alicui dictis instrumentis usus fuerit , etiam quod non sit sequutus effectus , nec iictus nocuerit , dum tamē ad nocendum emissus sit , in pœnam mortis naturalis incidat ipso facto , sive intra ciuitates , vel terras , seu extra dictum delictum perpatraverit ; volumus enim propter atrocitatē delicti effectum deductum ad actum proximum pro effectu consummato puniri . igitur videtur affectus remotus puniri poena ordinaria . Etenim cùm iictus non nocet , affectus proximus non est .

21 Sed fallax argumentum , dum sup-

ponit iustum, quamvis ille non noceat, affectum proximum non denominari. Quod si effectus proximus ille est, inter quæ, & effectum consummatum nihil mediat, quis dubitet quin iustus scopi, quamvis non noceat, effectus proximus denominetur, dum inter illum, & effectum nil mediat?

22 Quod vltierius patet ex verbis ipsius Pragm. ibi. Volumus enim propriè atrocitatem delicti effectum deductum ad actum proximum, pro effectu consummato puniri. igitur si effectus proximus est, & tanquam effectus censetur, merito poena ordinaria, atrocitate concurrente, punitur. & sic videtur isthac Pragm. nostram assertionem solidioram reddere.

SYM MARIVM.

- 1 **N**otatores huius questionis.
- 2 **F**urti definitio.
- 3 **R**es furtiva mobilis esse debet.
- 4 **S**ed mobilis naturaliter non moraliter.
- 5 **F**urtorum species quot sint.
- 6 **I**n crimen pecularius dupliciter incidit post.
- 7 **S**tatus questionis.
- 8 **F**urans ultra vinciam punitur pena mortis naturalis.
- 9 **M**odò aliqua alia qualitas concurredit.
- 10 **V**incentius de Franch. neutri opinionib. adharet.
- 11 **I**n penalibus nulla facienda extensio.
- 12 **V**erba Sebast. de Neap. super dubio incident.
- 13 **R**efertur decisio S.C. relata ab ipso Sebast.
- 14 **A**rgumentum, quo utitur Vincen. de Franch.

- 15 **D**ecisio relata ab eodem.
- 16 **D**efinitio rapina.
- 17 **M**aior pena imponitur pro furto maxif esto, quam pro rapina.
- 18 **P**ro qua proponitur ratio Iason.
- 19 **P**roponitur etiam ratio Neap.
- 20 **N**econom Angelii.
- 21 **E**t Glossæ.
- 22 **C**ap. Regni, ad hoc, non comprehendit rapinam ex relatis à Vinc. de Franchis secundum opinionem Sebast.
- 23 **C**uius argumentum impugnatur.
- 24 **D**ispositio cap. ad hoc locum habet in sacrilegio.
- 25 **R**aptor non debet melioris conditionis esse simplici fure.
- 26 **C**rimen expilata hereditatis an inclaudatur in d. cap.?
- 27 **S**olutur argumentum Sebast. super hoc dubio.
- 28 **P**osset committi fursum, nec furti actio competere.
- 29 **P**roponeatur argumentum à simili pro Sanfelicio circa questionem principalem.
- 30 **S**empèr consideranda est maior pena in peculatu, quam in furto.
- 31 **P**eculator dicitur furtum cum qualitate.
- 32 **E**xaminatur sententia Sanfelicij.
- 33 **I**mpugnatur.
- 34 **Q**uestio dilucidatur.
- 35 **P**eculator est furtum.
- 36 **P**ena nonupli in peculatu, quando locum habeat?
- 37 **E**t quando pena mortis naturalis?
- 38 **R**atio publici non minuit penam.
- 39 **C**onciliantur opiniones Vincentij de Franch. & Sanfelic.
- 40 **F**acile est in mortuos sanire, secùs illos tueri.

QVÆ-

QVÆSTIO XIV.

An cap. Regni exordiens *Ad hoc comprehendat crimen peculatus?* vbi verus datur intellectus cap. *Vulgaris fama proloquium*, cœteraque furtorum species ad articuli dilucidationem exponuntur, & tandem sententiæ *Vincentij de Franchis*, & *Sanfelicij* breuiter conciliātur.



Anc quæstionem, quicquid alij iacent, in medium ut nouam adduxere *Vinc. de Franch. in decis. 315.* & *Reg. Sæfelic. 166.* Quorum alter in alterum varia proponit argumenta. Vndè congruum censeo diuersa ab illis Methodo discurrere, vt quæstionis veritas elucescat eorum conciliando opinione, ne in mortuos sœuire videar.

Sed vt nostra opinio varijs ex præmissis clarior reddatur, supponenda est furti definitio ex *S. furtum inst. de obl. qua ex delict. nasc.* Ea enim talis est. *Furtum est contrectatio rei aliena fraudulosa inuito Domino Luciferi faciendi gratia, vel ipsius rei, vel eius usus rei, vel eius possessionis facta.*

Ad cuius definitionis explicacionem *Gloss. in d. S. furtum in vers. res*, dicit ré mobilem requiri, ad hoc, vt detur contrectatio. Quis enim rem immobilem de loco ad locum ferre posset? sed ré immobilem intelligendam puto cam, quæ naturaliter talis est, non quæ moraliter immobilis censetur, vti esset pecunia assignata, prout *Gloss. ipsa in verbo, vi in cetera*, videtur tacite pertingere. Quod si pertinax esses asserendo textum loqui de ea re, quæ naturaliter, & moraliter mobilis est, furem ne voces, qui rem illam subripit, sed inuasorem. *I. i. C. de his, qui ex publica collatio-*

ne. lib. 10. Præter quam quod attendenda essent verba *textus*. ibi. *Est contrectatio fraudulosa.* Vndè quotiescumque contrectatio locum habet; furtum dicitur, sed res mobilis, siue pecunia, quāvis assignata est contrectabilis. quia potest amoueri, ergo qui illam fraudulentè amouet, fur dicitur. Quare ex verbo, *contrectatio*, videtur *sexius* loqui de re, quæ mobilis est naturaliter, non de ea, quæ moraliter immobilis redditur, cum pecunia depositata, quārumvis immobilis videatur, tamèn contrectari possit. De hac re nulli dubium, sed illam explanasse non nocet.

Cum autem multæ sint furtorum species, quando quis res sacras furatur, tale furtū appellatur *sacrilegiū*. vt in cap. *Sacrilegium 17. quæst. 4.* Cum hominē liberū, dicitur *Plagium toto sit. ff. ad leg. Flauiam de Plagiarijs*, cùm grægem, nuncupatur *abigeatus*. *I. i. §. 1. ff. de abigeis*, cùm hæreditatem, dicitur crimen expilate hæreditatis, & tandem cùm quis publicū furatur peculiū, huiusmodi furtū appellatur *peculatus*, toto sit. *ff. ad l. Iul. peculatus*; cuius poena de iure cōmuni est deportatio: vel capitalis. *I. 3. ff. cod.*

Quin imò in hoc crimen *peculatus* non incident tantum qui verè publicā furantur pecuniam, sed qui illā in propriū usum retinent. *I. 4. ff. cod.* Vndè inuasores dicuntur qui eam aliquo accipiunt titulo diuerso à publico. *I. nullum il primo C: de his qui ex publ. coll. ibi.*

Nul-

Nullum iudicium id, quod à Republica ex collatione suscepit, mutui interuentione opposita, vel inuidat, vel conetur inuidare re stratis his fundamentis.

7 Quæstio est, an qui peculatus crimen committit, puta utendo pecunia pro proprio vnu iniustè scribendo, aliquo modo Principem fraudando, quod potissimum scribarū portiōnū, ceterorumque id genus peccatum est, vel illam subripiendo eadem poena puniatur de iure Regni, qua quicunque verius tur?

8 Pro qua quæstione, ne ab re loquamur, supponendū citra controvēsiā est vigore cap. Regni, ad hoc, furantem ultra vincia puniri poena mortis naturalis. ibi. Ille vero, qui ad bona vltra unciā valentia furtivas manus extenderit, quicunque eorum de pluribus furtis licet minimis convictus fuerit, suspendio condemnatur, & si nobilis capitali pœna plectetur; sed hāc pœnā nō in prax. receperat, nisi vel. in magno furto, vel cū alia concurredit qualitas, scilicet fractura domus, vel claves adulterinæ, referunt Gizzarelli. decisi. 13. Sanfelice. dec. 35. & 36. vel cū turtū esset nocturnū, per Pragm. 1. vbi Rouit. de furis nocturnis.

Vt ergo veritas appareat, præponā argumenta relata à Praef. de Franch. & his solutis, proponam alia, quæ in contrariū refert Reg. Sanfelice. quibus quoq; refutatis, veiā firmabo sententiam.

10 Praef. Vincent. de Franch. doctrinam, eruditissimaque de more Methodo, docta insuper arte, ne fortassis impugnetur, vtrāque refert opinionē, sed neutrī tri assentitur, nec adhæret. At pro peculatus crimine inquit quod, cum cap. Regni loquatur de simplici furto, non est in pœnalibus facienda aliqualis extensio etiā ex rationis majoritate. ad text. in l. cum quidam, ff. de liber. & posth. l. si. vero S. de viro, ff. soluto matr. idque ex autoritate Sebaste. de Neap. in d. cap. ad hoc, qui vt concludat illud nō comprehendere raptores, cū rationes ad hæc dicta comprobanda non repe-
12 riāt, sic prærumpit. Et sic est casus,

quod gravius puniatur fur, quam raptor, qui dicuntur improbus fur inſtit. vi. bonor. rapt. in princ. sed non videatur rationabile (notare) sed certè etiam raptor potest ut fur accusari, ut eidem legibus appetat. Deinde impatientia ductus, cum argumenta sibi deficiant, ait. Vel hoc est proper frequeniam furum. Quæ verba quæſtionem difficultatibus sanè inuolutā dēnōrant. Hanc rationē quoq; perpendit And. in tis de pac. tenenda. Et opinionem istam fortius suaderi refert ex eo; quia d. cap. ad hoc non militat, contra hæreditatis expilatores ex 13 doctrina Neap. in d. cap. vbi hēc ait. An sit idem hodie in criminis expilato hæreditatis, ut expilator puniatur pœna hu- ius capitali? Dic quod non, quia hoc caput de furto loquitur argum. ff. soluto matr. l. si vero S. de viro. Item quia expilator non est fur, ff. de effractoribus, & expilatoribus &c. l. i. S. effractores. & ita determinatum fuit in consilio, & intellexi quod transiuit per Cancellariam penes pro bonoſarum. Anno Domini 1345. Mens. Septembr.

14 Postremò Praef. afferit non vrgere, sacrilegij paritatem, quia sacrilegium verè furtum est cum qualitate. Vnde ex Capolla confit. 40. non censeretur di- minuta pœna peculatus, si pœna furti diminueretur, vepotè quia hæ pœnæ inter se diuersæ sunt. igitur augeri nec debet, cum contrariorum eadem sit disciplina,

15 Tandem concludit inquisitū ex eo, quia ille convictus non erat, fuisse ad Triremes Regias perpetuò damnatum. Hæc sunt, quæ pro peculatus crimine refert Doctissimus Praef. de Franch. non nullas alias adducens authoritates, quas hic tanquam impertinentes breuitatis studio non retuli.

Vt autem certa ab incertis segregemus non ignoro prætereundam potius fore, quam examinandam quæſtionem illam, an cap. Regni, ad hoc, extēdatur ad raptores, & hæreditatis expilatores? cum sit extra nostrum propoſitum, nec iuuet in alienam messem.

ma-

manus immittere; quoniā verò, nobis ea multū præbet lucis, aliquid innuamus oportet.

16 Qua pro re neminem latet Doctores omnes quotquot sunt voluisse rapinā esse contrectationem rei alienæ mobilis, inuitio Domino, vi, dolo malo, & proposito factā. Vndè aiunt actionem vi honorum raptorū ad quadruplum dari; post annuin autem ad simplum ita, vt quadruplū tota poena non sit, sed triplū, & simpli persequutio. Quare mirū quidēm est maiori poena puniri furem manifestū, quām raptorē, vt in §. i. inst. de vi bonor. rapt. ibi. Quadruplū autem non totum poena est, sicut in actione furti manifesti diximus; cū raptor improbus fur dicatur ex eodem rex. ibi. Qui res alienas rapit tenetur quidēm etiam furti. Quis enim magis alienam rem inuitio Domino contrectat, quām qui vi rapit? ideoque rectē dictum est cum improbum furem esse. In hac ergo ratione assignanda Doctores scissi sunt.

17 Nonnulli dixerunt hoc euenire, quia rapinæ poena semp̄er est vuniformis, siue raptor comprehendatur in flagranti criminē, siue non; secūs furti. Int̄ hos sic voluit Iason. in §. ex maleficijs. inst. de act. Alij præterea scripsere hoc esse propter furtorum frequentiam. Ita Neap. supr. relat. Multi quoque voluerent id oriri ex eo, quia mortis périculo se exponit raptor facilius, quām fur. Vnde quia maius p̄est periculum, minor debet esse poena. Ita Ang. in d. §. i. inst. de vi bon. rapt. Et tandem Glōff. ibid. voluit, quod ex eo, quia rapina crimen publicum inducit, à quolibet accusari potest, non autem furtū. Quare raptor, qui in hoc grauatur, in altero debet relevari.

Hæ rationes, vt iam vidistis, omnes claudicant. Quid ergo mirū si Neap. ad d. cap. ad hoc, in assignanda ratione se inuoluat? Quæcumque igitur sit ratio, certū est, maiore poenam esse à iure cōmuni impositam pro furto manifesto, quām pro rapina, quāvis maius delictū sit rapina; quām furtum.

Vndè, vt ad rem nostram descendamus, quæritur hīc, an, adueniente cap. Regni, sicuti in illo cōprehenditur furtum, itā pariter comprehendatur rapi-
na? & negatiū videtur responderē Sebas. de Neap. cuius fundamentum desumi posset à iure communi, per quod, vt diximus, quamvis improbior fur dicatur raptor, quām fur, minor tamēn poena in illū, quām in furē est cōstituta. Vndè, cum, quod mutatum non est; stare non prohibeatur, & legum correctiones sint euitandæ ex l. præcipimus C. de appellationibus, cumq; legis ratio eius anima sit. l. scire leges, ff. de legibus, & cap. Regni non corrigit iuris cōmuni rationem in imponendo minorem poenā in raptorē, quām in simplicē furem, ex lectura ipsius capit. vbi nulla appetet rationis correctio, ne consideratio quidēm diuersitatis poenarum, indubitati iuris esse debet à d. cap. nec legē corrigi, sed de simplici furto disponi.

23 Ast responderet Sanfelicius, quod cum sacrilegij verè dicatur furtū, quāuis cum qualitate sacrilegij, vt ipsemet de Franchis fatetur, & cap. ad hoc, eodem authore, sit in sacrilegio receptū, à pari arguendum sit in rapina, nam cum ea verè furtū nuncupetur, quāvis cum qualitate rapinæ, cōprehendi debet à d. cap. præcipue quia sicuti melioris conditionis nequit esse simplici fure sacrilegus, vt fusissimē scripsit idem Sanfelic. decis. 35. Ita etiam eadē ratione non debet melioris conditionis esse 26 raptor simplici fure. Præterea an cap. Regni comprehendat crimen expilatæ hæreditatis, affirmatiū quoque respōderet, dummodo illud post aditā hæreditatē, & captam per hæredē possesionē patraretur. Contra quam opinionē inter ceteros insurgit Sebas. qui d. cap. militare ait in furē, non autē in hæreditatis expilatorē, ex eo, quia expilator fur non est, ad quod probandum adducit rex. in l. i. §. effractores, ff. de effractoribus, & expil.

27 Quandoque bonus dormitat Home-
rus.

rus. Perpendite quæso verba tex. ibi. *Expilatores*, qui sunt atrociores fures. Quomodo igitur expilator fur nō erit? Sed credo *Sebast.* hac vice potius vti voluisse *l. si expilata, ff. de crim. expil. hered.* ibi. Si expilata hæreditatis crimen intendatur, *Præses prouincia cognitionem suam accommodare debet.* Cū enim fur si agi non potest, solum supereft auxilium *Praefidis.* Apparet autem expilata hæreditatis crimen eo casu intendi posse, quo casu furti agi non potest, scilicet antè aditam hereditatem, vel post aditam, sed antequam res ab herede possesse sint, nam in hunc casum furti actionem non compete re, palam est, &c. Sed neque textus hic officere videtur, cum nouum non sit etiam apud Tyrones furtum committi posse, & tamē furti actionem non cōpetere. Consulite *DD. in §. 7.* qui, in *ßit. de oblig. qua ex delict. nasc. vbi omnes conueniunt rem quandoque dici posse furtiam, nec dari actionem furti;* vt, si filius in patris potestate rem ipsi patri subtraheret, tunc enim res furtua diceretur, & quia inter patrem, & filium *ex l. 4. vbi DD. ff. de iudicij* nūlla potest esse lis, nec actio, quæ ex ef ficaci obligatione nasci deberet per scribentes in *l. 1..de cond. indeb.* idcirco patri nulla in filium actio furti competit. Quid ergo mirū, si in *d.l. si expilata* non detur actio furti, & res furtua dici queat per *d.l. 1. S. effractores?* Hæc dicta sint ad redargendum *Sebast.* Præterea textus ille non officit, dum hic loquimur de re per hæredem possessa; & secundūm hanc opinionem arbitror scripsisse *Gloß. in d.l. si expilata vers. pos sessa.* Quod si contenderes crimen hoc sic explicatum non esse expilata hæreditatis, iam *Sanfelic.* recurreret ad solutionem superiū allatām contrà *Sebast.* Et ex his concluderet contra *Vinc. de Franchis*, (vt tandem ad quæstionem principalem deueniamus) crimen peculatus comprehendi in *d. cap. ad hoc*, neque officere quod scripsit. *Cæpolla in conf. 40. vbi dixit, diminuta poena furti, non intelligi diminutam.*

poenam peculatus, quæ diuersa est à poena furti; vndē sicuri in casu prædicto non minueretur, ita nec augeri debet, cum contrarioū eadem sit disciplina; nām tunc regula hæc militat, cūm eadem vrget ratio, non autem cūm diuersa. Quæ diuersitas, licet ipse eam non ostendat, esse posset, vt arbitror, quia ideo, diminuta poena furti, non intelligeretur diminuta poena peculatus, quia cum pro furto imposta sit poena minor poena peculatus, diminuta minori, nūquam intelligetur diminuta maior, ast aucta minori, augeatur maior. Et ratio est; nam semp̄ considerari debet maior poena in peculatu, quām in furto. Profectò diminuta furti poena absque eo, quod illa peculatus minuatur, valebit quisque asserere; *peculatus pœna maior est*; sed, aucta poena furti, ni augeatur poena peculatus, non valebit illa propositio. Ratio autē cur considerari debeat maior poena in peculatu, quām in furto, duplex esse potest. Prima, quia sic de iure cōmuni disponitur. Altera, nam peculatus est furtum cum qualitate.

32 Sic ergo trutinata opinione *Vincençij de Franchis* pro *Sanfelic.* reliquū est vt videamus an *Sanfel.* sententia vera sit? Et quidēm pro eo vrget mera comprehensio, quæ à fortiori locum sibi vendicabit in casu nostro, dum acriūs de iure communi punitur crimen peculatus delicto furti, prout *de Franchis* ipse initio decisionis fundauit.

33 Sed contra *Sanfelicum* viget contradic̄tio; nām in *decis. 285. tom. 2.* dixit correctā esse peculatus poenā per *cap. Regni Vulgaris fama poloquium.* Imò ex eius dictis in *nu. 72.* eruitur ipsum voluisse ante *d. cap.* poenam peculatus suis se deportationem à iure communi im positam, nec memor fuit eorum, quæ in *decis. 166.* dixerat. Vndē sibi ipsi contrarius ex se ipso succumbere videtur.

34 Ut ergo post breue examen breuius procedamus, tenebrasque fugientes lumen ingrediamur, liceat in memoriam reuocare dispositionem *cap ad hoc.* Ibi

nam-

namque furtum tantummodo ultra
vinciam punitur poena mortis naturalis,
modo nocturnum sit, ex dispositione
d. Pragm. 1. de furtis nocturnis, vel alij
qualitates concurrent ex *Gizzarell. decis. 13. & Sanfelic. decis. 35. & 36.* si er-
go crimen expilatae hereditatis, & ra-
pinæ furtuā induit naturā, nulli dubiū,
quin in *d. cap. vulgaris fama appositis*,
de hoc nil ad nos. Id autem, quod hic
controvèrtitur, est, an crimen pecula-
tus excipiatur à *cap. 2*? Et si furtum est
contrectatio rei alienæ mobilis inuito
35 Domino lucri faciendi gratia facta,
qui dubitet, quin peculatus furtum sit,
dum, cùm quis publicā furatur pecu-
niā, dicitur illam inuito Domino cau-
sa lucrificiendi contrectare? Quod ul-
terius suadetur ex *d.l. nullum C. de his*,
qui ex publ. collat. lib. 10. vbi *Imperator*
Constansinus peculatum verè furtū nun-
cupauit, cùm dixit. *Nullus iudicium*
id, quod à Republica ex collatione suscep-
perit, mutui interuentione opposita, vel
(notate) inuidas. vel conetur innadere.
Qui, dum sub inuasionis nomine furtū
exprimit, impropriè loquitur, cum
propriè inuasio supèr immobilibus ca-
dat. Hanc nostrani sententiā inter ce-
teros amplexatus est de Ponse decis. 7.

Quoniam verò non minùs officiorū
administratores, quam quicquaque alij
possunt peculatus crimina patrare; vnde
ij capitali poena plectuntur; coeteri
verò deportatione, ex dispositione *Ca-*
saris in §. item lex Iulia peculatus. de pu-
blicis iudicij. ibi. Item lex Iulia pecula-
tus eos punit, qui publicam pecuniam, vel
rem sacram, vel religiosam furati fuerint.
Sed siquidem ipsi iudices tempore admini-
strationis publicas pecunias subtraxerint,
capitali animaduersione puniuntur, & non
solum hi, sed etià qui ministerium eis ad
hoc exhibuerint, vel qui subtraactas ab his
scieneri suscepérint. Alij verò, qui in
hanc legem inciderint, pena deporta-
tionis subigantur. idcirco cap. Regni ad
hoc, quod de furto nouitè disponit,
comprehendit peculatum. Et quia
aliud cap. Regis Roberti incip. vulgaris fa-

me proloquium de officialibus tantummo-
dò disponit, secùs de alijs, vt lector
quantumuis cæcutiens aduertet, ideo si
ab officiorum administratoribus huius-
modi crimen patrabitur, plectentur ij
poenis in d. cap. vulgaris fama appositis,
sin autem à quibusunque alijs, poenæ
cap. ad hoc locum sibi vendicabunt, cù
nullam introspiciam correctionē præ-
tèr allatain. Duo ergo casus sunt di-
stinguendi. Quorum

36 Primus sit, cùm officiales vtuntur
publica pecunia fiscum defraudando,
& tunc ab huiusmodi delinquentibus
iuxta formam cap. supra relati nonuplū
exigitur. Quæ poena hodie in Regno
nostro in viridi est obseruantia, & confirmata est per Pragm. 46. de off. Procur.
&c.

37 Alter casus erit, cùm qualiscunque
non officialis illam furatur, alterutra
ex dictis qualitatibus interueniente; &
tunc procul dubio quidem est illū mor-
38 tum naturalis poena puniendum, si fur-
tum vnciam excederet; nam non per
hoc, quod pecunia publica est, furtū
non committitur, nec ratio publici poe-
nam minuit.

39 Vndè ex duobus istis capitibus dilu-
cidata quæstione hac, facilis est quarū
cunque sententiarum conciliatio, vt
ij scilicet, qui poena mortis committen-
tem peculatus crimen puniendum vo-
lunt, loquuntur secundūm ultimum ca-
sum. Qui verò defendunt alia punien-
dum poena (quæ, vt diximus, nonupli
est) secundūm primum. Et sic si libet;
conciliari poterunt dicta Prag. de Fran-
40 ch. & Reg. Sanfelic. Nam in mortuos se-
uire facile est, secùs vero illos tueri.
Hæcque, ne ab alijs cotiès decatata, ite-
rūm decantemus, satiùs.

SVMMA RIVM.

1 Dispositio Pragm. 1. sub tit. de mi-
nor.

2 Faux minoribus.

3 Et post illam silent questiones.


4 Iudicis arbitrium consonum esse debet
K re-

- regulis iuris.*
- 5 *Dicta à Viuio non sunt contraria dictis à de Franch.*
- 6 *Cum omnes conditiones apposita in Pragmat. non concurrunt, cessat locus arbitrio, & recurendum ad ius communne.*
- 7 *Proponitur secundum dubium.*
- 8 *Referunt dispositio l. si hæredi, ff. de cōd. inst.*
- 9 *Nec non l. i. ff. de his, qui notantur infam.*
- 10 *Intellexus ad d. l. si hæredi.*
- 11 *Disparitas desumpta à Bart. inter d.l. si hæredi, & d. l. i.*
- 12 *Conditiones apposita in Pragm. intelligende sunt iuxta sensum d. l. si hæredi.*
- 13 *Minores in Regno quinam dicantur?*
- 14 *Concluditur iudicis arbitrium locum habere, cum omnes concurrunt conditiones.*
- 15 *Proponitur opinio Sanfelic.*
- 16 *Redarguitur primo ex contrarietate.*
- 17 *Secundo ex ratione naturali.*

- 18 *Tertio ex paritate d.l. si hæredi.*
- 19 *Reprobatur alterum eius dictum.*
- 20 *Et proponitur ad ornati doctrina Theologica.*
- 21 *Quae applicantur dispositioni d. Pragmaticæ.*
- 22 *Explicatur decisio relata à Sanfelicio super dubio.*
- 23 *Probatur nostra sententia.*
- 24 *Redarguitur opinio dantium arbitria.*
- 25 *Solutur argumentum adductum in nostram sententiam.*
- 26 *Multa delicta animi feritatem non inducunt.*
- 27 *Cetera conditiones in Pragm. apposita quid importent?*
- 28 *Omnia superius dicta perstringuntur.*
- 29 *Et confirmatur Sacri Consilij decisio-nibus.*
- 30 *Quaevis sententia optima redditur, si ra-tionibus, nec solis autoritatibus probetur.*
- 31 *Referuntur ad rem verba Viuij.*
- 32 *Improbatur modus nonnullorum Docto-rum in citandis authoribus.*

Q V Æ S T I O X V .

De arbitrio Iudicis in minoribus plectendis. ad dilucidationem. Pragmat. prima de minoribus.



Anta fuit nonnullorū sauitia, vt quandoq; ij ætati non pepercerint, sed in criminis atrocitate insistentes reos iudicarint, dignosque poena quos nunquam innocens culpa deturpatos reddidit. Vndē ad tot elidendos errores Excell. Dominus D. Ioannes Manrique tunc temporis Regni huius Neapolit. Prorex iustaductus pietate condidit anno 1558. Pragmaticam ultima in compilatione primam sub tit. de minoribus, cuius dispositio hæc est. Et si verum sit minoribus ex animo delinquentiibus iura non subuenire, nisi quatenus interdum miseratione etatis iudicantes ad mitiorem penā

perducerent; sicque propterea perspicuum non necessitati, sed iudicis arbitrio esse relictum an minores delinquentes mitiori, & non ordinaria pena plectendi sint. Non tamē defuerunt, qui minores delinquentes omnino mitteri, & non ordinaria pena puniendo esse assuerarunt. Quare, vt nulla in posterum dubietas oriri possit, Sancimus, si atuimus, & declaramus iudicantium esse arbitrio an ordinaria, vel mitiori pena minores delinquentes ferendi sint, considerata delicti atrocitate, persona qualitate: delictorum reiteratione, ac tateris alijs considerandis recte perpen-sis; Non itaque necessitati: sed iudicis arbitrio id omne relictum post hac omnes intelligant, &c. Ex quibus licet videatur lex hæc potius in minores, quam pro mino-

minoribus constructa; nihilominus ex appositis conditionibus nemo est, qui non videat in tenerimam etatem nullo capacem errore non saeuendum. Unde minores ferula potius cædendi, quam alia plectendi sunt poena.

3 Vt ergo iuri communi parentemus, cum post editam hanc Pragmat. certum sit ius commune locum non habere, & quascunque silere questiones ex Vrfill. ad Affl. decis. 287. n. 9. videndum est quodnam esse debeat iudicis arbitrium?

4 Et quidem; vt certa ab incertis segregemus, dubium non arbitror, quin iudicis arbitriū debeat esse iuribus consonum, vt optimè exponitur à Vinio celeberrima Vrbis Aquila corona in decis. S.C. 88. & quamvis Flavius Amend. in add. ad decis. 230. relat. a de Franch. asserat Consiliarij Viuij dictum esse contra dicta à Pref. de Franch. attamen, vt verum farear, huiusmodi contrarietatem huc usque non reperi; Nam non ex eo, quod de Franch. aiat arbitrio, non necessitati subiacere poenæ minorationem, arguitur dixisse tale arbitriū non regulandum secundum iuris trahentes. Hoc igitur supposito.

Dubium est, an ubi nulla ex conditionibus expositis per Regiam Pragmat. concurrit, locum habeat iudicis arbitrium? Et certè responderem quod, si ubi illæ conditions existunt, iudicis arbitrium locum habet, locum non habebit ubi illæ non aderunt, sed minor restituendus erit, vel poena saltēm ordinaria non puniendus, cum hoc in casu cesseret Regia Pragm. dispositio, & consequenter attendatur ius commune, per quod disponitur non esse illos tam acriter puniendos. Textus est in cap. 1. ubi Abb. de delictis puerorum. & alij, quos videre est apud Farinac. de pæn. temp. q. 92. sed de hac re tanquam à iure communi dependente non sum verba facetus: Videat qui vult Doctores.

7 Alterum ergo dubium, quod circa Pragm. dispositionem posset insurgere, esset, an omnes in illa enumeratae co-

ditiones debeant interuenire, vt iudicis arbitrium locum habeat, an autem ex illis alterutra?

8 Et quidem sat censeo referre verba textus, & Gloss. in l. si hæredi plures, ff. de condit. inst. si hæredi plures conditions coniunctim datae sunt, omnibus parendum est, quia unius loco habentur, si disiunctim, cuilibet. Gloss. deinde sic textum hunc explicat. Instui mihi hæredem Titum sub conditione si ascenderis Capitolium, & si dederit Saio decem; certè non erit mihi hæres Titius; nisi prius verique conditioni paruerit. Si autem insti sui cum sub conditione, si ascenderis capitolium, vel dederit Saio decem, satis est obtemperare ei conditioni, cui voluerit, et hæres erit.

9 Ad nostrum quoque propositum iuuat referre verba tex. in l. 1. ff. de his, qui notant: in fam. ibi. Praetoris verba dicunt. Infamia notatur qui ab exercitu ignominia causa ab Imperatore, eoue, cui de ea re statuendi potestas fuerit, dimissus erit. Qui artis ludicra, pronunciandue causa in scenam prodierit. Qui lenociniū fecerit, qui in iudicio publico calumnia, pruaricationisue causa quid fecisse iudicatus erit. Qui furti, vi honorum raptorū, insuriarum, de dolo mali. & fraude, suo nomine damnatus, pactusue erit, &c. Quibus iam expositis, quæro ego, notantur infamia ij, qui omnia coniunctim sumpta patrauerint, an autem qui ex illis alterutrum? Respondebis sanè, qui ex illis alterutrum. Ulterius cur in casu d.l. si hæredi debeant omnes conditions verificari, & in d.l. si casu sufficiat, vt vna delicti species verificetur? Ex Bart. dices in dd. II. eam esse rationem, quia scilicet in primo casu concurrent conditions respectiū ad aliud, in secundo autem non concurrent ut conditions respectiū, sed principaliter ad aliam speciem. His non ab re sic verificatis ad maiorem questio- nis facilitatem

12 Quærimus hic quomodo se habeant conditions appositæ in d. Pragm. vt principalestne. an ut respectiū? Et

*Sanfelicius decif. 57. n. 3. in fine afferit illas se habere ut respectivas ex eo, quia omnes concurrere debent qualitates in illa appositæ, delicti videlicet atrocitas, personæ qualitas, & delictorum reiteratio. Evidèm in hoc cum illo conuenio. Displicet tamèn quod subdit, concurrentibus scilicet omnibus illis qualitatibus minorem ordinaria puniendum pœna. Displicet inquit, cum ego afferam concurrentibus omnibus illis, k cum habere iudicis arbitrium. Probo hoc argumento ad hominem. Nam *Reg. Sanfelic.* ait omnes illas qualitates se habere respectiuè ad pœnam imponendam, sed pœna per *Regiam Pragm.* remittitur iudicis arbitrio, ergo concurrentibus illis omnibus qualitatibus, pœna erit arbitraria. Imò vltériùs dico quod, cum verum iam sit ex hoc argumento, concurrentibus omnibus qualitatibus, locum habere iudicis arbitrium, si ex illis alterutra desit, non solum non habeat locum iudicis arbitrium, sed necessariò recurrentum sit ad ius commune, adhærendo illi sententiæ, quæ vult minores mitiori plectendos pœna. Nam si *Regia Sanctio* vult omnes qualitates concurrere ad hoc, ut vigeat iudicis arbitrium, ergo si qua ex illis desit, certum est minorem non posse ordinaria pœna puniri; si non potest sic puniri, ad quid iudicis arbitrium? Præterea aliqualis adesse debet dispositionis diversitas, cum omnes concurrunt qualitates, & cum nonnullæ tantum; ergo si in primo casu præsit iudicis arbitriū, non præterit in secundo, & consequenter cum non præsit arbitrium, cumque minor non possit pœna ordinaria puniri, recurrentus ad mitiorem pœnam impositam à iure communi ducti à tex. in d. cap. 1. ubi *Abb. de delictis puerorum,* cæterisque, quos de illo iure supponimus.*

13 Minores ergo, qui ex *constitutione Regni minorum iura*, dicuntur, qui nondum 18. ann. compleuerunt, iudicis arbitrium iure implorabunt, cum videli-

- cet omnes illæ qualitates, quæ respecti-
14 uè se habent ad pœnam imponendam, concurrunt,
15 Sed, ut ad vltiora procedamus, *Reg. Ranfelic. d. decif. n. 4. in authorem laudando Sfort. Odd. in quest. 80. n. 101.* inquit atrocissimis in criminibus non considerandas cæteras qualitates, cum ex ipsa atrocitate animi feritas arguatur. Quod idem substat in homicidio per adulterum commisso, & deinde concludit per *M.C.V.* delegatā fuisse vltimi supplicij pœna punitum adulterum assassinum.
16 Sed errat quidèm, salua eius pace, *Sanfelic.* à regula atrocissimum excipiēdo crimen. Primò quia sibi ipsi contrarius videtur, dum dixerat conditiones omnes in *Regia Sanctione* appositæ copulatiuè, & respectiuè ad pœnam minoribus imponendam concurrere, sed sint̄ has conditiones numeratur atrocitas, ergo ipsa quoque copulatiuè cum alijs venire deberet. Conuincens censeo argumentum, si vera est summulistarum regula. Secundò cum cōditiones huiusmodi, sint appositæ ad animi feritatem dignoscendam, ex sola delicti atrocitate talis feritas dignosci
17 haud posset; Nam finge à minore fratre, patremue occidi ex errore, hoc crimen quam atrocissimum sit, Doctores penè innumeros consulite; & tamèn hic non ostendet animi feritatem,
18 igitur non sufficit sola atrocitas. Tertiò quia si ex d. l. si hæredis omnes conditiones copulatiuè debent concurrere ad pœnam imponendam, sola delicti atrocitas insufficiens redditur. Quod de adulto dixit, nec comprobo; cū *Regia Pragm.* loquatur de minoribus, qui, vt dixi, dicuntur, qui non dum 18. ann. cōpleuerent loquendo de iure Regni, cū non lateat de iure communi illos dici, qui non dum 25. ann. consumperunt. Quod puellarima exornari potest ad
20 uerisonem. Etenim dubitatur inter Theologos quænam ætas requiratur, ad hoc, ut quis mortaliter dicatur peccare, si fortassis precepta transgrediatur? Et om-

omnes respondent nullum statui tēpus, quod sanè à discretionis actu regulari posset; cùm scilicet quis dubitare incipit, tunc enim videtur adesse ætas requisita ad pestem animæ inferendam. Qua de re eleganter *Reue. Pater Busenbaum Illustrissime Societatis Iesu in sua Medulla moralis Theologie lib.6. cap.3. de figillo confessionis dub.2.* Sed iura nostra utpote quæ de internis haud disponunt; ætatem iam præscripere, qua quis delinquens ordinaria puniendus est pœna. Non ergo amplius diuinandum est, nec *Pragm. nostræ dispositio* in adultos extendenda.

21 Ex quibus obiter aduertere iuuat quām prudens fuerit *Excell. illius Proregis* politica, qui videns tot eximios doctores, quot Romana præfert Ecclesia, non valuisse diuinare tempora ad animum æterna dignum pœna reddendum ob culpam, qua fortassis coinquiari potuisset, ne ipse in iure erraret, minori non confilus ætati, alia copulatiuè venire, & considerari voluit, personæ nempè qualitatem, criminis atrocitatē, reiterationēque, quibus omnibus copulatiuè venientibus, iudicis nō coarctauit arbitriū, vt exactius videat, an qualitates illæ animi feritatem arguant? Ceterum ni omnes copulatiuè sunt, cessat arbitrium, & minor mitiori pœna plectetur.

22 Neq; officit decisio *M.C. à Sanfel.* relata, Etenim dū substineo, cōcurrentibus iam omnibus illis qualitatibus, locū esse arbitrio, quid mirū si *Magna Curia* adulturn pœna ordinaria plectendū voluit? Vndè nota vix contra me ullam posse reperiri decisionē. Nam siue minor ordinaria puniatur pœna; siue extra ordinē, modò omnes qualitates concurrant, non inficiar, sed diuersitas hæc decidendi meæ opinionis veritatē præferet, dum arbitrij dicam effetum.

Ne autē proprio ex Marte videar ratiocinari, perpendite in eadē *decisione*, relata à Sanfelicio alterā *M.C. decisionē* n. 2. Ait ibi *Regens* minorem annis 16.

qui muliebria per sex menses fuerat paſsus, quāuis crimen hoc atrocissimū sit, non fuisse pœna ordinaria punitū; & tamē ante dixerat adultū assassinum secundū ordinem plectendū voluisse *M.C.* tanquam delegatā. Optarem ergo, vt *Sanfelic. decis.* hasce inter se contrarias conciliaret; Afferit enim ille in atrocissimis delictis atrocitatem tantummodò sat esse ad minorem ordinaria dignum pœna reddendum, sed in hoc secundo casu non tantum aderat delicti atrocitas, sed iteratio, dum per sex menses fuerat patiens, Cur ergo *Magna Curia* est arbitrata illum extra ordinem punire? Profectò nullam pro *Sanfelic.* fugam reperio,

Vera sit ergo nostra sententia, qua *decisiones* hasce facilimè conciliamus, dum ex illis iudicis arguimus arbitriū. Hæc autē dicta sint ad impugnandum *Sanfelicium* volentē, quotiescūque delicti atrocitas concurrit, necessariò minorem ordinaria pœna puniendum quamvis nulla alia præsit qualitas in *Regia Sanctione* exposita. Cæterū ex *Pragm.* verbis eruitur tunc locum habere iudicis arbitrium, cùm omnes il-

23 læ qualitates concurrunt. Etenim post quā ea dixit considerandas fore omnes illas, quas suprà innuimus, qualitates, hæc subdit. Non itaque necessarii, sed iudicis arbitrio id (notate) omne relictū post hoc omnes intelligant. Quid ergo clariū?

Sed non ignoror contra ea, quæ huc vīque diximus, efficax se se offerre argumentū aduersariorū quidē Achillé. Aiunt illi non posse hunc sensum aptari d. *Pragm.* Etenim si omnes illæ qualitates verificari deberent ad hoc, vt iudicis arbitrium locū sibi vendicaret; his verificatis, iudex cæco modo duceretur, cum nullam assignare posset regulā, quando minor esset pœna ordinaria plectendus, quando verò extra ordinem? sicque miserrima delinquentis vita à simplici voluntatis actu penderet, & contra ius omne staret iam pro ratione voluntas; à quo omnes

nes aures abhorreant oportet.

24 Argumentum hoc ridiculum arbitrantur qui arbitria vltro fatentur; nā dicunt hunc esse ex ijs casum, in quibus arbitrium donari, vendiue potest. Vox impia quidēm, dictum nefas. Ergo ne venalis est hominis vita? Auri sacra fames nostris hisce tempestatibus tām altas expandit radices, vt potens sit mirandum hoc humani generis cōpositum Diuina constructū arte dissoluere? Proh Deum immortalem! crimina auro trutinamus, aurum arbitrio, vt auro illa purgari posse arbitremur, quæ arbitrio subsunt. Sileat ergo Stygia hæc vox ad Iudicū, iustitiaeque perniciem adinuenta, firmāque tradamus regulā, vt arbitrium iuribus consonum præferamus.

25 Iudicis ergo, cuius arbitrio huiusmodi subsunt poenæ, interest primò aduertere, quodnam fuerit iurium motiuum ad minores mitiori dignos poena reddendos; quod si benè perpendeuit, videritque, adesse in eo delicto per minorē patrato aliquid, quod motiuum illud includat, eum extra ordinem puniet; secus è contra. Quod vt clarius reddatur, aduertendum vltérius est dispositum iam esse per *I. auxilium* §. in *delictis, ff. de minoribus*, minores non restitui aduersūs delicta atrociora. ibi. *In delictis autem minor annis 25. non meretur in integrum restituibnē, vtiq; atrocioribus, nisi quatenus interdū miseratione etatis ad mediocrem penam iudicē perduxerit.* Dat rationem Imperator in *I. i. C. si aduersūs delict. &c.* ibi. Etenim malorum mores infirmitas animi non excusat. Si tamē delictum non ex animo sed extra venit noxia, non committitur, &c. igitur tota iurium intentio est impunitam non deserendi animi feritatē. Si ergo ad hanc dignoscendam varias requirit *Regia Sanctio* qualitates, aduertat integerrimus iudex, an, illis omnibus verificatis, animi feritas arguantur, quam si reperiet, minorem ordinaria plectet poena; si secus, extraordinaria. Nouum enim non est, vt di-

scurrēti patere potest, etiam illis qualitatibus attentis, quandoque animi feritatem non argui. Et sic dirutum videtur aduersariorum fundamentū, cum arbitrium non cæcum, nec auri nitore præoccupatum, sed iuribus consonum demus.

26 Non negauerim tamē multa delicta non solere animi feritatem indicare, inter quæ illud est, quod recentet *Papinianus in l. si adulterium* §. *fratres, ad leg. Iul. de adulterijs.* ibi. *Fratres denique Imperatores Claudia crimen incesti propter statem remiserunt.* Vndē in similibus poterit iudex leniorem adhibere poenam. Sed generaliter loquendo philosophica illa vtantur *lege respiciendum, ff. de pœnis*, cuius verba referre non displicet. *Respiciendum est iudicanti ne quid durius, aut remissius constituantur, quam causa depositur.* Nec enim aut severitatis, aut clementia gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quaque res expostulat, statuendum est planè in leuioribus causis prouoiores ad lenitatem iudices esse debent, in grauioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Et ò utinam omnes legem hanc perpendeūt, nam profectō non tam facile innumerata patrarentur facinora, nec iustitia venalem indueret naturam.

27 Quoniam autem in *Reg. Pragm.* hæc reperio, ac ceteris alijs considerandis reēte perpenſis, dico per ea verba indicari ceteras conditiones communes alijs delictis, puta, signa, indicia sufficiencia, &c. nam cæteroqui expressissit illas *Pragm.* sicuti alias expressit.

28 Ut autem omnia, quæ huc usque dimis, perstringamus, si iudex videat in delicto reperiri qualitates omnes expositas, arbitrio iuribus consono vtaur, perscrutando scilicet an qualitates illæ ita se habeant respectu delinquentis, vt animi feritatem indicent; sin autem illarum alterutra desit, arbitrio parentet, & minorem extra ordinē plecat. Quam opinionem, si subtiliter verba perpendere iuuat, sequitur **29 de Franch. decis. 230.n.3.** Hec omnia,

ne

ne sine lege loquamur, semp̄ atten-
dit S.C. prout videre est apud *de Fran-
ch. d. decis. in fine*, vbi supremus ille se-
natus, attenta facti enormitate, nec nō
modo, quo minor patrem necauerat,
perpenso, eum ordinaria plectere poe-
na non improbavit. Pro hac nostra
sententia faciunt quoque dicta per *Do-
minum de Marin. lib. 2. resol. quor. cap. 169.
n. 8. & 9.*

30 Hæc sunt, quæ pro vero intellectu
ad *d. Pragm.* consideranda sum arbitra-
tus, si rationes urgentes videris iuribus
corroboratas, amplectere, secus defere.
Ast ne improbes si illas authoribus nō
fulcitas inspexeris, cum rationes tantū-
modò sint mihi autoritates. Ad rem
referre iuuat aurea *Consiliarij Viuij* ver-
ba in *decis. 474. lib. 3. part. 2.* digna
quidèm ut frequenti decorrentur laude.

31 ibi. Erubescendum est sine lege loqui. *l. il-
lam C. de collat. l. qui filiam, §. Sabinis,
ff. ad Trebell. §. consideremus auth. de
Trier. & semiss. l. fin. C. de consul. lib. 12.
& hinc Cardinalis cons. 78. audacissimè
asseret nunquam se voluisse alicui fidem
præstare nec Ioanni, nec alteri, quamvis
magno commentatori, nisi quatenus eorū
rationes urgerent, & sic demique non va-
let responsio, qua lege non probatur, ut
per *Gloss. in d. S. consideremus in vers. eru-
32 bescimus*, hæc ille; & non ab re quidèm,
cum non desint nostris hisce tempesta-
tibus seniorcs Iurisperiti, qui se vt *iu-
ra Cæsarea* allegari gestiunt. Quini-
mò multoties accidit, vt si Typis opera
demandent, in quibus *Barzolum* in-
authorem laudent, eius nomen in-
duant.*

SUMMARY.

3 **D**ispositio Constitutionis Grego-
rij XIV.

- 2 Exponitur dabium.
- 3 Proponitur opinio Domini Reg. de Ma-
rinis.
- 4 In cuius confirmationem adducuntur va-
ria decisiones.
- 5 Eodem modo discurritur de occisoribus
Sacerdotum, & Virginum raptoribus.
- 6 Adducitur opinio Ioann. Guttierz.
- 7 Probant primò aliqui non esse correctum
cap. fin. de imm. Eccles. per Grego-
rianam Constitut.
- 8 Probant alia ratione.
- 9 Non discurritur de occisoribus Sacerdo-
tum, & raptoribus Virginum, sed que-
stio hæc supponitur.
- 10 Exponitur argumentum nonnullorū Do-
ctorum ad probandam extensionem ad
factum ex verbis cap. fin. & Consti-
tutionis inter se relationem dicen-
tibus.
- 11 Quod arguitur ex paritate.
- 12 Soluitur ab istis argumentum Domini
de Marinis.
- 13 Adducitur quoque aliud argumentum ex
petitione rationis.
- 14 Nec non aliud despiciunt ex correctione
iurium existenda.
- 15 Aduersarij, & sectatores opinionis Ioan-
Guttierz conantur soluere argumenta
relata à Domino Reg. de Marinis.
- 16 Aduersarij impugnant eius decisiones.
- 17 Nec non soluunt eius argumentum.
- 18 Proponuntur contra Gutierrez alia ar-
gumenta.
- 19 Sed ab aduersarijs impugnantur.
- 20 Taciti, & expressi eadem est virtus,
vbi eadem est ratio.
- 21 Interpretatio declaratur secundam in-
terpretati naturam.
- 22 Aduersarij probant eorum opinionem ex
dec. relata à Sanfelicio.
- 23 Sacrilegium non est verè heresis, nec ve-
rè crimen laesa Majestatis divine.
- 24 Proponitur opinio authoris.

Q V Æ S T I O XVI.

An committentes furtum in Ecclesia gaudeant illius immunitate vigore Constitutionis Gregorij XIV.?



Gregorius XIV. Pontifex Maximus pro Ecclesiarum immunitate edidit constitutionem, in qua inter cætera hæc habentur. Hac itaque nostra perpetuo valitura constitutione omnia, & quacumq; priuilegia, indulua, & gratias per predicationem Sixtum, & Pium V. quam alios quoscumque nostros prædeceßores, aut nos met ipsos, sedemque Apostolicam, eiusdem legatos super abducendis; vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasterijs, facellis, dominibus regularibus, & secularibus, locisue sacris, aut religiosis, alyisque in casibus à iure permisis hominibus certorum tūc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudulentis decotioribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex causis urgentissimis, ac necessarijs, & aequaliterib; casibus in iure expressis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate ratiōnis extensis perpetuò, vel ad certum nondum elapsum tempus, seu ad vitam aliquam Principis, aut beneplacitum, seu alias quomodolibet concessa etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innonata, ac usū recepta, literasque apostolicas sub plumbo, aut in forma breuis, seu alias quomodocunque desuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublata penitus omni differentia, ita ad unam tācūm formam reducimus, & moderamur, ut laicis ad Ecclesiis, locaque Sacra, & religiosa predicta confugientibus. si fuerint publici latrones, viarumque crassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex infidyls aggrediuntur, aut depopulatores agrorum,

quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, & earum cimenterijs committere non verentur, aut qui proditorie proximum suum occiderint, aut assassinii, vel barefis, aut laesa maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei immunitas Ecclesiastica non suffragetur, sed uniuersis, &c.

2 Hinc exorta lis est inter Doctores, an, attenta huiusmodi constitutione, videatur correctum ius canonicum in cap.fin. de immunit. Eccles. ex quo deducitur, non frui Ecclesiastica immunitate patrarent in Ecclesia graue facinus? Super qua quæstione Dominus Reg.de Marin. doctissima, eruditissimaque de more methodo in lib. 1. resol. quotid. cap. 170. à n. 9. inquit ijs in locis, in quibus Gregoriana Constitutio usū recepta est, delinquentes aliter, ad ibi est expressum, frui Ecclesiastica immunitate. Cum igitur huiusmodi constitutio coartetur ad homicidium, & mutilationem, non debet ad alios casus extendi. Allegat Farinac. de immunit. cap. 16. n. 208. & alios, laudando in authorem Regentem Constantium in supplicatione ad Paulum V. qui ait, quamvis d. cap. fin. ad omnia atrociora crimina extendi possit; hodie tamèn cessare extensionem, Bulla tenore attento.

4 Refert vltérius nu. 11. pro hac opinione bis fuisse decisum per M.C.Y. addendo decisionem S. Regij Collateralis Consilij relatam ab Horat. Viscont. in addit. ad Vinc. de Franch. in decis. 209. Tandem cohærenter asserit n. 15. sacrilegos, qui ecclesiam violat eius forens frangendo, & comburendo, gaudere tali immunitate, suam fundans sententiam rationibus Patris Diana resol. 21. idemque dicens de occidentibus Sacerdotibus, & virginum raptoribus contra Remig:

*mig. tract de immunit. fallent. 33. & 35.
Villadieg. in polit. cap. 3. n. 223, Bonad.
in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 49. Abb.
Alphons. & alios.*

6 *Gutierez vero prae*t*, quas lib. 3. q. 1.
a. n. 36. inquit d. cap. fin. nullo modo el-
se correc*tum* per *Gregorianam Constitu-
tionem* his rationibus; nam attenden-
dum est constitutionis proc*œ*num, ex
quo quæcunque lex, constitutio, aut
dispositio regulatur ad tex. in l. fin. ff. de
haredi*st*. cum concordantibus. Hoc
posito, in casu nostro, inquit ipse, ad-
est variatio indultorum, gratiarumque
a Summis Pontificibus concessarum; ta-
lis ergo constitutio corrigit tam*gratias* conces-sas ijs Principibus, vel cæte-
ris laicis officia exercentibus. Cæte-
rum vbi nulla est concessa gratia, ibi
nulla adesse debet correctio. *Summus*
igitur *Pontifex* gratias tantum illas vo-
luit reuocare, quibus laici poterat de-
linquentes ab Ecclesia extrahere, non
autem corriger*e* ius commune.*

7 *Quinimò asserit *Summum Pontificem*,
hanc edidisse constitutionem ad euita-
da scandala. Etenim quandoque laici
iurium, literarumque inscri*p*tioni*s* longè di-
scedebant ab indultorum, gratiarumq;
limitibus in graue iurisdictionis, immu-
nitatisque Ecclesiasticæ præiudicium.
Quibus omnibus obuians *Gregorius
XIV*. ad unam tantum formam in con-
stitutione expressam alias gratias iam
concessas rededit, ne in posterum per-
peram & ab re illæ ad derisum usque,
in Ecclesiasticæ immunitatis, iurisdi-
ctionisque detrimentum, contép*rum*q;
extenderentur.*

8 *Ex quibus patere inquit non esse
correc*tum* ius canonicum per d. const.
Nam sicuti *Summus Pontifex* indulta,
gratiasque expressè correxit, ita quo-
que expressè correxisset d. cap. fin. si ta-
lis sibi fuisset animus. Hæc sunt *Ioannis
Gutierez* fundamenta. qui d. cap. fin. ex-
tendit ad sacerdotum occisores, rap-
toresque Virginum ex rationum idé-
titate securidam Abb. in d. cap. n. 9. Quod
fortasse asseret ex eo, nam cum Virgi-*

*nes, & sacerdotes sint Deo dicati, cū-
que iniuria facta sibi dicatis, sibi ipsi il-
lata dicatur paritate serui, qui si contu-
melijs affiliatur, illæ Domino censem-
tur irrogat*ç*, cumque iniuria facta Deo,
facta quoque censeatur Ecclesiaz, hinc
fit comprehend*i* in d. cap. sacerdotum
occisores, raptioresque Virginu*m*. Quod
confirmari posset ex eo; quia qui iniu-
riam infert Ecclesiaz, illius immunitate
spoliatur, ergo etiam qui Deum iniuria
afficeret sacerdotes occidendo; etenim
propter quod vnumquodque tale. & illud
magis *anth. multo magis C. de sacros.
Eccles.* fed propt*er* Deum est Ecclesia,
igitur si immunitate non gaudet delin-
quens in Ecclesiam, multo minùs de-
linquens in Deum.*

*Præterea recolendum est dictum il-
lud. *Tu es Petrus, & sup*er* hanc petram
adificabo Ecclesiam meam.* Ex quo appa-
ret Ecclesiam sup*er* persona fundaram
esse; vnde non in loco, sed in persona
esse dicitur, quia locus non sanctificat
hominem, sed homo locum 40. distin.
Quod plenè comprobat *Zense. in ex*tr*.*
*excrabilis §. nos itaque.**

*Sed obiter responderi posset non co-
vincere argumenta allata in occisores
Sacerdotum, raptioresque Virginum;
Etenim non solum isti, sed & quicun-
que aliis Deo dicitur dicatus, & pre-
cipue clericus ut potè in Domini forte
adscriptus. Vnde inferretur clericorū
occisores Ecclesiastica immunitate spo-
liari, quod hucusque sine derisu nemo
ausus est dicere. Præterea cum quis
quoniamcunque mortaliter peccat,
immediatè Deo iniuriam infert, an nō
hic immunitate iuuabitur? Non igitur
verum videtur quod quocunque
Deo iniuria infertur, immunitas locum
non habeat, quia alioquin hominem
occidens ad Ecclesiam configere non
posset. Quare quamvis Ecclesia sup*er*
persona fundata sit, illam tamè voluit
Deus introductam ad proximi pietatē,
charitatemque, ut egregiè *I. de Kirsch
in cap. diffiniuit, col. vlt. vers. 32. annal. 17
q. 4.* Vnde & excommunicati cuius im-*

munitate iuvantur ex cōmuni Doctōrū sensu , cum potius Dei amor , quām vulctio sit attendenda . Hæc ergo dicta sunt ad opinionem hanc obitē refutandam . Cæterum Doctores penè inumeros consulit̄ , dum displicet in alienam mellem manus immittere ; est enim mea mens agendi tantummodo de furto , quod in Ecclesia patratur , non extendendo casus extra locū Deo nō dicatum . Obitē verò dicerem , taliter delinquentes Ecclesiastica frui immunitate ex eo , quia non videtur crimen immediatè in Ecclesiam commissum . Sed de hoc satis . De furto igitur querendum ,

Nostrulli legum petiti verissimam fatebantur Ioannis Gutiérrez opinionem varijs ex rationibus , quarum prima est desumpta ex ipsius Constitutionis verbis , quæ d. cap. fin. non corrigunt , cum eadem ferè verba in utraque lege habeantur . Si igitur ea ad alios casus exten- dirunt , debet & hæc extendi .

Secunda ex paritate : nam d. cap. fin. loquitur duobus in casibus ; & tamē ad cæteros trahitur ; igitur etiam nostrū in casu licet Gregoriana duos explicet casus , ad alios est trahenda ex cōpre- hensua ratione . Neque obstare poterit particula taxativa , sanam , ut inquit Dominus Reg. de Marinis : quia illa non cadit in casus ibi expressos , sed in formam , ad quam aliæ , non alij casus reducuntur . ibi . Ad unam tantum formam reducimus , & moderamur , nec constitutio dictat , ad hoc tantum casus .

Tertia ex petitione rationis ; nam , qua ratione ductus Gregorina mutilanti- bus , & occidentibus in Ecclesia immu- nitatem denegat ? homicidij ne , & mu- tilationis caula ? Non ita , cum huiusmodi crimina extra Ecclesiam commis- sa non spoliant immunitatem delinquen- tēm ! Fortan ratione pollutionis ? sed hoc dici nequit ; cum Ecclesia appellari queat polluta modo aliquo , quo immunitatem non denegaret , pura similitudē ex feminis effusione , &c. ergo non aliunde desumpta est ratio ,

quām ex contumelia in Ecclesiam la- ta ; ac proīndē quotiescumque grauis adest iniuria , cessare debet Ecclesiæ immunitas .

14 Quarta denique ex iurum correctio- ne omnino evitanda . ex sex. in l. practi- primus C. de appellationibus .

Sed iam vidisti nonnulla ex his ar- gumentis vel claudicare , vel nimis probare . Quare solutiones defero .

15 Conantur præterea soluere argumēta in contrarium relata à Domino Reg. de Marinis supponentes eorum opinio- nem fauere Ecclesiæ , & delinquenti- bus ; Ecclesiæ quidēm , dum ab eius immunitate in illā immediatè delinquē- tes reiciunt , sic pariter delinquenti- bus , dum supponunt occisores Sacer- dotium , Virginique raptore Ecclesiastica immunitate frui . Vadē cum in dubio tenenda sit opinio , per quam- vtrique parti consultitur l. i. ff. si quis can- tionibus l. ex his , ff. qua in fraud. cred. concludunt sententiā hanc probabilem reddi .

16 Dicunt ergo non obstare relata à Domino Reg. de Marinis & primò non pri- matam decisionem , cum fuerit cōmissū furtum , vt ipsemet refert , non in cimi- terijs , neque in Ecclesia , sed in dor- mitorio quodam . Non secundā , quia eandē sortitur solutionem . Non illam relatā per Gennens. in prax. Archiepisc. cap. 17. n. 8. vers. anno 7eq. ex responsio- ne Reg. Sanfelic. decis. 270. nam ex eo , quia ipse non interfuit , alia sortitis concurrere potuerint , quæ casum hūc non includerent . Præterquamquid ipsemet Dominus de Marinis super quadam decisione relata in hac materia à Viscō- te assérir se accepisse à Marco Antonio Rosino Indice M.C.V. decisionē istā ali- tèr se habuisse , ac Viscōte , scriptum re- liquit .

17 Vnde postremò nō obstare putant , Constitutionem loqui per particulā taxa- tivā , sanam , cum ipsi non defendant opinionē Ioann. Gutiérrez vigore Grego- riane Constit. sed cap. fin. de imm. eccles. quod aiū nō esse correctū per d. Constit.

18 Nihilominus tamē in contrariū videtur esse ratio; exceptio enim firmat regulā. *I. nam quod liquidē S. fin. ff. de penā leg. cap. Dominas 32. q. 7. l. tribus S. ultimo, ff. de milit. test.*: Si igitur mutilationes, & homicidia excipiuntur per d. Conf. ergo secus alia delicta, eo magis, quia in odiosis non datur extensio cap. odia de reg. iur. in 6. & sic non videtur eadē militare ratio, cum sint delicta separata à ceteris, & separatorum separata dicatur esse ratio. *l. fin. ff. de column.* Nec non valet argumentū è contrario sensu in iure nostro. Si ergo qui omne dicit nihil excludit *L. Indianus, ff. de leg. 3.* qui aliquid dicit, non omne dicit. Qua propter si citata constitutio duo tantū delicta excipit, cetera non videtur excipere; ergo furtum non comprehenditur, cum cæteroqui expressa dispositio faciat cessare tacitam. *l. cum filio S. quis filio ff. de vulg. & pupill.*

19 Verū nihil vrgere dicta hec repllicant sententiaz *Gutierez* sectatores, cum eorū opinionē non probent vigore *Gregorianae Constitutionis*, sed tantū ex dispositione d. cap. fin. & consequenter impugnant merā iuriū correctionē ab omnibus vitandā. Ceterū aiunt quod, si vellemus vti his dictis ad impugnādam cap. fin. extensionē, in promptu est responsio, cum casus furti non excipiatur à regula, nec vlla fiat extensio, sed arguatur ex identitate rationis mera comprehensio. Vndē cetera delicta dici non debent quoad poenā separata, tāto magis, quod vbi eadem prorsū apparet ratio, taciti, & expressi eadem solet esse virtus. *l. 3. ff. sc. cert. petat. Insu-*
pēr interpretatio declaratur secundū interpretati naturam. auth. de fil. ante in-
ffrum. doct. natis. Igitur quia verba itā debent appropriari, vt subiectæ materiæ conueniant. *l. proculus, ff. de usufrut.* & priuilegia non censentur cōcessa in tertij præiudicium *L. cum filio usfam. 28. ff. de testam. milie.* dicendū aiunt, priuilegium hoc immunitatis non concedēdū furanti in Ecclesia in ipsiusmet Ecclesiæ præiudicium. Quinimò ex verbis,

& ratione d. cap. fin. colligunt cōmittentes in Ecclesia graue delictum illius immunitate spoliari; nam s. ustrā Ecclesiæ opem implorat, qui in illa facinora patrat, & sic quotiescunque Ecclesiæ contemptus habetur, totiès immunitati locū non esse, qui si esset, p̄cemiū utique è sceleribus referretur, quorum impunitas delinquendi tribueret incendiū ad sex. in cap. est iniusta 23. qm. 4. præter quam quod, quemadmodum protestatio contraria factō protestantē non relevat. *cap. sollicitudinem extra de appellationibus*, sic immunitatis priuilegium prodesse ei haud debet, qui contra hoc agit. Quinimò subdunt ipsummet *Dominum de Martinis* asserrere, circumscripta *Gregorianæ*, cōmuniorem esse opinionē ampliantem dispositionē d. cap. fin. ad cōmittentes furtū in Ecclesia. Quæ dicta cōprobant ex ijs, quæ refert *Boer. in sua aurea dec. 110. nn. 10.* referens p̄cipuè *Cappelle Tol. decis. 422.* variolque cumulans authores, ut ibi.

22 Et tandem sic practicari putant ex ijs, quæ scripsit *Sanfelic. in dec. 243. nn. 2.* vbi ait fuisse quandam ab Ecclesia extractū ex eo, quod in Ecclesia sacrilegiū patrarat, habito iam sacrilegio pro criminē læsæ Maiestatis Diuine. Sup̄r hac ergo decisione sic discurrent; Sacrilegiū non dicitur crimen læsæ Ma-

23 iestatis diuinæ, sed illi proximū, sicut crimen læsæ Maiestatis humanae proximum esse sacrilegio fundat *Gloss. in cap. in primis S. si quis in hoc genus 2. qn. 1. vers. & ministris cap. si quis suadente S. qui autem q. 41. Bart. in tract. differentiaram inter ius Canonicum, & ciuile col. 7. vers. nota.* Quo posito, querunt hic, an benè *Sanfelic.* scripsit delinquentem illum extractum fuisse ex eo, quia sacrilegium commiserat? Et quidem quamuis videatur, quod sic, dum decisio fuit vigore *Constitutionis Gregorianæ*, per quam excluduntur ab immunitate Ecclesiastica committentes crimen læsæ Maiestatis diuinæ; negatiū tamē respondent. Cum Sacrilegium

- non sit crimen Iesæ Maiestatis diuine, & quamvis tale sit, inquiunt illud saltēm hæresim non esse, & sic non comprehendendi in *Gregorianæ Constitutione*, quæ de hæresi tantummodo disponit, ibi. vel *heresis*; aut *laesa Majestatis in personam ipsiusmet Principis*. quare concludunt *decis.* relatam per *Sanfelic.* non fuisse, vt ipse scripsit ex eo, quia sacrilegiū erat in *Bulla* exceptum; sed alio ex capite, videlicet ex comprehensiua ratione d. cap. fin. non correcți per *Gregorianam*.
24. Ego autem, ne à tantorum virorum authoritatibus discedā, neue ab alijs dissentiri videar, aſſcro quoscumque Ecclesiastica immunitate gaudere præter exceptos in *Bulla*, pro vt firmarunt *Ambroſin.* *Peregrin.* & nouissimè *Thomas del Bene tract. de immunitate*, quibus adhæret *Dominus Reg. de Marinis*, vt vidimus. Rationes in contrariū ad ductas ceteris soluendas desero.

SUMMARIUM.

1. Explicatur status questionis.
 2. Refertur prima sententia, qua probatur filiam non posse conqueri de dotis incongruitate.
 3. Potest pater uni filie plus, quam altero in dotem dare.
 4. Probatur dotem non esse loco legitima subrogatam.
 5. Pater potest ad abusum usq; uti suis bancis.
 6. Anchores, qui in banc sententiam inuere.
 7. Refertur secunda opinio.
 8. Respondetur ad argumenta prima huīus sententia.
 9. Impugnatur Reg. Merlin.
 10. An filia de dote conqueri possit, stante patris obitu.
 11. Potest filia petere supplementum, quam-

- uis illi renunciasset.
 12. Solvitur aliquid argumentum propositum per Merlin.
 13. Explicatur decisio relata à Grammatico.
 14. Hac sententia fulcitur varijs decisib; & autoritatibus.
 15. Impugnatur Alciatus.
 16. Probatur hac opinio ex verbis Constitutionis, in aliquibus.
 17. Enodatur questio tribus capitibus.
 18. Expeditur ultimum tāquam extra questionem.
 19. Soror dotata à fratre in dubio censetur datata de bonis suis.
 20. An dos liquidanda sit iuxta facultates, qua tempore mortis patris reperituntur?
 21. Referuntur verba l. cum queritur C. de inofficio testamento.
 22. Concluditur dotem non esse legitimam.
 23. Paragin quid importet?
 24. Dos quandoque major, quandoque minor est legitimam.
 25. Confirmatur varijs exemplis, & autoritatibus.
 26. Dos arbitrio indicis remittitur.
 27. Quod etiam locum habet, attentione iure communi.
 28. Non obstante decisiones, sed conciliantur.
 29. Neque obstat altera decisio relata ab Attil.
 30. Pro qua ponderantur, & referuntur verba textus in Auth. res quæ C. cōmuni delegat.
 31. Multiores à referentibus decisiones ultima relinquuntur.
 32. Differentia ad rem considerata inter dotem, & legitimam.
 33. Quandoque in dote attenditur tempus obitus patris. Sed hic casus est extra questionem, cum locum habeat querela infratrem.

QVA-

QVÆSTIO XVII.

An filia dotata à patre possit post patris obitum de dotis incongruitate conqueri , & supplementum petere ?
Ad intellectum const. in aliquibus.

Celeberrimam hāc quæstionem tot inuolutā nodis , quot in decurso videbitis , vix . Alexandri gladius solueret , Quid ergo calamū adhibere , vbi innumeri primæ nocte Doctores ut difficultates enodarent , gordianū fabricando nodū quid dixerint , ipsimet ignorarunt ? Quid ingenium defatigare , vbi primi ingeniōrū apices ratiocinantis rationis figmenta efformarunt ? Quid tandem incerta incertis addere , nouisque chimeris noua rationis entia fingere ? Iuriū ergo subtilitatibus parentemus , ne iura ipsa nostri delirijs fereretur præstent ; iuuabit tamē ea , quæ Doctores dixerē , breui calamo reſcribere , vt clariū pateat , saſtius esse alioribus quandoque quæſtionibus tenuēm dotem tribuere .

1 Et protectò certum est vigore Constitutionis , in aliquibus , ab aſcendentī ſuſceſſione , ſtantibus masculis , foeminas excludi , modò ſcilicet de paragio dotentur . Vndè exorta lis eſt inter Doctores , an ſtante hoc ſtatuto , ſi fortassis filia incongruam accepiffeſſet dotē , poſſit de huiuſmodi incongruitate cōqueri , & poſt patris obitum ſupplémentum petere ? Quæſtio ergo ſtat in patrem ; non in alios , contra quos certū eſt apud Doctores locum habere queſtelam .

2 Doctores ergo in duas ſciſſi ſunt cohortes ; nonnulli enim dixere filiam nō poſſe de dotis incongruitate conqueri his argumentis . Etenim cum pater teñeatur dotare filiam ea dote , qua viuere poſteſt per Bald. in l. neque mater nu. 3. C. de iure dotium . Tiraquell. de iure

primogen. quæſt. 62. n. 12. Fonsanell. de pact. nup. gloſſ. 8. par. 1. num. 73. apud quem alij , ſemp̄r præſumendū eſt , filiā eſſe congruē dotatā à patre , qui meliū filia pro ipſa consilium ſcit capere . l. nec in ea , ff. de adult. Vndè quod incópetens patri viſum non eſt , nec alijs incompetens videri debet . l. ſi furioso , ff. de cur. ſar. cum nullus amor paternū vincat . l. fin. tit. cod. Quod procedit etiam ſi pater actum faceret , qui prima fronte vitilis filię non videatur , ex notatis per Bars. in l. 2. colam . 5. ff. de vulg. & pupill. & in l. iuris iurandi ſi liberi. column. ultima , de oper. liberi. & euincitur ex eo , quia poſteſt pater vni filiæ plus , quām alteri in dotē dare per l. ſi unius , ff. ſi quid in fraud. patrōn. nec proindē alterutra conqueri poſterit , pro ut firmat Alex. vol. 3. conf. 29. col. 2. pro quo vide Bald. Nonell. in tract. de priuile. dotal. part. 6. Quin imdagnationis fauore , quæ per maſculos conſeruatur , poſteſt ſtatutum in totum tollere legitimam , nedum minuere , ex cauſa , ut in l. 1. ſ. penult. ff. de ventr. inſpic. ſic tenet Bald. in l. cum lege C. de Episc. & cler. Vndè quoq; cauſa viget , poſteſt pater minus legitima in dotem dare . Deindē gratis contraria opinio fundatur in eo , quod dos loco legitimæ ſubrogata eſt ; cum falſum ſit . Etenim non ideo , quia dos in legitimā computatur , pro ut Doctores voluere , argui debet , dotem legitimæ loco ſubrogatam ; cum multa in legitimam cōputentur . l. omnimodo ſ. impugnari C. de inofficiis ſeſtam. quæ legitimæ loco nō ſubrogantur , ut bene ait Socim. conf. 288. col. 8. verſ. adducit ſecundo loco lib. 2. qui ad varia huiuscemodi argumen- ta

ta responderet. Ulterius dos debetur in vita, legitima verò in morte, igitur dos legitimæ naturam non totaliter sapit, eoque magis, quod legitima certa, & determinata est sine personarum distinctione. *Auct. nouissima C. de inofficiis. testam.* dos autem certa non est, sed datur secundum personarum qualitatem. *I. cum potest S. gener. De iure dotium.* Insuper à legitima omne grauamen reiicitur. *I. quoniam in prioribus C. de inofficiis. test. secus à dote.* *Castrenf. cons. 323.* igitur cum legitima non sit filiis debita in patris vita, sed, vt diximus, post eius obitū. *I. cum queritur C. de inoff. test. & S. 1. auct. de trien. & semi. & dos de paragio debeatur, patre viuente, ex I. fin. C. de dotis promiss:* (vnde pater ad filiam dorandam iudicis officio compelli potest. *I. quis liberos, ff. de ritu nuptiarum*) cumque in bonis fratris sorori non competit regulariter legitima, nisi cùm turpis persona institueretur. *I. fratri C. de inofficiis. testam.* & tamè frater teneatur dotare sororem. *I. cum plures, ff. de administr. tutor.* expressè colligitur dotem de paragio posse esse minorē legitima, alioquin enim sequeretur, quod pater, viuente filia, teneretur legitimā tradere contra omnes iuris regulas, nec non contra Doctores, & præcipue Angel. in I. lex. cornelia, ff. de vulgar. & pupill. nam filia nullum ius habet supèr paternis bonis, patre viuente. *Bald. in I. quamvis C. de fideicom.* Qui discursus est Salicet. in *Auct. res qua 2. notab. C. communia deleg.* igitur, cum dos legitimæ naturā non sapiat, non benè arguitur, quod ex eo, quia potest filia legitimæ suplementū petere, possit & dotis, Quibus adde quod, cum pater dicatur rerum suarum moderator, & arbiter, potest sua bona ab libitum, & ad abusum usq; alienare. *I. sed & si S. consulvit. I. si quid possessio S. sicut, ff. de pet. bared.* & consequenter de tali alienatione filia con querit non poterit, ergo à fortiori, si nō alienauit, sed filio distribuenda dedit. In quas rationes, & sententiam iuere,

Alex. cons. 33. n. 4. lib. 4. Paul. Castrenf. cons. 275. qui limitat, cùm enormis est facta lèslie contra filiam lib. 1. *Decius sibi ipsi contrarius cons. 26. De Franch. ad Neapod.* ad consuet. si moriasur. litera F. *Cormens. cons. 107. Affl. in consit. fratribus. Staibani. cons. 11. n. 9.* referens Sacro Consilij decisionem. *De Ponse de potest. proreq. vbi multas similitè refert decisiones.* *Mascard. conclus. 621. & 171.* *Menoch. fusissimè de arbitrijs lib. 2. cens. 2. casu 149. num. 10. Salern. in addit. ad consuet.* *Neap. consuet. si moriasur S. eas autem littera F. afferens Sacri Consilij decisionem.* *Paris. cons. 26. n. 88. vol. 3. Perigr. cons. 951. vol. 5. Ruin. cons. 52. n. 13. lib. 2. T besaur. junior quest. forens. lib. 4. quest. 4. n. 11. Maranta desp. 10. num. 21. Gram. decis. 101. à n. 74. per totam, vbi multa de renunciatione.* *Caput. ad consuet.* *Si moriasur. par. 2. S. 3. nu. 20. lequitur Reg. Merlin. controuer. forens. cap. 3. n. 4. cent. 1. & alij, quos apud citatos autores videre est.*

Hæ sunt rationes, quæ pro hac sententia adstant, autoritatibus, vt iam vidistis, fulcitz, quæ quidem non validiores sunt ijs, quibus Doctores contrariam lectantes sententiam vtuntur. 7 Hi enim dicunt textus illos, qui propoununtur ad ostendendū patrem esse ipsa filia habiliorem ad consiliū pro filia capiendū, intelligendos esse, cùm pater paterno functus est officio, & sic cùm filiæ congruā dedit hortē, vt optimè declarat *Pascal. de vir. patr. potest. pars. 2. cap. 4. n. 186.* Etenim quia dos loco legitimè succedit *I. quoniam nouella C. de inoff. test. Bart. in I. Titio centum S. Titio de condit. & demonstrat.* minor quam legitima esse non poterit. *Auct. res qua C. communia deleg.* Iason in *Auct. nouissima cit. tit. de inoff. testam.* Vnde tunc valet argumentum, quod nullus amor paternum vincit, & quod pater à nemine redargui potest, quando de lèslione non apparet, vt benè *Alicat. de presump. presump. 2.* quæ enormis lèslie iudicis arbitrio remittitur ex *Menoch. cens. 2. lib. 2. casu 149. circa finem.* Ex quibus

bus satis superque apparer, quod si suis-
set à patre data dos minor legitima
posset filia post patris obitū ad supple-
mentum agere. Andr. de Isernia in
Regno nostro Evangelista super const. in
aliquibus, & Glossa const. ut de successio-
nibus, veri conjugat. Neque hoc alle-
rere est os in Cœlum ponere, vt ait
Merlin, loc. cit. cum Doctorum authori-
tatis illicet opinio fulcita sit, & præ-
cipue S.C. decisionibus, ut mox videbi-
mus, que ex omnibus Doctoribus in
Regno vim legis habent. Quin imo
gratis asserit idem Merlin, Doctores lo-
qui inspecto dotationis tempore ad
djudicandum de dotis congruitate re-
ferens Luc de Penn. in l. in his column. fin.
& de pred. lib. 2. i. & Cravess. conj. 5. 1. Pro
qua opinione citari quoque possent De-
cīs. conf. 26. vol. 1. Bald. conf. 40. Iason
sibi ipse contrarius in l. si quoniam S. 1. Qa-
de r. x. iudicat. quid ergo. Bald. in l.
in successione C. de his, qua in fraud. cred:
& in al. enim aperit S. C. de bonis qua lib.
Gratis, in quam, hoc asserit, nam quā-
uis filia congruē à patre dotata sit, &
postea autē sint facultates, potest post
eius obitum doris supplementum pete-
re. Ita in punto iudicatum refert Afi-
f. in const. fratribus n. 13. in fin. Sed ne
à principali distrahamur dubio, si pa-
ragium minus legitima esse nō potest,
vt firmat Neap. in const. si morietur,
clarē patet quod sempē filia possit pe-
tere legitimē supplementum, in cuius
locū succedit dos, quæ secundūm legi-
timam commensurari debet, vt ege-
giē Salices in l. sancimus in fin. C. de nu-
pi. & in ant. res que 2. notab. C. cōmu-
nia delegat. Alex. conj. 69. super primo du-
bio vol. 1. Cornens conf. 197. vol. 1. & conf.
167. vol. 2. Soccin. conf. 182. & Afl.
in const. in aliquibus. Imo tale supple-
mentum petere poterit, quamvis non
iuramento renunciasset; si non fuit co-
gruē dotata, vt optimē fundat Neapod.
in const. contra instrum. Gloss. fin. vers.
item quod si filiae, & sic explicat Benedict.
de Rovediēt. de Perusio cap. 6. Bald. conf.
12. 452. vol. 1. & conf. 223. vol. 3. Et quā-

uis Merlinus obijcere possit, quod tē-
pore obitus patris, si facultates minuā-
tur, dos non intelligatur diminuta, igi-
tur si augetur, non intelligetur adau-
cta, afferendo in argumentum S.C. de-
cisionem, teste Grammatico in decis. 57. vbi
Sacrum Consilium quosdam conuentos
absoluti pro dotis præstandæ congrui-
tate; nihilominus hæc parum proflunt;
lex enim, doti fauet quantum potest,
& adeò faciet, vt Iustinianus in S. quā-
obrem aub. de rast, velit dotem ultra
legitimam constitui posse, non proin-
de minui, Quid ergo mirum, si, diminu-
tis facultatibus, dos non minuatur, il-
lisque audit, augeatur? Sic bene res-
pondet Menoch. loc. cit. n. 27. Nec officie
deciso relatā à Gram. etenim rē ita se
habuit, quia propter testes altercantes
adductis intentio actoris dubia redde-
batur, vt ipsemet Grammat. in fine asse-
rit. Quod vt clariss. innoteſcat, vidē-
dus est idem Gramm. in dec. 101. n. 50.
vbi refert pro hac sententia fuisse in S.
C. decisum; idque varijs ex rationibus,
præcipue quia parentes, vt plurimum
maligñè se in filias gerunt l. 4. ff. de inoff.
testam. soluendo vlt̄rius rationes in
contrarium adductas, quas hic referre
non iuvat, & afferendo in medium pa-
teris avaritiam in non subministrandis
necessarijs, optimum quidē argumē-
tum ad dotis supplementum petendum.
Imo in decis. 102. in fine refert pro hac
sententia S. C. stetisse, quæ confirma-
tur ex Menoch. loc. cit. n. 8. dicente rex,
in l. 4. ff. de inoff. reg. ex quo patris ma-
ligñitas arguitur, locum habere, cum
filia à patre leuissimam accepit dotem;
sempē ergo poterit supplementum
petere. Nēue hæc sententia restime-
tur adductis tantūm decisionibus, au-
thoribusque fulcita, cum inter cæteras
reperiatur illa adducta ab Afl. in decis.
160, nec non alia relata à Capr. Lebre
decis. 99. in fine. Qua propter hac pri-
opinione itertere Isernia in const. in ali-
quibus column. 14. n. 12. & in const. ut de
successionibus. Socin. const. 27. Decretus sibi
ipſi contrarius conj. 276. Cornens cōf. 109.
lib.

*Iib. 3. Brus. de stat. exclud. fam. art. 9. ca-
fu 2. n. 2. quem omnino videas, dum fu-
sissime de hac materia agit. Minsynger.
obser. 6. cent. 5. Medic. conf. 25. vbi pul-
cherrima cum distinctione procedit.*

*Thesanus decif. 192. n. 12. aliquae apud
15 citatos Doctores. Nec potest excipi
ex Alciat. loc. cit. filiam posse petere sup-
plementum, cum dos suis relictæ à pa-
tre in testamento, secus si in patris vi-
ta fuisse tradita; nam præter quā quod
ex dictis sententia simpliciter illa absq;
distinctione tanquam vera sit habenda
nihilominus. Sacrum Consilium habe-
mus in hanc sententiam inclinans, etiā
viuente patre, ex casu relato à Capit.*

*16 Latr. in dictis. 99. in princip. Et ut omnino
veritas hæc eluceat, perpendenda
est constitutionis, in aliis verbis dispositio,
vbi habetur filiam in tumulum excludi
ab ascendentium successione, in quan-
tum de paragio doceatur. Quod verbū
Paragium, inter cetera, prout exponit
ur ab Affl. in d. conf. importat patrimo-
ni, quantitatem, qualitatemque perso-
narum. Potest ergo dari casus, quo
etiam ultra legitimam filia possit dotis
supplementum petere. Si ultra legitimam,
quanto fortius infra? Quod au-
tem possit filia, consideratis supra ex-
positis qualitatibus, supplementum pe-
tere ultra legitimam, declarat Albers.
Bruta. dict. tract. art. 9. in princip. S. &
casu. vers. illad avem, vbi ait hanc op-
tionem fuisse Canonizzata in Florentia
per totius Italie consilia. Pro qua con-
fule Socia. conf. 15 o. vol. 2. qui ultra 80.
Doctores enumerat,*

Hæc sunt argumēta, quæ adduci pos-
sent pro vtraque sententia. Ego nec il-
la comprobo, nec improbo. Autho-
ritates retuli eo ferè modo, quo vel
michi relatæ fuerō, vel Typis demanda-
tas legi. Quas libet sequere. Ceterū
meum hinc sensum aperiam, vt quæstio
hæc, quæ Cæsarea indigeret decisio-
ne, verè fileat, vel sicutem aliquid ve-
ni præferat.

*17 Vt autem enodetur, queritur primò
quando nam filia dici queat incongruè*

*dodata à Secundò, at dos liquidanda sit
secundum facultates, quæ tempore
obitus patris reperiuntur? Tertio an-
codem modo conqueri possit de dote
recepta à fratre, quo à patre?*

*18 Sed ad maiorem facilitatem, breui-
tè ab hoc ultimo capite incohandum
arbitror, a quo ex dictis in n. 1. paucis
me expediam concludendo fororem
diuersimodè conqueri posse de dote
recepta à fratre, quā filia potest de
dote recepta à patre, præcipue cum
19 foror dotata à fratre in dubio cen-
seatur dotata non de bonis fraternalis,
sed paternis; vel de suis, quæ frater
ipse administravit. vt doctissimè aiuac
Menoch. de arbitrar. casu 88. n. 45. Re-
nit. conf. 2. 3. n. 5. & Minad. in conf. in
aliis verbis. in aliis n. 69. sed ne
à quæstione diuertar, delero in fra-
tres querelam, dum quæstio hæc, vt in
n. 1. dixi, stat contra patrem, non con-
tra fratres.*

*20 Deuenio igitur ad dubium secundò
loco propositum, scilicet an dos liqui-
danda sit iuxta facultates, quæ tempo-
re patris obitus reperiuntur? Qua su-
pèr re se se offert textus in l. cum queri-
tur C. de inofficiis: testam. ibi. Cum queri-
tur an filii de inofficio patris testamen-
to possint dicere, si quartam bonorum par-
iem mortis tempore testator reliquit, in-
spicitur. Ex quibus verbis apparet in-
liquidatione legitimæ tempus obitus
patris attendendum. Vnde ad instar
Gordiani nodi quæstio hæc enodanda
innodatur, & aliud dubium est exami-
nandum, an dos sit legitima? ad hoc
videlicet, vt videre possimus, an in do-
te, sicut in legitima liquidanda, atten-
dendum sit mortis tempus?*

*22 A qua quæstione clarissimè, & bre-
uitè me expedio concludens dote
non esse legitimam, cum quandoque
maior, quandoque minor, quā legitim-
ma sit, oporteat. Etenim insisten-
do in constitutione in aliis verbis, & præ-
cipue in verbo, *paragium*, (cum quæ-
stionem hanc, iure Regni intento, ex
23 posuerim vt in n. 1.) dos de paragio
sex*

sex capita continere debet, quæ enumerat *Affl. in d. const. n. 53.* ita, ut in filia dotanda de paragio primo sint considerandæ dotantis facultates, secundò parentis dignitas, tertio qualitas mulieris, quartò mariti qualitas, quintò liberorum numerus. Sextò patria consuetudo.

24 Quæ si attendenda sunt, nulli dubium quin dos quandoque minor, quandoque vero maior sit legitima? Quod

25 confirmatur ex dictis ab *Vrsill. ad Affl. in decis. 160 post n. 1.* Vnde attendi personarum qualitatem, alijs non existentibus liberis, ita, ut possit totum patrimonium in dotem dari, dixit *Jacob. de Bel. in auth. de rest.* Et patrem, attenta virti idoneitate, potius teneri tali viro, quam alteri in vxorem dare firmarunt *Salicet. in l. si ut proponis C. de Nups. Abb. sicut. in 2. vol. conf. 12. Bald. Nouell. in tractatu dotium*, vbi ait regionis morem in tanta esse obseruantia, ut possit iudex dotem infra, vel ultra legitimam arbitrari. Minus quoque omittendum censeo quod ait *Affl. in const. in aliquibus n. 51.* videlicet cum dos datur filiæ, considerandum filiorum numerum; Etenim cum *Constitutio cōstructa* sit in masculorum beneficium, non debet in eorum odium retorqueri. Sed non comprobo quad subdit, nimirum non posse dotem legitima minorem constitui.

Vnde clarè patet, dotem, attentis *Constit. in aliquibus*, & verbo, paragi, non esse legitima, licet loco legitimæ subrogetur, cū quādoq; minor, quādoque maior sit, quam legitima, perpēsis omnibus qualitatibus, quas ab arbitrio iudicis regulandas neminem latet; nam supèr dotis congruitate multum præfert iudicis arbitrium ita, ut tota ab illo dependeat. *Raph. Cauens. conf. 46. in fin. Affl. in cap. 1. n. 21. vers. item relinquitur.* Ex quibus caus. fēnd. amittat. *Curt. iun. Auth. res que nū. 11. C. communia deleg. Tiraq. in l. se unquā n. 31. C. de revocand. donat. Rati conf. 52. n. 13. in fin. lib. 2. Socin. con. 288. vers. quare visum lib. 2. Decius conf. 26. nū. 4:*

*vers. non obstat. Socin. iur. conf. 128. num. 217. lib. 1. Cauens. conf. 226. & alij, quos ad nauseam usque referunt Grāmat. d. decis. 101. nū. 169. & Menoch. loc. cit. n. 38. qui à n. 41. per totum varia ad nostrum propositum tradit exempla. Videat qui vult; cum præterea illud certum sit, etiam de iure communi dotem, quæ magna, quæ vero parua dicatur, iudicis arbitrio remitti ex *Gloss. in auth. quod locum C. de collation.**

28 Quare ne iterum ad vnguem referam relatas ab utriusque sententiæ sectatoribus decisiones inter se contrarias, ceterasque authoritates, uno explicemus medio, & concordemus modo, necesse est; scilicet, cum dos iudicis arbitrio remittatur, quandoque *Sacrum Consilium*, attentis qualitatibus, pro patre decreuisse; quandoque vero in patrem.

29 Minus quoque obstatunt quæ refert de *Franch. decis. 61.* citans pro se *Affl. in decis. 160.* Nam *Affl.* inquit vxoris dotem non esse minorem legitima ex *Auth. res que C. communia delegatis.* Sed præter quam quod existimè casum non esse iuxta iuris Regni expositionem, ni-

30 hilominus credam *d. Auth. pro nobis adstare.* ibi, *Res, qua subiacent restitutiōni, prohibentur alienari quidem, vel obligari; sed si liberis portio legitima non sufficit ad dotis, siue ad donationis proprie nuptias obligationem, permittitur res predictas in eam causam alienare, vel obligare pro modo (notate) honestati personarum congruo.* Ex quibus verbis non appareat dotem non posse esse minorem legitima; imo *tex.* ipse loquitur de congrua dote, quæ qualis sit, pertinet ad dubium primo loco positum, de quo breuitè infra.

31 Et nil mirum de hoc; nam ab huiusmodi decisionum relatoribus multa quandoque deseruntur. Quid enim obstat, quod in hoc casu nonnullæ qualitates, imo omnes supra enumeratae concurrissent, quibus ductum *Sacrum Consilium* decreuisset dotem non potuisse.

se esse legitima minorē? Neque officit, teste *Affl. loc. cit.* sic multoties practicatum, cum sic quoque nonnullae concurrere potuerint qualitates, quæ iudicis animum ad eandem inclinassent sententiam.

Vnde, cum, vt iam vidimus, dos legitima non sit, hinc fit, quotiescunque filia à patre, perpensis sex illis enumeratis qualitatibus, dotata fuerit de 32 paragio, non attendendū tempus obitus patris, cum hæc sit differentia legitimæ, & dotis. Prima enim in morte datur, altera verò in vita ex iuribus superiùs relatis. Quare vt ad dubium, primo loco propositum deueniam; Filia sic dotata conqueri non poterit de dotis incongruitate, si fortassis post patris obitum auctæ reperiantur facultates paternæ. Etenim quamuis, vt dixi, dos legitima loco habeatur, non tamè legitima est. Quæ duo benè sunt distinguenda.

33 Non negauerim tamè posse esse quandoque locum querelæ, & sic attendi quoque tempus obitus patris, si filia, viuente patre, dotem non receperit, siccq; à fratribus illam de paragio peteret, quo casu, si multæ sint facultates, & vberimæ, quis neget dotem, ultra legitimam fore, vel saltèm sororem ampliorem dotem, quam fortassis, patre viuente recipere potuisset, consequuturam? Faciunt dicta per *Affl. in d. decis. 160.* Sed huic quæstioni utpote contra fratrem, viam præcludo.

Nec miremis, si in quæstione hac varias videris adductas authoritates, Hoc egi, vt nonnullis annuerem, qui quoties scripta innumeris depicta scriptoribus non conspiciunt, ab illis abhorret. Cæterum non ignoro, nullius momenti eam fore apud peritos, utpote quæ libros potius, quæ ingenium præferat. Audio quidèm Doctissimum Senecam, in epist. 45. sic alloquenter. Laborum isthic inopiam esse quereris. Non refert quæ multos, sed quæ bonos habeas. Letio certa prodest, varia delectat. Qui

quo desinauit peruenire vult, unam sequatur viam, non per multis vagetur, non ire istud, sed errare est. Velle inquis magis libros mihi, quæ consilium dares. Ego verò quoseunque habeo, mittere paratus sum, & totum horreum excutere: me quoque isto si possem, transferrem, & nisi maturè te finem officij sperarem impetraturum, hanc senilem expeditionem indixisse mihi: nec me Charybdis, & Scylla, & fabulosum istud fretum deterrere potuerint. Transnata esse ista, non solum traiecisem, dummodo re completti possem, & præsens estimare quantum animo creuisses. Ceterum quod libros meos tibi mitti desideras, non magis idèo me disertum puto, quæ formosus putarem, si imaginem meam peteres. Indulgentia scio istud esse, non iudicij: & se modo iudicij est, indulgentia tibi imponit. Sed qualescunque sunt, tu illos sic lege, tanquam verum queram adhuc, non sciā, & contumaciter queram; Non enim me cuiquam emancipauis, nullius nomen fero; multum magnorum virorum iudicio credo, aliquid & meo vindico; nam illi quoque non inuenta, sed querenda nobis reliquerunt, & inuenissent forsitan necessaria, nisi & superficia quæsissent. Multum illis temporis verborum cauillatio eripuit, & captiosa disputationes, que acumen irritum exercent. Nettimus nodos, & ambiguum significationem verbis illigamus, deinde dissoluimus. Tantum nobis vacat? Iam viuere, iam mori scimus? Totâ illo mente pergendum est, ubi prouideri debet, ne res nos, non verba decipient. Hanc ergo epistolam Gloriosi Christi Palladis milites perpendant.

SYM MARIVM.

1 Exponitur casus.

2 Bona dotalia alienari nequeant:

3 Aestimatio emptionem facit.

4 Exponitur opinio Afflict.

5 Proponitur tex. in leg. cum dotem C. de iure dotium.

6 Verba Constitutionis, Sancimus §. causa dotis.

- 7 *Trahuntur ad opinionem Affl.*
 8 *Refertur casus l. final. ff. de iure dotum.*
 9 *Explicatur Gloss. in l. ex pecunia C. eod.*
 10 *In multis conuenimus cum aduersarys.*
 11 *Refertur opinio Rummii, & Rennelli.*
 12 *Eorum argumentum.*
 13 *Respondetur ad explicationem d.l. cum dotem.*
 14 *Nova ratio apposita ad probandum in doce estimata non habere locum ius con-*
- grat.
- 15 *Solutio argumentum in contrarium.*
 16 *Causa dotis sufficiens est ad ius congrui impediendum.*
 17 *Explanantur verba Constitutionis, Sancimus.*
 18 *Exponitur argumentum Rennelli.*
 19 *Probatur nostra sententia decisione S.C.*
 20 *Probatur tertio ex l. in ambiguis, ff. de reg. iur.*

Q VÆSTIO XVIII.

An æstimatio emptionem faciat. Ad dilucidationem Constitutionis Sancimus §. causa dotis? vbi multa de iure congrui.

Vit mulieri datus in dotem fundus, quem æstimari fecit aureis sexaginta, ad hoc, ut in casu restitutionis dotis vir in pecunia dotem reddebet. Vnde quidam vicinus dotanti obtrulit sexaginta aureos, ut illum uiure congrui reciperet. Dubitat ergo an hoc in casu locum habeat ius congrui?

Ad questionis ornatum supponendum est, quamvis vir iure dominij, cōstante matrimonio, fructus percipiat, t. docum. *affl. 270.* vbi in simili casu deci- sum habetare æstimata dotem emptionem fecisse; præter quam quod hoc expressè reperitur cautum in L. quoties. in b. tam. dotem C. de iure dotum. vbi. *Bald.* Quam opinionē vt ab omnibus receperant comprobant *Dochissimi Domini Reg. de Marin resol. quod. lib. 1. cap. 91. nū. 32.* & *Consilarius Staibanus Iunior controv. forens. tom. 1. resol. 77.* Cum igitur in casu relato facta sit vera æstimatione, ea scilicet, quæ emptionem facit, videntur prima facie præferendi vicini. Quare locum haberet ius congrui. Vnde, ut ordinatè procedamus, proponendæ sunt rationes, quæ pro hac opinione adducuntur.

- 4 *Affl. in tract. de iure probomisces S. 3. 5. notab. ait ius congrui locum habere in dote estimata ea æstimatione, quæ*
- vir non teneatur illam restituere, sed pretium. Et sic dum emptio interuenit, videntur bona definire esse dotalia, adeoque alienari posse etiam inuita vxore. *Natta cons. 450. Roland. cons. 92. vol. 2.*
- 3 His ita suppositis, nulli dubium quin in nostro casu æstimatio talis sit, ut emptionē faciat; & in promptu sese offert *decisio Affl. 270.* vbi in simili casu deci- sum habetare æstimata dotem emptionem fecisse; præter quam quod hoc ex- pressè reperitur cautum in L. quoties. in b. tam. dotem C. de iure dotum. vbi. *Bald.* Quam opinionē vt ab omnibus receperant comprobant *Dochissimi Domini Reg. de Marin resol. quod. lib. 1. cap. 91. nū. 32.* & *Consilarius Staibanus Iunior controv. forens. tom. 1. resol. 77.* Cum igitur in casu relato facta sit vera æstimatione, ea scilicet, quæ emptionem facit, videntur prima facie præferendi vicini. Quare locum haberet ius congrui. Vnde, ut ordinatè procedamus, proponendæ sunt rationes, quæ pro hac opinione adducuntur.
- 4 *Affl. in tract. de iure probomisces S. 3. 5. notab. ait ius congrui locum habere in dote estimata ea æstimatione, quæ*
- emptio.

emptionem facit, (quæ qualis sit, supra iam diximus, & videre est in l. estimatis, ff. soluto matrimonio. l. fundi C. de princ. agen. lib. i i. Bald. in l. i. C. de iure dotium qui in l. quæ se C. unde liberi ait quod, concedente Principe alicui censum per verbum, indulgemus, si sic facta mentio pretij, intelligatur esse potius contractus venditionis, quam grata) idque ex eo, quia cum talis contractus dicatur venditionis, argumento textus in l. singularia, ff. si certum pertatur, talis res non amplius dotalis dicatur, sed alienari poterit, si res sic se habet, igitur ius congrui locū sibi vendicat ex Bald. in l. in rebus C. de iure dotium.

5 Quod maximè viget in casu nostro, vbi vir tenetur in pecunia dotem restituere, vnde in dubium reuocari non debet an huiusmodi estimatio éptionē faciat, cum affirmatiū sit respondendum ex d. l. cum dotem. ibi. Cum dotem se estimatē accepisse profitearis, appetere iure communi per pactum, quod dote inseratum est, formato contractu, ex emplo actionem esse. Quis enim dubitet estimatiōnem à te mulieri deberi, cum periculo tuo res deserviores fiant, vel augmenta lucro suo recipiantur. Si igitur ex his verbis appetet dotem estimatam emptionem facere, quanto fortius non est in casu nostro dubitandum, cum vir tenetur pro dote pecuniam restituere?

6 Tandem euincitur ex verbis ipsiusmet Constitutionis, Sancimus §. 3. ibi. Causa verò dotis, vel donati quis propter nuptias, vel simplicis donationis, vel donationis causa mortis, vel ex testamento, vel ex permutazione, vel ex transactione, & parentes, & extranei omnes possunt alienare. Ex quibus colligitur, quod,

7 si causa dotis omnes alienare possunt, res non remaneat dotalis; & consequenter non fruatur dotis priuilegijs; nam verum est in qualibet concessione causam finalem attendi l. fideicomissa §. plerunque, ff. de legibus, causa finalis, cur res data dotatae sit inalienabilis, ea utique esse debet, quia dota-

lis est, sed in calu nostro res non remanet dotalis, ergo dotis beneficio non fruitur; Quæ enim in causa non conueniunt, nec in effectu conuenire debent l. de quibus cit. sis. de legibus; sed in causa finali nostri casus non conuenit dotis beneficium, eiusque priuilegium, quia res dotalis non est, igitur neque conuenire debet in effectu, nec talis res eius beneficio frui.

Ex quibus argumentis quis non assereret contrariam opinionem veritate destitutam? Nihilo tamè minus illam veriorem puto, cum potissimum optimis fulcitam rationibus mox videritis. Et vt ab ouo incipiamus, soluenda sunt in contrarium adducta, vt clarius redditur nostra assertio, quæ vult secundum tutiorem proximam rem datā vt æstimaram in dote esse à iure congrui immunitam, ac proindè frui dotis priuilegio.

8 Pro qua à nobis quoque supponenda censeo ea ferè omnia, quæ aduersarij supposuere; rem scilicet dotalē inalienabilem esse ex §. i. inst. Quibus alienar. lic. vel non. quamuis in aliquo casu sit alienabilis, vt in casu l. fin. ff. de iure dotium, & alijs, quos referre tædet nec ad nostrum propositum deseruiunt, sed casum hunc apposui, vt innotescat in expressam mulieris utilitatem rem dotalē alienari posse, & consequenter ne lateat contrariae sententiae sectatores, non ex eo, quod fundus esset alienabilis, non esse dotalē; Fundus enim pro dote daretur, & sic dotalis esset appellandus. Quia verò dote non debet in mulieris perniciem verti, & propter mulieris utilitatem talis fundus alienabilis redditur, hinc sit, vt simpliciter alienabilis sit, & propterea dari quacut vt estimatus viro; non tamè inde desinet esse dotalis, sed vt dotalis alienabitur in expressam mulieris utilitatem. Qui discursus fundatus est in Glos. ad l. expecuzia C. de iure dotium dicente dotalē rem esse eam, quæ ex pecunia dotali empta est, modò empta fuerit in mulieris utilitatem, ergo à for-

etiori, si agatur de mulieris utilitate, fundus dotalis non desinet esse dotalis, quamvis in eius beneficium alienabilis reddatur; Etenim ille pro dote datur, & pro dote alienatur. Sed hæc dicta sunt obiter; vt innotescat posse, & bene bac quoque ratione nostram opinionem defendi, licet singulari, & à nemine huc usque apposita, attamen, vt cum vulgo pertinacibus iurum subtilitatem relinquamus. ad tex. in l. 2. C. de const. pecun. vtrò damus fundū æstimatum desinere esse dotalem, & hoc cum aduersarijs spontè fatemur. Damus quoque in nostro casu fundum æstimatum esse ea æstimatione, quæ exemptionem facit, & consequenter desinere esse dotalem. Dicimus autem nullum habere locum ius congrui cum Francisco Rennomo ad Aff. d. iure prohibitis. & Rennell. in S. causa dotis præcipue n. 10, & alijs, qui bene respondent ad argumenta aduersariorum præsertim Aff. vno medio à me brevi calamo hic apposito. videlicet quod, licet dos detur ut æstimata, vel ad scendum valorem, vel ad alium quemcumque finem, ut videre est apud Gratian. in discept. furens. cap. 745. n. 94. & seq. attamen non per hoc dicetur ius congrui locum habere, cum semper persevereret causa dotis, propter quam illa bona venduntur. Vnde non valet argumentum, Hæc res non est dotalis, ergo desinit causa dotis. Quæ duo utpote inter se diuersa bene attendi debent, nec confundi.

3. Quare non obstare aiunt tex. in l. cum doteno; nam licet videatur facta venditio, non dicetur ea simplex, sed veditio causa dotis. Allegant Glossam & Bald. in d. l. cum dotem, & l. quoties C. cod. vbi. Quoties res æstimata in dotem datur, maritus dominium consecutus, summa velut presij debitor efficitur; si itaque non conuenit, ut soluto matrimonio, restituuerentur, & iure æstimata sunt, resinebit eas, si pecuniam sibi offeras. Dum ergo textus ait res æstimatas in dotem dari, quamvis illæ æstimatae sint, per-

seuerabit adhuc causa dotis.

14 Deinde, vt aliquid nos quoque in sexu aduertamus, perpendite quæsto ultima eius verba. Resinebit eas, si pecuniam sibi offeras. igitur si non offerat pecuniam, eas reddet; valet nanque argumentum in iure nostro à contrario sensu, cum contrariorum eadem sit disciplina l. si ut proponis C. de nuptijs. Cū ergo in viri electione sit vel restituere fundum, vel æstimationem soluere, ut optimè explicat Gloss. in d. l. quoties vers. offeras. non habet locum ius congrui, cum hoc sit fauore dotis dispositum, & in posse viri sit velit, nec ne fundum restituere. Fingamus igitur quod velit restituere fundum valentem tanti, quæti tunc æstimatus est, quem iure congrui possidet tertius, non ne ridiculum esset illum à tertio repetere? ita sanè. Ad quem similem casum euitandum in materia assistentia prouisum est per Pragm. 1. de assistentia locū habere paratam exequutionem ad finem ad iudicandi, non autem vendendi, vt aiunt De Franc. decis. 120. & Flavius Amend. ad tandem.

Sed responderi posset nos hic loqui extra casum; nam quæstio est de viro, qui per expressum pactum tenerur restituere aureos sexaginta dotanti in casu restitutionis dotis; vnde militare nō potest d. l. quoties. Idcirco hoc dictum sit ad defendantum, quod non ex eo, quia fundus æstimatus est, ius congrui locum habebit, præter quam quod posset in casu nostro sic etiam argui, cū hunc ob finem dos æstimata fuerit, ut periculum viri sit. Quapropter dum vir soluendo non esset, fundus repeti posset, sicut factus esset casus d. l. quoties, cum nequiret offerre pecuniam, aliaque bona, quæ non haberet.

15 16 Ex quibus satis supèrque vidistis talē fundum æstimatum ea æstimatione, quæ exemptionem facit, non esse dotalem (quod mera animi liberalitate damus,) & consequenter alienabilem fieri, attamen semper in illo includi causam dotis, quæ sufficiens est ad ius con-

- congrui impediendum, ut probabimus ex verbis d. Confis. Sancimus, quæ prima facie aduersari videntur. ibi Causa verò dotis omnes parentes, & extranei possunt alienare. Si igitur possunt alienare, locum habet ius congrui.
- 17 Nihilominus in promptu est expositio ex ijsdem verbis dictæ Constitutionis; per illa enim verba, causa, &c. loquitur Constitution de alienatione, quæ ius congrui excludit; nam in §.3. secundum ordinem Affl. hæc habentur. *Licit autem supradixerimus quod omnes voluntur ad ius prothomiseos. Deinde pauculo post. Causa verò dotis, &c.* Ex quo modo disponendi satis constat. tale in Constitutionem loqui de alienatione ius congrui excludente.
- 18 Euincitur ergo quod, ubiunque causa dotis est, ibi ius congrui locum non habeat, sed in casu nostro, ut iam vidistis, talis alienatio causa dotis est, ergo ius congrui non militat. Quod argumentum videtur esse Rennelli locutus. Et sic firma remanere potest nostra sententia in praxi turissima, quæ secundum probatur ex decisione relata per Rennum ad Affl. loc. cit: Vnde si verum est in Regno S.C. decisiones vim legis habere, ut per Affl. decis. 169. De Franc. decis. 171. aliosque, quis nostræ sententiaz non adhærebit?
- 19 Tertiò probatur ex l. in ambiguis, ff. de reg. iuris. ibi. in ambiguis pro dotibus respondere melius est. Quare si nostra argumenta decisione S. C. corroborata dubia adhuc redderentur, dubietas ipsa certitudinem pareret.

SUMMARIUM.

- 1 **V**ix potest propria autoritate hereditatem ingredi pro docim reparatione.
- 2 **T**eſtamentum conditum tempore pestis, ubi sunt rogati quinque testes, valeat. sed vide n. 18.
- 3 **V**ix non tenetur accipere legata ab hereditibus.
- 4 **Q**uisque videtur posse variare.

- 5 **P**æna bimbenium correcta fit.
- 6 **A**d obtinendam possessionem vigorib. l. fin. C de ed. diuī Adr. toll. quæ requiratur?
- 7 **F**ideicommissarius quamvis possidens nō potest esse contradictor heredis.
- 8 **I**ntellectus ad l. 2. §. 1. ff. de iure codicillorum.
- 9 **F**ideicommissarius propria autoritate capiens fideicommissum cadit è iure suo.
- 10 **L**imitatur in retinente bona loco pignoris.
- 11 **A**gens via testamenti censetur renunciare atq. iuribus.
- 12 **Q**uando uxor possit propria autoritate ingredi hereditatem?
- 13 **P**ossessio vitiosa arguitur primò ex non confitctione inventory.
- 14 **S**ecundò, cum accipiens bona immediatè non est relictus immediate exequitor.
- 15 **T**ertiò cum ubi herede gravato detrahatur est quarta.
- 16 **E**t intelligitur vitiosa quoad totam?
- 17 **A**gens via testamenti non possit variae. Quod confirmatur varij decisio nibus.
- 18 **T**eſtamentum ubi sunt quinque testes rogati in validum redditur, quamvis factum tempore pestis. Additur decisio S.C.
- 19 **E**xplicatur decisio Affliti super variatione.
- 20 **P**rotestatio contraria facto non relevans protestantem.
- 21 **V**ix transiunt ad secunda uora dengari debet hereditas.
- 22 **I**n quibusnam ius casarent corrigatur à Pontificio?
- 23 **E**t quomodo uxor ea perdat, qua bonis sunt?
- 24 **R**atio formalis pænarum introductarum in secundo nubentes.
- 25 **E**xplicatur ad rem nostram decisio relata ab Affl.
- 26 **N**on obstante relata de Nigris.
- 27 **N**ec ea, quæ refert Dominus de Mariensis.
- 28 **P**otius mens tacita, quæ verba sunt attendenda in quavis ultima voluntate.

- 29 *Mulier conuolans ad secunda vota si ex-tranca.*
 30 *Quænam dicantur esse expressa?*
 31 *Mens testatoris fingitur cogitasse ea, que*

- lex disponit.*
 32 *Quæ singula non profunt, simul iuncte inuani.*

Q V Æ S T I O X I X.

An vxor instituta hæres à suo viro in codicillo transiens deindè ad secunda vota infra annum luctus debeat hæreditate spoliari?



Ir quidam pestis té-pore in codicillo hæredem vniuersalem vxorem in-stituit, cavitque ne ea pro exactio-nionibus alij fide-ret, quām ipsius testatoris nepotibus, quos ex tunc pro-curatores instituebat. Obiit testator. Eius vxor se hæredem vniuersalem declarari passa est. Neptis testatoris ex fratre petiit tanquam in gradu proximi-or in M.C.V. se hæredem ab intesta-to declarari, vxore exclusa. Vndè quæ hinc indè obiiciuntur arbitratus sum-exponere, cum multa ex diuersis capi-tibus oriantur, quæ apponere non dis-plicet. Pro vxore igitur hæc adducū-tur. Etenim disposita in codicillo pe-tuntur actione ex testamento l. 2. S. 1. ff. de iure codicillorum. Quare cum tali ac-tione legata petierit, in possessione manutenendam credimus, præcipue cū queat propria authoritate ingredi viri hæreditatem pro dote recuperanda, vt pluries decisum testatur Dominus Reg. de Marin. cap. 142. resol. quod. lib. 2.

Et quamuis opponi possit in codicillo non fuisse subscriptos, nec rogatos sep-tem testes, sed tantummodo quinque, in promptu responsio est, cum fuisset conditum pestis tempore, quo tot te-stes haberi non poterant; & licet nep-tis infisteret testamentum hoc nullo modo subsistere, negari tamèn non po-terit quia valeat saltem ut Codicillus;

neque proinde teneretur vxor ab eius manibus hæreditatem accipere, cum legata à viro possint propria sumi au-thoritate, vt optimè firmat Reg. Merlin. contr. forens. cent. 2. cap. 2. n. 8. Nec po-test excipi vxorem ex eo, quod egerit via testamenti, non posse nunc varia-re, & agere codicilli actione, cum cō-trarium decisum referat Affl. decis. 134. Deindè illa non petiit hæreditatem di-rectò ex testamento, sed codicillo, cū non minùs disposita in testamento, quā in codicillo petantur actione ex testa-mento. Quod si aduersaretur transitus ad secunda vota, in promptu quoque præst responsio, dum huiusmodi poenæ correctæ sunt a Iure Pontificio, vt fusissimè refert Dominus Reg. de Marin. lib. 1 resol. quot. cap. 273. num. 19. & seq. præter quamquòd hæc poena respicit fi-liorum fauorem, vt latissimè Boërius decif. 186, sed in hoc casu vxor non habe-bat primi viri filios, igitur huiusmodi poenæ locum non habere videntur, vt sic decisum refert Affl. decis. 61. n. 6. & pro hac opinione stare quoque vide-tur de Nigr. in cap. mulier. de dotar. nu. 51.

Sed pro nepte verius respondetur vigore Codicilli vxorem remouendam fore ab hæreditatis possessione ex eo, quia, cum ad obtinendam possessionem vigore l. final. C. de edict. Di: Adr. toll. debeat sc̄ hæredem directò declarare ex l. fin. C. de codicillis, quam ibi allegat Bart. col. 4. vers. item quarit Gloss. & ta-lem se declarare nequeat, vt pote quæ est

est instituta hæres in codicillo, in quo nec dari, nec admitti potest directò hæreditas. *l. h. ereditate C. de codicillis S. fin. insit. eod. Faber. decis. 3. C. de codicill. sed, si quid prætendit, debeat à venientis ab intestato manibus accipere per l. Scavolam, ff. ad Trebell. tanquam fideicommissaria, non directò hæres, proculdubio dicendum est vxorē hanc non posse possessionem capere virtute. d.l.fin. sed declarandam hæredem ab intestato neptei ex fratre, è cuius manu vxor hæreditatem accipere debeat. Reg. Merlin. cont. forens. rent. 2. cap. 2. post n. 7. in verbo, lacet autem.*

- 7 Neque vxor tanquam fideicommissaria poterit esse legitima contradictrix, vt probat *Rolan. conf. 78. lib. 3. nū. 34. & 15.* tanto magis, quod neptis debet quartā detrahere; nec officit quod vxor possideat, *Cacheran. decis. 34. nū. 22. & 27. Ioseph. Ludovic. decis. Perus. 47. n. 15. Peregrin. de fideicommissariis art. 47.*
- 8 *n. 64. & art. 48. n. 17.* Et quamuis disposita in codicillo petantur actione ex testamento; hoc tamèn procedere intelligendum est quoad legatorum exequutionem, non quod in codicillo institutus possit directò hæres declarari. *Vinc. de Franch. decis. 204. post n. 8. circa fin. Reg. Merlin. loco cit.* Et hoc adeò verum præfert, vt fideicommissarius propria autoritate fideicommissum capies è suo iure cadat. *l. 1. §. redsguntur. Gloss. in l. proculis, ff. ad Trebell. Bald. in l. penult. C. eod. Alex. conf. 82. vol. 2. Decius conf. 424. n. 15. & conf. 477. n. 12.* alijq; quos refert, & sequitur *Flavius Amend. ad de Franch. in decis. 204.* Neque obstant decisiones relatæ a *Domino de Marinis in lib. 2. resol. quot. cap. 142.* loquuntur enim male muliere propria autoritate sui viri bona retinente loco pignoris pro dote recuperanda. Quod diuersum est in nostro casu, quo vxor petijt sui primi viri bona tanquam hæres in Codicillo instituta, ac proindè actione ex testamento; Vndè, vt postremò probabo, variare nunc nequit, præcipue cum agens via testamenti cè-

featur suis alijs iuribus renunciasse ex 12 notatis in cap. off. de testamentis. Refert Affl. in decis. 44. n. 29. Minùs quoque obstabunt quæ ait *Reg. Merlin. constru. for. cent. 2. cap. 2. n. 8.* cum ibi loquatur de usufructu cum præminentia relicto, potissimum cùm vxor relicta est in testamento immediata exequutrix; quo casu utique poterit propria autoritate hæreditatem ingredi, vt ad rem explicatur ab eodem cit. cap. n. 9. & in cap. sequenti n. 16. Et in nostro casu non nisi contrarium reperitur. Vndè quamuis vxori pro dote recuperanda non esset deneganda retentio ad sex. in l. filiis fam. ff. soluto matrim. vbi Bart. Capyc. decis. 119. n. 3. Gramm. decis. 56. n. 12. } Bald. in l. penult. G. de pignoribus. Gizzarell. decis. 45. non per hoc tamèn non debet declarari hæres ab intestato neptis, c. cuius manibus, cum proprium hæreditis sit debita soluere, l. fin. C. de hered. act. dotem vxor accipiat. Ex quibus evincitur, quod, quamuis hæc vxor sit declarata hæres, ac proindè reperiatur in possessione, nihilominus remouenda sic ab illa tanquam triplici ex capite vitio- 13 fa. Primo, quia inuentarium erat conficiendum ad restituendam hæredi ab intestato hæreditatem. Vndè cum illa non fecerit, presumitur esse in dolo, & bona occupasse, vt constat ex *Auth. de hered. & falcid. §. si quis autem. Nor. Bald. in l. fin. circa princ. C. de iure delibera- 14 randi.* Secundo, quia non fuit imme- diatè in codicillo relicta totaliter exequutrix, vt suprà retulimus. Quare ex hoc secundo capite remouenda est ar- gumento è contrario sensu dictorum à de Franch. decis. 204. post n. 16. Tan- 15 dèm cum hæres ab intestato debeat quartam detrahere, stante restituzione facienda, possessio per fideicommissariam exercita viciosa nuncupatur. *Paul. de Castr. in l. fin. C. de adic. Di. Adr. solle. quem sequuntur ibi. Sebas. Sapia in 106. vers. circa secundam partem. Alex. & Iacob. n. 50. Beltran: conf. 250. vol. 3. Gratus 16 respons. 149. n. 5. vol. 2.* Neque potest excipi possessionem viciari tantummo- dò

dò respectu quartę detrahendæ, præve optimè se excepsisse putabat quidam Iurisconsultus; nam talis possessio dicitur vitiata quoad totum, primò, quia facienda est detractio. Ita in punto Bald. in l. 1. C. quor. legator. Fusissimè Zuccand. in l. fin. C. de ad. Di. Adr. toll. m. 46. vers. limitatur ista conclusio. Secundò potissimum, vt ad alteram assertionis partem deueniam, talis possessio est quoad totum vitiata in calu nostro, in quo vxor nullo prorsùs modo legata debet consequi, nec haberi ut fideicommissaria, & consequenter non iuuati clausulis in codicillo appositis; Nam dum passa est se declarari directò vniuersalem hæredem sui viri, & vt talis declarata fuit, indubitati iuris est non posse amplius agere iure codicillorum, vel fideicommissi. Lud. De hom. cons. 21. incip. Mater, & Soror Alex. cons. 21. lib. 1. per l. fin. C. de Codicill. Affl. decis. 134. Balb. decis. 22. Ludovic. decis. Luc. 56. & sic in M. C. Y. & in S. C. deci- sum testatur Reg. Merl. contr. forens. cent. 1. cap. 12. in fin. Vndè cùm ex iuribus superiùs relatis appareat in codicillo nō posse directò peti hæreditatem ex eo, quia in illo dari ea directò non potest, & hæc vxor hæreditatem vigore codicilli directò, & immediate perierit, ad eoque via testamenti; cùque adsit nep- tis tanquam in gradu proximior, omnino videtur hæc hæres declaranda, illa verò excludenda. Nec iuuat asserere vxorem esse manutenendam vigore testamenti, dum pestis tempore fuit cōditum, cum contrarium deci- sum teste- tur Affl. decis. 25. præterquam quod menstestatoris fuit codicillos efformādi. Non obstant que refert Affl. in de- cis. 134. dum loquitur de reo excipien- te, qui de communi regula potest plures exceptiones obijcere, non de acto- re, qualis fuit vxor, quæ se directò hæ- redem declarari voluit. Quod ab ipso Affl. in d. decis. & à Merlin. d. cap. 12. fusissimè explicatur. Neque officit ipsam asserere, se non petiisse hæreditatē via testamenti, sed fuisse declaratā hæ-

redem vniuersalem directò vigore Co- dicilli. Nam respondeatur incompati- bilia esse hæc duo, declarari scilicet hæ- redem, & vigore Codicilli. Vndè cū ipsa se directò hæredem declararit, li- cet dicat via codicilli, dictio, & prote- statio contraria facta non releuat pro- testantem. cap. folle citudinem ext. de ap- pellat. ac proindè videtur testamenti viam elegisse, & sic ex suprà relatis quæcumque alia est illi præcludenda. Ut autem ad propriam questionem ac- cedamus.

21. Deneganda videtur hæreditas ex eo, quia intra annum luctus ad secunda vota conuolauit; Vndè legatis omni- bus spoliatur per l. 1. C. de secundis Nup- tijs, cum concordantibus, quæ licet correc- tæ videantur quoad infamiam, cuius nota inurebatur, non corri- guntur tamè quoad legata, quibus vxor iam spoliatur; sed remanet firmum ius Caesareum tanquam à Pontificio minimè correctum. Patet ex disposi- tione cap. fin. de secundis nuptijs. ibi. Cū secundum Apostolum mulier, mortuò vi- ra suo ab eius sit legè soluta, & nubens cui viuis tantum in Domino liberam habe- at facultatem: non debet legalis infamie subtinere iacturam: que licet post viri obitum infra tempus lñctus, scilicet unius anni spatium, nubat: concessa sibi tamè ab Apostolo utitur potestate. Cum in his præseriis seculares leges non dedignentur sacros canones matari. En tota d. cap. ser- mocrinatio, quæ, vt vidistis, ad alias pœ- nas non extenditur. Hanc opinionem inter cæteros sequuntur Angel. in cons. incip. maritus veniens ad mortem. Paulus de Castro in l. decreto in fine. C. ex quib. caus. infam. irrog. Lucas de Penna ele- gantè in l. mulieres col. 4. vers. sed cum hac sit vera. C. de incolis lib. 10. & ibid. col. 12. Mainard. lib. 3. decis. 93. Quin imò firmi iuris esse asserit Reg. Merl. contr. fo- rens. cent. 2. cap. 40. n. 28. & vxorem se- cundò nubentem perdere vsumfructū refert idem Mainard. lib. 3. decis. 88. & 92. nec vestes pretiosas tantum, imò & lucubres voluit Ie. Guttier. præt. quæst.

lib. 2. quest. 95. n. 11. & lib. 5. quest. 43. in fin. Nec non sic in tota Italia practicari ait, quamvis priui viri filii non existat. Alber. de Ros. in k. 1. C. de secund. nupt. quem plenocalamo sequitur Boërius in sua aurea decis. 186. n. 3. & Cornelius in conf. 2 l. vol. 1. litera S. usque ad lit. Z. in clasius ius canonicum comprobando.

23 asserit deinde in fine consilij vxorem secundò nubendo non perdere id, quod honoris est, nisi nimis properè nubaret, idque propter sanguinis turbationem. Quod si verum est, hanc dubium quin hoc in casu vxor nimis properè nupserit, si infra annum ad secunda vota conuolauit? Quam sententiam sequitur Affl. in decis. 75. Et quamvis loquatur de poenis, quæ filiorum fauore respiciunt, non proinde videtur hæc vxor ab istis poenis immunis ex eo, quia 24 filios non habuit, nec habet. Etenim ratio vera, & formalis, propter quam huiusmodi poenæ sunt à legibus introductæ, ea vtique est, quia mulier secundò nubens primi viri animo iniuriam infert ex pulcherrimo tex. in §. que vero. vers. nos igitur auct. de nuptijs. ibi. Nos igitur evidentes plurimas mulieres desiderio nupiarum, non propter filiorum procreationem, sed propter necessitatem, infantes, & nubentes, & trascendentes morientium voluntates, &c. Quem texturn refert, & sequitur Roman. conf. 219. incip. ex themate col. 1. & 2. Vndè iniuriam princi, alii, & primariò marito inferri, si vxor secundo nubat, sed in consequentiam ad filios primi matrimonij descendere doctissimè explicat Menoch. ex causa, vbi arbiter fuit eleitus in solemni illo consilio 470.

Præterea, vt clarior reddatur veritas, iuuabit ad subtilius accedere examen. Videamus ergo oportet dispositionem tex. in §. prima siquidem nuptia auct. de nuptijs coll. 4. ibi hæc. Prima siquidem nuptia, & hinc lucra, & observationes usque ad hoc disposita sine. Si quis vero prioribus non contenti nuptijs etiam ad secundas venerint; neceſſe est legi hos se supponere, aut sine filijs existentes ex

prioribus ex secundis autem filios habentes: aut etiam ex diuerso sine filijs quidem ex secundis, parentes autem ex primis: aut sine filijs ex ambabus, aut parentes ex veroque. Si igitur sine filijs manerint ex prioribus, aut etiam ex ambabus nuptijs, nulla perscrutatio circa secundas est: sed viri quidem ibunt omnino omni obseruatione liberi: mulieribus autem sollemmodo imminebit metus, ut non ante annalem tempus ad secundum veniant matrimoniū, aut sciant quia si quid tale gesserint, & immaturas contraxerint nuptias, subiecte penas: alias quidem si sine filijs ex prioribus sit matrimoniū: maiores autem si etiam filij sint, si enim non soboles, infamia max sequeatur, & erit omnino mulier propter nupiarum festinationem infamis, & nequa percepit ab ynidborum, que à prædicta relecta sunt ei consortio, neque fructus sponsalitiae largitate, de qua marito secundum nupiarum ultra tertiam sua substantia offeret partem, sed neque extrinsecus seniset largitatem, neque percipiet penitus ab ultro extraneorum, non hereditatem, non fideicommissum, non legatum, non mortis causa donationem, sed bac veniam, aut manent apud heredes scriptos defuncti, aut cohæredes, &c. Deinde paulo post. Si vero ei filij fuerint cuiuscunque sexus, ticebit quidem ei pro infamia supplicare, non tamē utilitatem aliquam rescriptorum habere, &c. Iam vidisti opinor virum filios habentem, & transiuntem ad secundas nuptias, subiacere huic legi, secus autem si illos non habeat, & vxorem, quamvis filios non habeat, subiacere quidem poenis à iure impositis, si infra annum luctus videlicet ad secunda vota conuolet. Falsum est ergo huiusmodi poenas introducas filiorum fauore; cæteroqui ad quid deseruiret annus à iuribus traditius? Et rationis rationem esse dicerem eam, quā ex defuncti animæ contristatione desumunt; Nam talis contristatio non ea vtique intelligenda est, quam animi ægritudinem vocant. cum exempligrafia in patria nullam adesse contristationem, de fide sit, sed potius intellegent-

ligendam fore arbitror illam, quam haberet defunctus, si viveret, videndo scilicet ex nuptiarum festinatione seminis colligationem dissolutam; vnde meritò contristaretur, si quid contra eius voluntatem respiceret. Quare iura nostra ad periculum hoc euitandum annum arbitrata sunt expectadum. Quod quia in viris considerare non est, hinc sit ijs liberam concessisse facultatem ducendi vxorem, modò filios non habent, qui si ijs sint, annum quoque expectandum voluere, ne fortassis priuinae vxoris in filios amor à secundæ vxoris amore dissoluatur, vel melius, vt sicut coniugium parem sortiri debet amore, ita quoque parem sortiatur pœnā; vel tandem, ne vir, & vxor contra iuris regulas ad imparia iudicetur.

25 Non obstant ergo quæ refert *Aff. in decif. 61. n. 6.* loquitur enim iuxta dubium præpositum, de vxore scilicet ad secunda vota post annum luctus conuolante. Etenim iudex nunquam ultra petita, & ultra dubium decidit ex singulari, elegantique *tex. in l. cum quædam S. fin. C. de fideic. liber.* Neque similitè obstant ea, quæ ait de *Nigr. in cap. mulier. de dotarys n. 51.* videlicet vxorem esse usufructuariam, cum eandem patientur solutionem. Nec denique aduersantur relata à *Domino de Marinis lib. 1. resol. quot. cap. 273. n. 19.* & sequentibus. Primo quia, vt firmaui, non appetit ius Cælareum à Pontificio correctum circa legata ex ipsa lectura *cap. fin. de secundis nupijs.* Vnde cum correctiones legum sint euitandæ. *Auct. de hered. ab intest.* cum ius ciuile mutatum nō sit, stare non prohibetur *l. præcipimus C. de appellationibus.* Secundò, quia ibi sermo est de muliere, quæ à viro infra annum nubendi veniam habuit. Tertiò denique, vt videre est ibi *n. 24.* quia casus est, quādo vir vxori suæ legauit, siue vidua maneret, siue denuo nuberet. Quod non appetit in casu nostro, sed contrarium potius, vt suprà vidimus, dum dixerat te-

stator, ne alijs fideret. Vel saltē, ni contrarium appetit, hæc venia non præsumitur. Quod autem contrarium eruatur, probo ex dispositione testato-

ris. Nam, cum in quavis ultima volūtate mens tacita potius, quam verba sint attendenda *l. inter vestem, ff. de aur. & arg. leg. l. cum quæfio C. de legatis l. 3. C. de liber. prat. Alex. vol. 3. conf. 51. col. 1.* clarè appetit, dum procuratores eius nepotes instituerat, iusseratque ne alijs fideret, quamvis *ly alijs,* sint verba generalia, nihilominus testatoris animum interpretandum *l. fin. C. quod cum eo l. quam Tuberonis §. 1. ff. de peculio.* Faciunt notata in cap. qui ad agendum. de procuratoribus in 6. l. si quis in principio testamenti, ff. de legatis 3. Alex, de Imola vol. 2. conf. 155. col. 6. Vnde, sicuti testator per huiusmodi dispositionem videtur magis dilexisse proximiiores pro exactione bonorum, quam extraneos; ita etiam argui potest plus quoque dilexisse neptem in gradu proximiorem pro successione casu, quo hæreditas deferri debuisset extraneo,

29 sed mulier ad secunda vota conuolans fit extranea ex *tex. in l. 1. ff. pro dote,* igitur ex testatoris mente, quia vxor ad secunda vota transiit, & consequenter extranea est, debet bonis hæreditarijs priuari. præcipue cum *ly, alijs,* tanquam verbum generale contineat sub se in specie vxorem iam extraneæ adscriptam familię ad *tex. in l. qua iure militari, ff. de testam. milit. DD. in l. sub pra-textu C. de transaction. Alex. vol. 3. conf. 97. col. 1.* Angel. in l. tres fratres, ff. de patetis. Et ratio utique est, quia ea, quæ in genere continentur, habentur ac si specialiter, & ad verbum essent prolatæ *l. si quando, ff. de legat. 1. l. scorus, ff. de legat. 3. l. omnes. de præscrip. trigint. annor. Bald. in l. in testamento, ff. de militari. sej. & in l. 1. C. de iure Calam. nec non in l. fin. C. de iur. an. aur.*

30 Denique in conjecturis insistendo, concludo, quod, si expressa non solidam dicuntur ea, quæ apparent expressis verbis, sed ex conjecturis *l. licet impetrator*

rator, ff. de leg. 1. ex eo, quia probatio per coniecturas manifesta dicitur. Bart. in l. si quando C. unde vi. & in l. 1. in fin. de verb. obl. Alex. vol. 2. cons. 24. col. 2. dubium non est, quin testator expressè voluerit, vxorem intra annum luctus denuò nubentem ut potè extraneam excludi ab hereditatis petitione admittendo proximiores, si ex coniecturis eius animum talēm fuisse; hucusque probauit?

31 Sed præter coniecturas dico, quod, cum testatoris mens cogitare singatur quod lex disponit ex Bald. in l. precibus col. 28. C. de impuberum, & alijs subst. ex eo, quia alicuius voluntas talis intelligitur, qualis esse debet. Id. in l. 1. col. 5. C. de sacros. Eccles. Bart. in l. heredes mei §. cum ita, ff. ad Trebell. cumq; iura velint binubentem legatis priuari, certum est, quamvis nullæ adsint coniecturæ, testatorem hoc idem voluisse. Insupèr cum iura quoque insimul agnatos, cognatosque proximiores ab intestato vocent, exclusis extraneis, & vxor binubendo sit iam facta de extranea familia, præsupponendum est testatorem voluisse excludere vxorem, si denuo nupisset, tanquam extraneam, admittendo ad hereditatis petitionem neptem ab intestato ut in gradu proximiorem; Testator enim plus supponitur diligere agnatos, cognatosque, quam quemlibet extraneum l. generaliter §. cum autem C. de inst. & subst. l. 1. cum Gloss. in verbo. paterno. ff. in ius vocan. l. cum alienam. C. de legat. l. cum auus. de condit. & demonstr. Alex. vol. 2. cons. 130. col. 1.

32 Tandem si haec coniecturæ disiunctum sumptæ testatoris animum non indicarent, indicabunt tamè simili junctæ ex regula. Quæ singula non profunt coadunata invant. Vnde, ut concludamus excludenda videtur vxor haec, admittenda vero neptis tanquam in gradu proximior.

Quod postremò naturali discursu confirmatur. Alioquin enim occasio præberetur vxoribus contra iura superius

relata infra annū iterum nubendi, tantoque citius spoliarentur amore, & de eorum virorum obitu, penè dixerimus, lætarentur, dictu quidem nefas: dum palam est priscis temporibus tam fidias extitisse vxores, ut quædam ardentiibus se maritorum rogis miscuerint, quædam vero ignorarint, an minùs virum patre amare debuissent, teste Seneca in lib. 2. contr. 10. Restet ergo firmum ad varijs obviandum erroribus firmas remanere poenas in vxores binubentes infra annum luctus impositas, excepta illa, qua infamie nota inurebatur.

SUMMARIUM.

- 1 **D**ispositio Auth. hoc nisi C. de solutionibus.
- 2 Status questionis.
- 3 Hares debitoris non tenetur solvere debitum in pecunia creditoris.
- 4 Probatur quinque argumentis.
- 5 Hereditis est debita solvere,
- 6 Dispositio l. final. §. et si prefatam C. de iure deliberandi,
- 7 Hares non tenetur obseruare renunciationem factam à defuncto.
- 8 Proponitur argumentum aduersariorum.
- 9 Hares dicitur successor culpa, & virtutum defuncti.
- 10 Non cogitur adire, nisi damnum, quod timet, sibi sarciat.
- 11 Cardo difficultatis.
- 12 Omnia defuncti iura ad heredem transiunt.
- 13 Solvit aliud argumentum in contrarium.
- 14 Ille, cui res acquisita aperitur, in damage esse dicuntur.
- 15 Solvit tertium argumentum.
- 16 Traditur nona ratio, cur inveniarium pro fit in hereditate opulenta?
- 17 Hares cum beneficio legis, & inveniarum non tenetur habere ratum factum defuncti.
- 18 In yis, que damnum respiciunt, hereditas habetur pro non adita.
- 19 Refutatur error Gizzarelli.
- 20 Solvit quartum argumentum:

21 Dis-

- 21 *Dispositio cap. veritatis de iure iurando.*
- 22 *Heres feudatarij tenetar Domino fidelitatem iurare.*
- 23 *Solutur quinque argumentum.*
- 24 *Pactum exequitium vim non habet contra heredes.*
- 25 *Conditiones obligationum non immutatur ex hereditis persona; sed limitatur.*
- 26 *Heredes cum inuentario talos dicuntur quoad commodum, non quoad damnum.*
- 27 *Non potest testator prohibere ne heres.*
- 28 *Concordatur opinio Gizzarelli cum opinione nostra.*
- 29 *Dispositio cap. vniuersitatis de eo, qui finem fecit agnato de feudo paterno.*
- 30 *Pactum personale non pertinet ad heredes.*
- 31 *Demonstratur renunciationem esse personalis.*
- 32 *Heres non representat personam defuncti personaliter obligatam, sed quomodo?*

Q V Ä S T I O XX.

**An hæres cum beneficio legis, & inuentarij teneatur seruare renunciationem cum iuramento factam à defuncto beneficio
Auth. hoc nisi, C. de solut.?**

IEr auth. hoc nisi C. de solutionibus dispositū est, debitorem, si in pecunia soluēdo nō sit, posse creditori rem immobilem assignare. ibi Hoc nisi debitor in pecunia, vel alia re mobili soluere nequeat; tunc enim res immobilis, quam debitor habet meliorem, si lū potest, facta per iudicem subtili eius causa estimatione, ut rem prædictam, & debitori soluere, & creditori liceat petere, præstanta creditori cautela de evictione, qua debitori possibilis sit.

Sed cum in dies hominum malitia augetur, & vna cum lege fraus pululet, inuenere iam creditores nouum modum debitores ligandi, operando videlicet, vt iij huic beneficio, cætero rumque iurium auxilio renuncient, fortassis vt viliori erant pretio, quod si bi iusto adiudicare tenerentur. Quare acerrimè disputandi occasione doctribus præbuerunt, an, stante huiusmodi renunciatione facta à principali debitore, heres debitoris teneatur dare creditori in pecunia quod ille debebat,

& sic an eodem modo sit obligatus hæres, quo principalis debitor? Quam controuersiam videre est apud Vinc. de Franch. decis. 83. Gizzarell. decis. 7. Bursat. latissimè cons. 9, vol. 1. & Sanfelic. decis. 268. tom. 2. apud quos varij doctores, & s. C. decisiones hinc indè. Ego vero diuersa ab omnibus methodo discurrā authoritatibus non confusus, ne perpetram vel me, vel alios decipiam; authores enim passim reperietis, rationes autem proprio disponam Marte, sed iuribus corroboratas, non vt labores effugiam, sed ne quæ ab alijs scripta sunt, nudè rescribam.

3 Indistinctè igitur assero creditorem teneri in solutum recipere bona immobilia ab herede debitoris cum beneficio legis, & inuentarij, modò in eius posse pecunia non reperiatur.

4 Et primò quidem probo dictū hoc ex l. fin. S. eti p̄ prefatam C. de iure deliber: vbi heredes debent hereditatem habere sine periculo, modo inuentarium fecerint; profectò nonne hoc esset periculum, si fundum vendentes de evictione tenerentur? Neq; dicat quisquis sit nullum circa hoc considerari hære-

hæredis periculum, dum ille fundum vendere non teneretur, sed iudex. Nā quām falsum hoc sit, ad euidentiam ostendam; nouum nanque non est hæredis esse debita soluere *l. fin. C. de hered. &c.* ergo si eius est soluere, eius quoque est medium reperire ad soluendum, prout esset fundum vendere, licet authoritate Iudicis, qui nunquam de euictione pro alterius debito tene ri vellat (præterquamquod, quamvis emptores reperirentur, qui absque euictionis promissione fundum illum exposcerent, ne teneretur quidē vendere hæres, nisi iusto pretio, ut postremo dicam) vndē semper debitor obligatiōne esset obstrictus, sicutque in periculo à lege p̄pensō. Præterea in d. §. & si p̄fataz, in verbo, & legatary, disponit teneri hæredem satisfacere vel ex rebus defuncti, vel ex earum venditione. Ad quid ergo efformare figmenta, & iniuria iudici tribuere, quod proprium debitoris esse nemo est, qui non videat?

Secundò probatur ex verbis ipsis §. vbi ad libitum hæredis disponitur de venditione bonorum, vel de datione in solutum, ergo compelli non posuit hæredes ad bona hæreditaria vendenda, sed creditores ad ea in solutum acceptanda.

Tertiò, quia idem §. sic disponendo loquitur sub dupli distinctione, scilicet de datione in solutum, & in pecunia; ergo ex eius fermocinatione apparet arbitrio hæredis relictum, vel fundum vendere, vel in solutum dare. Vndē de more liceat hic d. §. verba ad 6 vnguem exponete, vt quæ probauimus, appareant. Et si p̄fataz obseruantiam inventarij faciendi solidauerint, hæreditatem sine periculo habeant, & legis factioz aduersus legatarios usantur beneficio, ut in tantum hæreditarys creditoribus teneantur, in quantum res substantia ad eos devoluta valeant, & eis satisfaciant, qui primi venient creditores; & si nihil reliquum sit, posteriores venientes repellantur, & nihil ex sua substantia

7 sia penitus hæredes amittant, ne, dum lucrum facere sperant, in damnum incidunt; sed & si legatary interuenerint, eis satisfaciant ex hæreditate defuncti, vel ex ipsis rebus, vel ex earum forsan venditione; sin verò hæredes res hæreditarias creditoribus hæreditarys pro debito dederrint in solutum, vel per dationem pecuniarum, satis efficerint, &c. Quare locum non habent, quæ antiquiores, ut fraudibus aditum aperirent, dixerunt, nimis ad viam periculis præcludendam, ad rem quām maximè esse, si debitor creditores hortaretur, vt fundū venderet, cum isthuc in casu ij tantum modò de euictione tenerentur, adeoque debitor inmunem se redderet; nā hæc, salua eorum pace, gratis, & vlo absque fundamento asserunt, quæ potissimum diluuntur ex eo, quia aditus apertè fraudibus aperiretur, cum creditores, vt viliori haberent pretio, quæ fibi adiudicare tenerentur, simulante reperirent emptorem. Vndē res vendita creditoribus ipsis deindē vili acquiteretur pretio, quæ iustissimo sanè per appretium acquiri potuisset, consideratis omnibus loci, fundi, cæterarūque circumstantiarū qualitatibus; præterquamquod in hoc etiam esset hæredis damnum perpendere, vt infra dicemus. Ex quibus facilima adaptari potest responsio contra ea, quæ assertunt, videlicet constituendam fore differentiam inter hæreditatem opulentam, & non opulentam; cum vtroque in casu eandem militare videamus rationem. Cæterum si mei oculi non cœcutiant, credo per d. §. fuisse tantummodò dispositum, vt qui inuentarium confecerit non teneatur vltra vires hæreditarias, nihilque damni patiatur. Vndē eius arbitrio relinquitur vel rem in solutum dare, vel pecuniam. Iam verò stante hac dispositione,

Quarto probatur nostra sententia ex eo, quia, cum dispositum non sit hæredem teneri obseruare renunciationem factam per defunctum, cum hic agatur de damno vitando, hæres non

non tenetur fundum vendere, sed illum in solutum dare creditori. Non autem ignoro teneri me difficultissimum soluere argumentum, à quo tota dependet quæstio ab hac nostra quarta probatione desumptum. Sic nanque
 8 discurrere possent aduersarij. Certum est per d. S. disponi tantum, ut hæredes inuentarium confidentes non teneantur ultra vires hæreditarias; supponamus vero, defunctum debuisse Titio centum, quæ promiserat in pecunia reddere renunciando. *d. auct. b. hoc nis.* Reliquit hic hæredi fundum valentem centum quinquaginta; nonne posset debitor hæredem cogere, ut illi im- venderet eo, quo reperiret pretio? Ita sanè; etenim ybinam hæredis damnum? Quod si fortassis dices damnum considerari respectu euictionis, ad quam teneretur, in promptu responsio est; tunc enim posset hæres venditores hortari, ut fundum venderent; sicque ille nulla obstringeretur euictione. Quod si credores respuerent, locum haberet d. S. secùs autem si annueret. Neque iuuat asserere hoc in catu hæredem etiam damnum pati, quia fortassis non reperiret emptorem, qui iuitum p. etium offerret; unde illu- vili teneretur vendere, nam adeit & responsio, quia cum ex vulgata regula hæres, & defunctus censeantur una persona, hæres dicitur successor vitiorum, & culpæ defuncti. *l. cum hares ff. de diu. & temp. præscr.* Quare cum testator beneficio aut. b. hoc nis, renunciauerit, censendum est etiam hæredem hæreditatem adeundo renunciasse; &
 9 sic adeat & illam, prævio inuentario, hoc tamèn deseruiet tantum, ut ultra vires hæreditarias non teneatur, cum hæres non cogatur adire, nisi omne damnum, quod timeret, sibi sarciat. *l. apud Iulianum 11. ff. ad Trebell.* Quod tantummodo disponitur per d. S. ubi nulla mentio de renunciatione d. auct. Ceterum cum agitur de lucro captando, cur hæredes teneri non debent ad facta defuncti? etenim damnum, quod

in hoc casu paterentur hæredes, esset super fundo defuncti. Sicque cum d. S. disponat tantum, ut hæres nullum debit pati damnum sua super substantia, frustra, & immerito defuncti substantiam includimus. Igitur, quia hic non agitur de damno vitando, sed lucro captando, non habebit locum dispositio d. S.

Iam videtis ex allato argumento fraudibus semper aditum aperiri, cum non defint ex creditoribus, qui velint de euictione teneri, modò sibi rem vilii emptam pretio vertant; nam isti statim emptorem reperirent, qui viē simulans emptionem, fundum deinde creditori redderer. Quod si multoties eueniret, ut verus reperiretur emptor, qui fundum iusto pretio emeret, nihilominus negari non poterit, quod, præterquamquod euictio præstāda ab hærede interueniret, saepè numero contrarium accidat. Quare, ut fraudibus obviando, aduersariorum dicta soluamus, illud utique incontrouertibile, certumque arbitror, hæredem scilicet, modò inuentarium fecerit, non teneri ultra vires hæreditarias; nec consequenter fundum vendere, cum isto in casu damnum patiatur, non modò periculum ob euictionem, ad quam tenetur. Dubium ergo est, an si credores fundum vendere non respuerent, & per consequens de euictione teneri malent, posset ad hoc cogi hæres? & dico non posse, quia adhuc esset considerare illius damnum. Quod ut patet, recolenda sunt, quæ disposita habentur per l. hares 37. ff. de acquir.
 12 vel amit. hered. ibi. Hæres in omne ins mortus, non tantum singularum rerum dominium succedit, cum & ea, quæ in nominibus sunt ad hæredem transcat. Verum est ergo hæreditatem deuolutam ad hæredem hæredis esse; ac proinde ea bona sua dici, nec amplius aliena. Iam vero si credores vellent fundum vendere, nec illum in solutum accipere, ne eo, quo valet pretio, sibi adiudicarent, sed viliori, hæredis damnum con-

consideraretur; & quidem in re sua, cum talis dici queat statim, ac ad se deuoluta est per aditionem. Si igitur damnum in re sua consideratur, militat dispositio d. §. & sic non tenetur ille fundum vendere, sed creditoribus tantum in solutum dare. Cæterum ne putent aduersarij ly, sua, esse appositum in textu ad differentiam bonorum, quæ erant restatoris; nam mortuo testatore, bona illius cum suis confunduntur, dum hæres eorum dominium acquirit; vndè hæredis dici queunt, & sua verè sunt ex d. l. hæres. ly vero, sua, appositum est ad differentiam æris alieni, quale esset debitum à testatore, vel à defuncto contractum; & ideo per d. §. disponitur, necessariam esse inuentarij confectionem, ne scilicet hæres vllum patiatur damnum; etenim si defunctus varia contraxisset debita, ad quæ satisfacienda sufficiens non esset hæreditas, hæres inuentarium exhibendo, illa bona in creditorum cederet beneficium, nec de suo teneretur. Sin autem ès alienum totam hæreditatem non absorberet, hæres, quia inuentarium confecit, liberaretur fundum in solutum dando, ne in re, quæ sua iam facta est per aditionem, vllum damnū patiatur. Sed offert se se subtilissimum argumentum desumptum ex ipso. §. & si prefatam, quo aduersarij intendunt ly, sua, esse oppositum ad differentiam bonorum hæreditariorum; ad quod probandum aduertunt quæ aie textus ibi. *Nendum lucrum facere sperant, in damnum incident*, aiunt igitur textum non considerare damnum respectu eius rei, quam hæredes lucrari intendunt; etenim hoc nullum esset damnum, sed potius lucrum cessans; ast considerare idem damnum respectu rei suæ possesse antecedenter ad hæreditatem aditam, & consequenter inquiunt, celsante tali damno, parum interesse hæredis, an bona hæreditaria viliori vendantur pretio, dummodo creditoribus soluatur, quod ijs in pecunia debebatur à defuncto. Subtilissimum sanè ar-

gumentum, sed fallax, cum per illud intendatur lucrum cessans, quod verè damnum dæredis est; & hoc quidem prouenit ex non consideratione alterius lucri, quod in hæreditate adita considerari posset, quale esset detractione falcidiæ, & trebellianicæ, quæ debetetur, si fortassis hæres grauaretur hæreditatem restituere, vel legata præstare; vndè cum in hoc casu lucrum speraret hæres, quia nunc debita hæreditatem minuunt, consulunt Coësares, ne sicuti lucrum hoc speratum falkit, ita quoque in damno sint, vt rem vendere non teneatur, nec pecuniam creditoribus præstare, & sic lucrum consideratum à textu in d. §. non est illud, quod per aditionem fuit iam acquisitum; nam tanquam suum illæsum considerari vult, sed detractione falcidiæ, &c. cum textus ille præcipue legatarios inuoluat. ibi. *Et legis falcidiæ aduersus legatarios utatur beneficio*. Sicque quod hæredes nō possint considerari in lucro cessante, sed potius in damno, clarè suadetur, & nemo sanè mentis negabit, cum statim ac res alicui quæsita est, si ab eo auferatur, ille in damno sit. ex Glos. in l. 1. §. si quis ff. de itin. act. priu. vers. per integrum. Decius in l. 1. C. de inst. & substit. Refert Capyc. latr. decis. 197. n. 53. par. 2. 14 Sed nec ignoro ingens murmur aerem frangere. Insurgunt denuò, asseruntque, inuentarium in hoc casu ad nihil iuuare, vt potè quod requiratur tantum in casu hæreditatis non opulentæ, ne hæres cogatur bona non hæreditaria præstare. Et quidem si debita tota non absorberent hæreditatem, ad quid inuentarium? cum ergo dispositio d. §. militet, vbi illud requiritur, si nostro in casu opus non est, cessare debebit, & consequenter dicendum hunc hæredem posse damnum pati in bonis hæreditarijs, lieèt facta sint sua, cum inuentarium bona, quæ antecedenter sua erant, tantummodo custodiat. Partuent montes, nascetur ridiculus mus. Optima sanè videtur difficultas, præcipue

cipuè cum iam nostris hisce tempesta-
tibus per omnium ora voliteret. Sed ego
vt potè non nimis iuribus imbutus op-
tarem, vt aduersarij aliquam traderent
rationem, qua benè probarent, iuue-
tarium non custodire rem suam, licet
hæreditariam. Evidèm huc usque
nullam vidi. Quod si vellent, vt assi-
gnarem ad quid in hoc casu iuuaret
16 inuentarium? en iuuamen. Nam cùm
testator debitum contraxit, quod in
pecunia stipulatus est soluere, obliga-
uit hæredem tories ad id teneri, quo-
ties apud se pecunia reperiretur; & sic
mortuo testatore, inuentarium pro-
dest, dum ab illo apparet, an testator
reliquerit pecuniam, nec ne? Quam si
reliquit, iam tenetur hæres illam cre-
ditoribus cedere, cum hoc in casu ob-
seruetur defuncti pactum sine damno
hæredis, quia pecunia illa æs alienum
est, & consequenter non suum. Vnde
si hæres inuentarium non conficit, su-
spectus redditur, & sic legis auxilio
frui non debet, & ratio rationis est,
quia inuentarium adinuentum fuit, tie-
res subtrahi possent. §. *sancimus auth.
de hæred. & falcid.* alias ni fieret, occa-
sio præberetur furandi, de qua re fu-
sissimè *Signorell. de Homed. consil.* 110.
incip. testator in testamento. Quare, vt
ad propositū reuertamur, qui hoc nō
p̄ficit, in fraude reperiri supponitur, &
per consequens legis beneficio non
gaudet, quia contra legis mentē ope-
ratur. Hoc est inuentarij iuuamen. Ce-
terum si rationem hanc, ut potè nouā
quisquis sit impugnabit, locus respon-
sioni non deerit. Interim sic illam pro-
palasse non nocet. Quam ne inornatā
deseram, liceat in authorem nostræ
17 opinionis laudare. *Grammat. in decis.*
93. asserentem, hæredem cum benefi-
cio legis, & iuuentarij non teneri ha-
bere ratum defuncti factum. Quod in-
tellendum est ijs in rebus, quæ eius
18 damnum respiciunt, cū hæreditas ha-
beatur pro non adita in ijs, quæ sibi
damnona sunt, vt optimè probant. *Pur-
pur. in l. debitori num. 33. C. de pac.* *Ia-*

*son in d. §. & si p̄famat, & alij, quoꝝ
refert Gizzarel. d. decis. 7. vnum. 19. id-
que vigore d. §. quod correxit ius di-
gestorum, per quod hæredes etiam
facto inuentario, tenebantur ad omnia
defuncti facta seruanda, vt benè fassi
sunt aduersarij, cùm dixerunt hæredes
esse successorem culpæ, & vitorum
defuncti. Vnde licet text. in d. §. nullā
fecerit mentionem de renunciatione.
d. auth. hoc n̄iſi, dicendum est tamen
ex communi regula generali eruisse
loquutum, quotiescumque scilicet hæ-
res aliquod pateretur damnum. An
autem in nostro casu hæres dicatur ve-
nire contra factū defuncti, puto quod
sic. Quare errasse arbitror *Gizzarel.*
qui in hoc alios contrarium sentientes
in errorem incidisse scripsit. Quod fa-
cillimè suadetur ex eo, nam defunctus
promiserat soluere debitum in pecu-
nia, sed hic non ita illud soluit, ergo
venit contra eius factum. Sicque li-
cet hæres debitum soluat, quia in pe-
cunia non soluit, prout defunctus pro-
miserat, dicitur contra eius factum ve-
nire. Ex quibus eruitur, quod renun-
ciatio defuncti nullum hæredi inferat
præjudicium, cum illum non liget. Sed
20 vrgeri posset ad renunciandū d. auth.
requiri iuramentum. Quare ad illud &
hæredes teneri, ne dum defunctus
nemo est, qui pleno ore non autumeret,
cum licet iuramentum personale sit, ad
hæredes tamè eius obseruantia trans-
mittatur. *cap. veritatis. extr. de iur.*
21 *iurand.* Aut salua eorum pace, argu-
mentum hoc nullo prorsus modo con-
vincit, ad quod soluendum iuuat in
medium afferre. d. cap. verba. ibi. *Ve-
ritatis amica simplicitas. Respondemus, ut
hæredes tui, qui nobis, vel alicui successo-
rum nostrorum iurauerint, alijs iurare
minimè compellantur, catholicis tamè
successoribus nostris, qui pro tempore fue-
runt, & homagij, & fidelitatis purita-
tem nibilominus, ac si iurassent, omni tē-
pore teneantur absque tergiuersatione ali-
qua fidelitè obseruare. Ex hoc ergo cap.
optarem ab aduersarijs imbui quomo-
do**

donam eruatur ad iuramenti obseruatiā teneri hæredes & fortasse dicent ex eo, quia sic defunctus promiserat; sed hoc parum refert, nam militaret etiam, cūm defunctus non iurauit, sed quia ad eius dispositionem seruandam non tenentur hæredes, modò inuentarium fecerint, si perciperent damnum, ex d. §. & si p̄fata m̄, ergo nulla responsio. Vel dicent ex eo, quia sicuti in casu d. cap. hæredes iurare non debent successoribus, & tamē tenentur, ac si iurassent, modò principali iurauerint, itā etiam hæredes tenentur ad obseruantiam iuramenti facti à defuncto, ac si ipsi iurassent. Sed disparitas à cæcūtientibus quoq; oculis introspicitur, cum in casu d. cap. semper duret causa efficiens; qnid ergo mirum, si eadē causa eundē pariat effectū? At qui in casu nostro nō eadem adest causa, cum non adsit persona defuncti, quæ iurauit. Vndē cum certum sit apud omnes DD. hæredem non teneri de periurio, nescio quo iure queant asserere eos teneri ad obseruatiā. Quod si afferent hoc evenire ex eo, quia talis erat defuncti animus, iam recurrit argumentum superius adductum. Cæterum non debemus extendere textū, qui, dum loquitur de iuramento, quod quoad obseruantiam inducit debitum iuranti erga hæredes eorum, in quorū beneficium iurauit, extendi non debet ad hæredes iurantis; secūs vero secundum. Hoc, licet non ex his rationibus, aduertit Gizzarelli, d. decif. nu 35. qui huc illuc volitans videtur se int̄am facili solutione inquoluere. Quod ne temerè dicamur asserere, audite quæso Speculatorē in lib. 4. de feud. §. quoniam nu. 68. ibi. Hoc etiam nro, quod licet iurans Pralato, & eius successoribus fidelitatem, & homagium faciens, non cogitur iurare, vel facere successori, quod dic, vt extr. de iure iur. cap. veritatis; hæres tamē feudatary, vel filius, mortuo patre, debet iurare fidelitatem Domino, vt probatur in lib. feud. in const. Federic. §. præterea. Hæc ille, qui deindē dispa-

ritatem dans inter illum, qui Ecclesiæ & qui Domino iurat, sic ait. *Lcet enim ibi non dicatur, successoribus, intelligitur tamē iurare successoribus, dummodū dicat Ecclesia 7. quæst. 1. cap. scire. De consuetudine tamē cuiuslibet successori iuratur specialiter. extr. de elect. cap. qualiter.* Quæ verba loquitur speculator de successoribus eorum, quibus feudatarius iurauit. Interim certum sit hæredē feudatarij teneri de iure séper Domino iurare. Cur hoc, si iuramentū non est personale? Cæterum si aliam velimus adhibere rationem, dicere nec iniuria possumus locum non sibi vendicare, d. cap. in casu nostro, cum illud loquatur de ecclesia, cuius fauore inductū est. Quod si afferant aduersarij teneri hæredem in pecunia debitum soluere, ex eo, quia illa res erat tali hypotheca affecta, scilicet, vt venderetur, non censeo dicta hæc refragare; etenim hypotheca cadit supèr fundo, qui obligatur in defectum solutionis, non supèr modo. Vndē possent creditores iudicis officium implorare, vt sibi fundus adiudicetur, perendo assidentiam, siue quodcumque aliud remedium à iure inductum. Præterea cūm quis fundum hypothecauit, & pactum exequitium apposuit; si deinde decedat, ex Ritu M. C. V. non potest agi contra hæredem pacto exequitio, vt in Ritu 178. & tamē fundus erat hypothecatus sub hoc onere. Restet ergo firmū posse hæredem in huiusmodi casu venire contra defuncti factum, quia damnum patitur. Vndē quod defuncti obligationum conditiones non immutentur ex hæredis persona, per text. in l. 2. §. ex ys ff de verb. oblig. id intelligendum est, cūm hæredes, qui inuentarium fecere, nullo afficiuntur damno. ad text. in d. §. & si p̄fata m̄. Et tandem, si velimus asserere ad modum etiam dicere relationem hypothecam, posset fundus ille æstimari iusto pretio a iudice, & deinde hæres hortari creditores, vt illum pretio æstimato vendant, quo casu nullum est hæredis dam-

damnum reperire, & creditores pecuniam reciperent. Quod si non reperiatur emptor, quare ego, quemam ratio dicit, ut potius haeredes lacerantur in re, quam creditores in modo? Certe nulla. Et hoc eueniret in nostro casu, ubi, empta re viliori pretio, creditores in modo non lacerentur, & haeredibus damnum inferretur super re, & quidem sua, ut supra satis exposuimus.

26 Quibus aptari poterunt quae dixerunt Oldradus, Cynus, Jacob de Beluis in d. S. & si prefatam, alijque, haeredes 27 nemp̄ haereditatem adeundo cum beneficio legis, & inuentarij tales appellari quoad eorum commodum, non verò damnum. Quare patet non posse testatorem prohibere, ne haeres inuentarij beneficio vtatur ex l. nemo potest, ff. de legibus, quia hoc primarium haeredis beneficium concernit, ut optimè Gizzarell. d. decif. Sardum reprehendens n.

59. Falsum tamē arbitror quod ipse subdit n. 61. haeredem videlicet, modo is emp̄torem reperire, teneri in pecunia debitum soluere, cum contrarium 38 hucusque probauerim. Sed non negauerim veram esse Doctrinam Gizzarelli, modo ipse loquatur, quotiescūque aderit iustus emptor, qui rem per iudicem appretiatam velit emere; quo casu, quia nullum haeredis damnum virgeret, dubiū nō est, quin teneretur pecuniam dare, reporte qui ab emp̄tore illam acciperet? Et ita intelligendos arbitror Doctores omnes, qui valuerunt, haeredes, quoties empros reperirent, teneri fundum vendere, scilicet dummodo de euictione non teneantur, nec fideiustores reperire, &c. nec tandem res viliori vendatur pretio, quo estimatur. Circa quod iudicis arbitriū requiritur, cuius est considerare fundum valorem, & cetera huiuscmodi, quae illius venditionem facilitent, neq; haeredem in danno reponant. Ceterum quibus nam euidentioribus argumentis aduersarij fulciantur, ignoro, ni fortasse velimus dicere, & absque fundamento d. S. & si prefatam loqui, cum,

nulla adest renunciatio, quod falsum esse hucusque, ostendimus. His ita lolutis.

Quintò probatur nostra sententia ex ijs, quę habentur in lib. feud. in cap. unico de eo, qui finem fecit agnato. de 29 feud. patern. vbi si tres sint, Titius, Maeuius, & Sāius; Titius verò feudum possidens illud Maeuius renunciet, & ei, cui Maeuius voluerit, si Maeuius decedat sine filijs, non poterit Sāius feudum pretendere ex eo, quod iam illud Maeuius renunciauit, quia, cum refutatio sit personalis, si intelligitur facta Maeuius, non intelligitur facta Sāio. Audite verba textus. Tres erant agnati, vel p̄ores, unus eorum habebat feudum, quod erat paternum, sed alter eorum finem, & refutationem, ei, suisque haeredibus, & cui ipse dederit, fecit. Decessit iste sine filio masculo, alter, qui non refutauit, vendicat sibi totum; alter verò, qui refutationem fecit, vult ad successōrem venire, pacto non obstante, sapientes quidem Mediolanenses interrogati responderunt, non obstat illud pactum, si igitur simplex renunciatio personalis est, ita, ut personam sequatur, & consequenter, quia Titius Maeuius renunciauit, non intelligatur renunciisse Sāio, cur quando defunctus renunciavit beneficio d. Auth. dici debet huiusmodi renunciationem personalem non esse, & personam defuncti deserere? Quod si personalem esse dixeris, ergo non obligantur haeredes l. idem in duobus S. 1. ff. de pactis. ibi. Personale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum nec ad heredem 31 Labeo ait. Et quidem quod talis renunciatio personalis sit, clarè patet, quia, is, qui renunciat, suo tantum fauori renunciare videtur obligando nō bona primariō, sed se ad dandam pecuniam, in cuius defectum bona intelliguntur hypothecata. Unde quod ego, cur haeres (modò inuentarium fecerit) non tenetur dare pecuniam, sed fundum? Profecto quia fundus ille hypothecatus erat. Quare creditori acquiritur, qui rem sequitur debitoris,

O a quae

quæ in posse hæredis reperitur, sed non reperit pecuniam, ergo illam sequi nō potest, neque potest persequi personam debitoris, quam nō induit hæres, ergo hæres non representat personalia defuncti personaliter obligatam, & beneficio renunciantem, sed tantum representat se ut possidentem bona, quæ iam erant defuncti. Quare ad obseruandam renunciationem, quæ personalis est, non tenetur, sed tantum ad æs alienum; quod in eius posse est, reddendum, si ergo personalis est, parum pradest iuramentum, cum (licet quoad obseruantiam ad hæredes transferatur, quod nos hucusque negauimus) illud non operetur, ut hæredes ad id teneantur, ad quod sola defuncti persona relevatur. Hæc sunt, quæ ad quæstionis veritatem indagandam adduxi non authoritatibus, sed rationibus cōfisis, vt adhærerem consilio Gizzarelli in d. decis. qui à n. 23. sit se rationibus, non authoritatibus moueri. Vnde si authores exoptas, consule Sardum in decis. 30. Gizzarelli de Franch. & Barbat. uberrimè in conf. 9. vol. 1. apud quos lōgam Doctorum seriem est reperire. Hec pro veritate tetigisse satis.

SYMMARIVM.

1. N equimus dispanere de bonis fidelibus.
2. Sed requiriunt Regis assensus, qui gratia dicuntur.
3. Et obtinere potest tam ab empore, quam a venditore.
4. In casibus, in quibus Princeps tenetur assentiri, habebur ut conscientiis.
5. Sed requiritur consensus declaratus.
6. Tempus statutum per Reg. Pragm. ad observandum assensum in forma Cancelaria.
7. Nec non præstatum iuramentum fidelitatis.
8. Status questionis.
9. Contractus feudalis sine Regio assensu est nullus. quomodo firmatam non habet quoad executionem.

10. Probatur novem argumentis.
11. Differencia penarum de iure communis, & de iure Regni contra alienantes fidelium sine Regio assensu.
12. De iure communis non erat permisum venire contra factum proprium.
13. Etiam de iure Regni ex contrahentique defectu sine Regio assensu, nec renocantis contractus inter legitima tempore feudum acquiritur domino.
14. Res illicita non invalidas contractus.
15. In turpi causa melior est conditio posseditis.
16. Non eo ipso, quo contractus est illicitus, dicitur invalidus,
17. Quod ab initio non valuit, recompensetur non potest.
18. Duo sunt confirmationum genera.
19. Ad confirmationem in forma specifica duo requiruntur.
20. Nunquam presumitur Princeps favens vni in alterius praeditum.
21. Quod contra suis est, impossibile indicatur.
22. Nemo cum aliena iactura locupletari debet.
23. Ius, & iniuria incompatibilis sunt.
24. Contractus feudalis dice non potest validus ad tempus.
25. An Deus posset remittere peccata ad tempus?
26. Cur post mortem contrahentis requiratur nouus hæredis consensus?
27. Venditio fœdi sub conditione assensus est permissa.
28. Sed utrumque contrahens debet conditionis enatum expectare.
29. Malum ex singulis defectibus, bonum ex integrâ causa.
30. Improbatur sententia Camerarij.
31. Narrantur iustitia effectus.
32. Remota iustitia, regna sunt magna latrociniia.
33. Iustitia est omnium virtutum Domina, & Regina.
34. Nec non omnes perfectiones continet.
35. Magistratum, & Principum statua à Thebanis efformabantur sine oculis, & sine manibus. Et quare?

QVÆ-

QVÆSTIO XXI.

An contractus feudalis sine Regio assensu ab initio sit inualidus?



Vm disponere nequeamus de ijs, quæ in nostro cōmercio non sunt. S. nullus, ubi DD. iustit. de rerum di-
visione, dum feuda sic se habent. c. impe-
rialis de prohib. feud. alien. ibi. Nemini
licere beneficia, quæ suis senioribus ha-
bent, sine iporum permissione distrahe-
re, vel aliquid commercium aduersus te-
norem nostra consiliorum excogitare, etc.
coharenter dicendum est nos de ijs li-
cet disponere non posse. Quare ad il-
la alienanda superuenit Principis assen-
sus, qui gratia dicitur, vt optimè in-
ter ceteros Affl. decif. 398. n. 5: & sic in
quocunque actu requiri assensum
omnes doctores pleno fatetur calamo;
solet autem ab emptore obtineri, vt
practicari refert Marciān. conf. 49. n. 18.
3 tom. I. Quamvis possit tam ab emptore,
quam à venditore, quorum interest
contractum reuocare, vt decisum te-
statur Reg. Ronit. ad Pragm. 26. de fēndis.
n. 23. Aduenit postremo Constitutio, Cō-
stitutionem Dīna Memoria, quæ sine spe-
ciali licentia contractus factos supèr
feudis infirmos reddit. Vnde ex om-
nibus feudistis requiritur expressus Prin-
cipis assensus; in ijs tamèn casibus, in
quibus Princeps assentiri tenetur, quos
videre est apud Reg. Merlin. contr. forens.
cap. 81. n. 3. cent. 2. habetur pro consentiente. Andr. in const. si quis post litem.
5 Reg. de Ponte dec. 4. n. 39. & 35. requiri-
tur nihilominus consensus declaratiūs. Ex
quibus euincitur ad confirmationē
d. Conſtit. semp̄ esse necessarium ex-
pressum Principis assensum, ad quem
obtinendum Regiæ Sanctiones tempus
limitarunt, intra quod omnia requisita
adimpleri deberent. Vnde inuictissi-

mus Rex Philippus anno 1579. gratiam
concessit, qua obtineri queat priuile-
gium Regij assensus in forma Cancel-
lariæ intra biennium à die obtēti assen-
sus à Prorege per verbū; fiat, vt confir-
7 matur per Prag. 23. de fēndis, post quod
obtentum ab eadem Pragm. annus cō-
stituitur ad expediendas literas assecu-
rationis vassallorum, & præstandū
fidelitatis iuramentum, qui an currat à
die obtenti priuilegij, an autem à die
post biennium? non est tām facilis de-
cisio; fortasse alibi, si tempora largiā-
tur. His ita dispositis, acerrimè cō-
8 trouertitur, an contractus factus sine
Regio assensu sit ab initio nullus, an
verò nullus reddatur post elapsum tem-
pus Regium assensum obtinendi? Pro
cuius quæſtionis explanationē adducē-
da essent quæ ſentere Doctores; atta-
mēn ad maiorem intelligentiā arbitror
meam præponere ſententiam, qua pro-
bata, facillimè videri poterit, an, quæ
in contrarium dixerint, vera ſint.
9 Indistinctè igitur aſſero contractum
non esse ab initio nullum, sed validif-
ſimum. Quod probo quoad primam
10 partem Primò ex dispositione Con-
ſtitutionis, constitutionem Diue Memoria,
quæ per Affl. correxit ius commune in
hoc, quod de iure communi alienans
feudum sine Domini consensu illud
amittit, & Domino applicatur, ſecus
verò, ſtante hac Conſtitutione, vbi per-
mittitur, non obſtantē quocūque iura-
mento, & stipulatione penali agi con-
tra factum proprium. Hoc ita ſe habē-
te, quid oportebat ſtatuere poſſe quē-
cūque venire contra factum proprium,
ſi factum illud nullum præſeferebat?
Secundò, quia ridicula redderetur
Conſtitutio; etenim per illam ſtatutum
eſt poſſe vendentem, & ementem ve-
nire

nire contra proprium factum, ergo deberent venire contra actum nullum, sed venire contra actum nullum est oppugnare eius nullitatem, ergo intentio illius constitutionis esset, ut quis venies contra factum, tollendo primam nullitatem, actum prius factum validaret per expressum actum contrarium. Quod quam ridiculos sit, vestrum est speculari; Igitur ad hoc evitandum, dicendum est illum actum non esse ab initio nullum.

Tertio, quia, cum sit permitta contractus reuocatio, si contractus ab initio nullus est, & consequenter non est, cum non entis nullæ sint partes, frustra videtur ille reuocari, ergo Constitutionis dispositio frustratoria redderetur.

Quartò; nam si qua in contrarium ratio vigeret, ea vtique esset, quia contractus tunc dicitur completus, cum in emptorem translatum est irrevocabile dominium *l. si ex emplo, ff. de act. emp.* Sed tale dominium non transfertur, nisi per Regium assensum, cum sine illo contractus iam reuocari queat, ergo contractus à principio perfectus non erat, sed imperfectus, & consequenter nullus. Hæc ratio autem non officit; etenim cum certum sit ex contractu, vel quasi oriri obligationem, *toto ist. inst. de oblige, quæ ex quasi contr. nasc.* quotiescumque obligatio nascitur, tories habetur contractus. Quare non valet argumentum, Non translatum irrevocabile dominium in emporem, ergo non habetur perfectus contractus emptionis; cum huiusmodi contractus consensu tantum perficiantur *S. consensu, iustit. de obligat. ex consens. ibi.* Consensu sunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatis, mandatis. Affertur in contrarium *l. ex emplo.* Sed hæc neque officit. ibi. Quæ res si quidem Dominus fuit vendor, facie & emporem Dominum, si non fuis, tantum caucionis nomine vendidorem obligas. Adeo obligatio, ergo contractus, quamvis non adsit dominium illud, quod aduersarij intendunt,

Vnde si contractum perfectum, & cōpletum intelligat, quod irrevocabile dominium annexum habet, vtique concedo in casu nostro non esse perfectum contractum; sed hæc mera quæstio de nomine est, cum cæteroqui nō benè indè inferatur, ergo contractus est nullus, dum vera nascitur obligatio. Sed aduersarij dicunt obligationē hanc non oriri ex contractu emptionis rei feudalis; nam quamvis nostra Constitutionis in hoc correxerit ius commune, vt scilicet permittum sit contrahentibus reuocare contractum, & contra factum proprium venire, quod de iure communi permittum non erat, *vt l. post mortem, ff. de adoptionibus, attamen si contractu non reuocauerint, incident in penas à iure communi promulgatas.* cap. 1. de probib. feud. alien. ibi. modis omnibus prohibemus pana autoritate nostra immunitate, ut vendor, empor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxisse, feudum amittant, (ex quibus patet de iure communi illicitum tantum, nec inualidum reddi contractum,) & ad dominum liberè reveriatur. Et paulo post. Præterea si quis infendit maior 14. annis sua incuria, vel negligencia per annum, & diem steterit, quod feudi inuestitram à proprio domino petierit, transacto hoc spatio, feudū amittat, & feudum ad dominum redeat. Vnde colligitur, quod sicuti in secundo casu, ita in primo feudum ad dominū reuertitur. Quare adueniens d. Constitutionis legem leniit, statuitque, posse contrahentes illum contractum reuocare, quem si non reuocauerint, cum super hoc nulla adsit Constitutionis dispositio, quia, vt correctiones euitemus ad sex. in l. precipimus C. de appell. recurrere debemus ad ius commune, dicendum est eos deperdere, feudum, & pretium, vt *Gloss. & Andro. ad d. const. verb. omnino.* Quam veram interpretationem amplexus est Dominius Consiliaris Staibanus innor in cens. 2. resol. for. resol. 183. n. 231. dicens insuper ex opinione Freccie, & Andrea dire-

Opus

Etum Dominum litem contestando, antequam ab altero ex contrahentibus contestetur, præferri, & consequenter ad se redire; quod ex multis ingeniosissimè, & ad rem comprobatur.

Hoc igitur pro certo habito, dicūt aduersarij, si in feudorum alienatione, & contractu sine Regis assensu concureret obligatio contrahentium, non obtento assensu, cùm peteretur à Domino directo feudu, venditor teneretur emptori pretium restituere, illumque releuare, sed non tenetur, quia Fisco acquiritur, vt per Andr. & Gloss. loco. cit. ergo non oritur huiusmodi obligatio, si non oritur obligatio, contractus dicetur nullus, igitur semper currit argumentum adductum. Ast neque officit hoc, imò pro nobis potius, quām in nos adducitur, cum ex illo benè probetur obligationem oriri; quero enim quotiescumque ex contractu obligatio non oritur, tenetur ne alter alteri quod suum est restituere? ità quidèm, quia dum contractus nullum babuit effectū, res remanet in pristino statu. Iam verò in casu nostro non ita se habet contractus, cùm tam pretium, quām feudu Fisco, & directo Domino acquiratur, & non utili primæuo Domino. Quod sijtà esset, utique conuinceret argumentum, Vndè euincitur hoc nō esse depositum ad nullitatem contractus inducendam, qui tantummodo consensu perficitur, sed in poenam contrahentium, & ne sine lege loquentes erubescamus, audite denuò verba legis suprà relata. *Modis omnibus prohibemus pœna autoritate nostra imminentem, ut venditor, & emptor, qui tam illicitas alienaciones reperti fuerint contraxisse.* Igitur iam contraxerunt, & in poenam postra sic à lege disponitur, neq; respódeant, contraxisse quidèm, sed nulliter; quia res illicitas contraxerunt; Nā contra; quia res illicita non inualidat contractum. Exemplum habemus in l. si fratres C. comm. utriusq; sud. ibi. Si fratres nostri pro indumento commune prædiū cura vestram voluntatem obligauerunt, &

hoc ad vos secundum pæctum diuisionis nulla pignoris facta mentione, peruenit euictis partibus, qua ante diuisionem siorum fuerunt, in quibus obligatio tantum conficit ex stipulatu, si intercessit, alioquin quanti interest, prescriptis verbis contra fratres agere potestis, nam si fundi scientes obligationem, dominum suscepitis, tantum euictionis promissionem sollicitate verborum, vel pacto promissam probantes eos conueniendi facultatem habebitis. Ex quibus verbis colligitur teneri vendentem de euictione, quamuis alienam rem contraxerit, quia de euictione promisit. Quod si non promisisset, nullo prorsus modo teneretur, nec pretium repetere posset. *Textus est in l. si fundum C. de euictione.* ibi. Si fundum sciens alienum, vel obligatum comparauit Athenocles, neque quicquā de euictione conuenit, quod eo nomine dedit, contra iuris possit rationem. Vndè si sciens emitti rem alienam, quamuis vero Domino eam restituere tenearis, non tamèn à venditore potes pretium exigere, dum sciens contraxisti, & sic dum quod dedisti repetere non potes, validus erit contractus, licet illicitus. Quę duo benè sunt ponderanda, necnon distinguenda; nam inualiditas contractus constaret tantum ex non consensu contrahentium l. 3. de pollicitationibus, cum cæteris substantialibus requisitis iuxta varias contractuum species. Sat est ergo rem alienam non inualidare contractū, vt ex suprà relatis iuribus appareat, dum pretium nemo restituere teneretur. Quod si clarissima exoptas verba, consule tex. in l. rem alienam 28. ff. de contrab. empt. ibi. Rem alienam disrahere, quem posse nulla dubitatio est, nam emptio; & venditio est, sed res emptori auferri potest. Et licet emptor vero Domino restituere teneatur fundum, quamuis non possit pretium à venditore repetere; vndè melior esset conditio venditoris; accidit hoc, quia in turpi causa melior est conditio possidentis l. si ob turpem, ff. de cond. ob turp. cauf. ibi. Porro autem si dantis, & accipientis turpis causa

causa sit, possessorem potiorem esse, & ideo repetitionem cessare, tamè si ex stipulatione solutum sit. Nec nouum est apud Theologos, aliud esse actum aliquem licet, aliud verò validè fieri. Exemplū habemus inter cæteros in Sacramento Eucharistiae, vbi Sacerdos, vera adhibita forma, quamuis sit in peccato mortali, validè Sacramentum conficit, quantumvis illicet; sic ergo discurrere fas sit in casu nostro, vbi contractus super re feudali validus est, licet illicitus. Nec dicat quisquis sit, non esse considerandam in contractibus differentiam validi, & illiciti; cum res illicita dicatur in genere moris; porrò statim, ac contractus in moribus peccat, inualidus est; nam in promptu est solutio; cum, sicuti in Sacramento consideratur ratio validi, & illiciti, ita considerari debeat in contractibus feudalibus; nec est maior ratio de uno, quā de alio. Vnde sicuti ibi considerantur mores, qui illud licitum constituunt coram Diuina iustitia, sic quoque hic coram humana, vt, si ibi in Deū peccetur, hic in Principem. Quare ex aliatis maiorein vim sumit nostra sententia; nam si ex relatis iuribus contractus super re aliena validus est in bonis burgensaticis, ergo à fortiori in feudalibus, in quibus vendor utile dominium habet.

Quintò igitur probatur nostra opinio ex verbis ipsius constitutionis. ibi. *Nisi de speciali nostra celsitudinis licentia confirmenur; ergo actus illi confirmari debent. Iam verò si nulli essent, confirmarentur in nullitate; quod quā alienum fuerit à constitutionis mente, neminem latet.*

Sextò, quia ex vulgatis iuribus, quod nullum est, confirmari non potest, sed illi actus confirmari possunt, ergo nulli non sunt.

17 Septimò; nam quod ab initio non valuit, tractu temporis reconualescere non potest. *I. quod ab initio ff. de reg. iur. Sed actus isti per aduersarios possunt reconualescere, ergo ab initio*

nulli non sunt.

Non ignoro Dominum Confiliarium Paulum Stasbanum, ubi supra, eruditissima de more methodo contra tria hæc ultimo loco adducta argumenta acriter insurgere; Ait enim primò non valere genus hoc arguendi. *Affensus confirmat actus nullos, ergo nulla est confirmationis, ergo illi confirmantur in nullitate.*

18 Nam duplex confirmationis genus regulariter à Doctoribus assignatur, altera est confirmationis in forma communi; in forma specifica altera, Confirmationem in forma communi nullum parere effectum, sed actum in eadem nullitate confirmare, ipse iam factetur; negat autem sic se habere confirmationem in forma specifica, quæ actum nullum validum reddit, cui consimilis est illa, quam, *ex certa scientia*, vocant, dum ius nouum tribuit. Vnde quotiescumque est clausula, *ex certa scientia*, toties dicit dubitari non posse, quin confirmationis sit in forma specifica. Quæ clausula in omnibus assensibus interponitur.

Antequam ergo ad ulteriora procedam, liceat, salua tanti viri pace, asserere non infirmari ex his nostra argumenta, etenim admitto ego quoque differentiam hanc inter confirmationem in forma communi, & specifica, siue cum clausula, *ex certa scientia*; sed licet aduertere, quod ait Rous. in prag.

19 4. de possess. non turb. num. 17. & sequen. scilicet duo requiri ad confirmationem in forma specifica, siue cum clausula, *ex certa scientia*, primò, vt ea fiat causa cognita, & parte citata, secundò ex certa scientia, quæ causæ cognitionis præcedit, vt quodcumque præiudicium examinetur; vnde examinatum excludatur. Socin. Sen. conf. 164. nu. 7. Menoch. conf. 1. num. 433. Curt. Iun. conf. 142. nu. 8. Gratia enim semper à Principe conceditur cum clausula, dummodo per eam alteri præiudicium non inducatur. Reg. Tapiæ de const. Princ. in rubr. cap. 2. num. 23. Valenzuola confit.

153. num. 6. de Ponte de potest. Proreg.
tit. 2. §. 1. num. 9. Sanfelice. decis. 62. n. 59.
Galeot. contravers. illustr. lib. 1. cap. 52. nn.
18. quia nunquam præsumi certum est
Principem vni fauere in alterius præ-
iudicium. l. quosies. l. nec damna. C. de
prec. Imp. off. Ad quæ conualidanda
iuvat quidem aurea Reg. Vr/ſis. verba
referre in tract. de succēſ. feud. part. 1.
quæst. 3. art. 4. ibi. Non enim concedendū
21 est voluisse Principem impossibile. & quod
contra ius est impossibile indicatur. l. re-
prehendenda C. de inst. & subst. l. uer
ex fratribus iunct. Glos. in verb. conſo-
brinam ff. de condit. & demonstr. & na-
32 tura aquam est neminem cum aliena ia-
etura locupletari. l. nam hoc natura ff. de
cond. indeb. insuper cum ius, & iniuria
33 contraria sint. l. 1. ff. de iniurijs, palam
est non posse Principem, qui ius viuum est,
quod cum alterius facit iniuria, & deinde
in num. 28. subdit, securi de hac re diffe-
rimas sub tam catholicō, tam pio, & iu-
stitia cultore Principe Hyspaniarum Rege
D. N. cuius maxima apud omnes gentes
est gloria, quod putas maius imperio subi-
cere legibus principatum, & sibi tantum
illud vult licere, quod licet, hoc suppo-
sito, certum arbitror regulariter loqué-
do, cùm in forma specifica huiusmodi
assensus expediuntur, non solere cita-
ri partes. Quero ego à Domino Staiba-
mo, cur hoc? Respondeat Rouetus loc.
cit. num. 19. quod quando fit renouatio
ab illo, qui potest gratiam concedere,
citatio non requiratur, quia nullum
partis interesse consideratur; vndē re-
quiritur tantum causæ cognitio, quæ
adhibita censetur per expressam clau-
ſulam, ex certa scientia, ſolitam in hu-
ijsmodi assensibus apponi. Optima fa-
nè responsio.

Fingamus modò partes nullo modo
contraxisse ſupèr re feudalī, poſſet ne
Princeps præſtare assensum & ridicula-
videtur petitio, cum assensus versari
debeat ſupèr contractu aliquo, & con-
ſequenter vbi nullus adest contractus,
assensus redditur fruſtratorius. Profet-
A dō ſi in caſu noſtro cōtractus non eſt,

quia nullus (ſi expreſſe poſtea non ra-
tificabitur) ad quid aſſenſus? ergo di-
cendum eſt, conſenſum non præſtari in
forma ſpecifica, ſed communi, ac pro-
indē operari, vt actus valeat eo modo,
qua eſt, ſed eſt nullus, igitur illum re-
linquit in ſua nullitate. Verū ex alte-
ra parte apparet aſſenſum præſtari in
forma ſpecifica, ac pindē cū clauſula,
ex certa ſcientia, ergo dici debet illum
cadere ſuprā contractum, qui adſit, ac
proindē nullus non ſit, qui quanuis il-
licitus, licitus fit per aſſenſum in for-
ma ſpecifica obtentum. Cæterum ſi
Princeps ſupponeret contractum in-
validum, & nullum eſſe, deberet par-
tes citare; vt denuò contraherent, vel
expreſſe ratum haberent contra et um,
ad hoc, vt dici poſſet aſſenſus in forma
specificā, & certa ex ſcientia præti-
tus.

24. Neque poſteſt dici contractum eſſe
validum ad tempus, & viſque ad bienn-
ium; poſt quod tempus inuaidetur
25 exemplo peccatoris, cuius peccata
per Theologos poſteſt Deus ad tempus
remittere, ita, vt illo elapſo reuiuiscat;
nam in contrariū veritas eſt, quia ſi cō-
tractus intra biennium validus eſt, etiā
ſi poſtea non obtineretur Regis aſſenſus,
poſſet altera ex partibus inſtare, &
vt ſibi ſolueretur pro rata biennij, quæ
in pacto inſerta eſſent, exempli gratia
viginti aurei, quos Titius protinifſet
ſoluere, ſi Sempronius illi feudum ve-
deret, quod falſum eſſe apud omnes
opinor; & rationabilius diſcurrunt, qui
ab initio nullum teſſidunt huiusmodi
contractum. Neque obſtat exemplum
peccatoris, cum, præterquamquod in
Theologia ego contrarium teneam ex
rationibus, quas hic vt impertinentes
non appono, ſtante tali pacto, & pro-
miſſione Dei, elapſo iam illo tempore,
ſemp̄r̄ valeat dicere peccatorem illū
fuſſe tunc temporis Dei amicum, & ex
operibus bonis patratis beatitudinem
fuſſe meritum ita, vt ſi denuò, poſt
quā peccata reuiuiscere cæperunt, il-
la per poenitentiam deleaf, reuiuiscant

P ope-

opera bona patrata, cùm Dei erat amicus, non sic autem discurrere possumus de contractu feudalì; nam post elapsum tempus biennij à *Pragmas* statutum, si altera ex partibus contractum reuocaret (sicuti de Deo diximus, qui post elapsum tempus homini promisum, illum denuò suum inimicum declararet) si deinde super illa, & eadem numero re iterum contraherent, nunquam contractus ille anterior revivisceret, ita, vt pacta, quæ ibi erant initia obseruanda essent (sicuti bona opera hominis reviviscunt) sed tantum ea obseruarentur, quæ in ultimo contractu essent apposita, ergo paritas locatoris non obstat, sed hæc dicta sine ad confutandam eorum opinionem, qui ex alta speculatione adduxerunt in partitatem ea, quæ vel dubia censentur, vel falsa.

Quando ergo dicitur gratiam obtentam in forma specifica conualidare, quemcunque actum antecedenter nullum, intelligendum est, cùm actus antecedentis reuocatio, & conualidatio dependet omnino ab eodem Principe, puta si Princeps antea in alicius præiudicium gratiam Titio concessisset, quæ nulla, vt diximus, est, deinde obuians illius præiudicio, causa cognita, aliam denuò gratiam concederet, hæc dicetur denuò concedi, quia in forma specifica, & conualidare gratiam primam nullam, quæ ab eodem Principe emanauit; non sic discurrendum est in contractibus feudalibus, dum partium est contrahere, ac proinde Princeps earum officio non fungitur, & sic illas citare teneretur; vnde ad hoc euitandum dicendum est contractum ab initio validum esse, gratiamque in forma specifica obtentam operari, vt actus alioquin illicitus, licitus fiat.

Tandem *Dominus Staibanus* quæstionem hanc trutinans insurgit contra ultimum argumentum à nobis propositum, atque *d. l. quod ab initio*, non procedere, quando superuenit causa confirmans, qualis est Regis assensus

in forma specifica obtentus; sed præterquamquod ex dictis non lèdamur hac responsione, dico vterius causam hanc denuò superuenientem, vt confirmaret actum nullum, deberè confirmare ex nunc, non ex tunc, vt alias de filiofamilias contrahente diximus; profectò nō potest confirmare ex nūc, quia non adest expressa partium ratificatio, quarum est contrahere, & consequenter vel actus ex tuc deberet esse validus, vel si nullus, in sua nullitate confirmaretur.

Probatur octauo nostra sententia, qnia idèo fortassis contractus ab initio esset nullus (& est pulchra *Domini Staibani* animaduersio) quia, cum per contrahentis obitum requiratur nouus hæredis consensus ad hoc, vt præstari possit Regis assensus, si defuncti contractus validus fuisset, non requireretur nouus consensus, qui, quia requiritur, nullus fuit antecedens; sed hæc ratio me non stringit; nam ego, qui sto pro contractus validitate, non idèo nouum hæredis consensum requiro, quia actus fuit nullus, sed quia, cum à 26 constitutione data sit potestas contrahentibus reuocandi contractus, & hæredibus non ratum habendi factum defunctorum vt illicitum, si poterant contrahentes contra factum proprium venire, multò fortius possunt ipsi hæres, & sic, dum Regis gratia, vt suprà fundauit, non conceditur in tertij præiudicium, meritò non datur assensus sine nouo hæredum consensu, vt, cum in forma specifica detur, præcedat causæ cognitio, & videatur, an hæres velit reuocare, quod noluit defunctus, quod si reuocauerit, locū non sibi vendicabit assensus; secùs verò ni reuocarit, sed per expressam ratificationem ex nunc consensum nouum præstiterit; vnde nouus dicetur contractus; & ita intelligendam arbitror doctrinam illā inter feudistas inueteratā, Regis scilicet assensum sine nouo hæredum consensu non habere, vbi figat pedes.

Hacque occasione defumpta, cum regu-

regulariter in feudorum alienationibus soleat obligari hæredes, salvo Regio assensu intra legitima tempora obtinendo, si tempore intermedio decebat contrahens, dicerem non teneri hæredem nouum præstare consensum, dummodo regis assensus infra statutū tempus expediatur, cum non credam
 27 in dubium reuocari posse, quin feudi venditio sub conditione assensus impetrandi prohibita non sit, sed licita, valida, & subsistens. *Iacob. de Ardizon. in summa feudal. cap. 119. circa finem Balb. in cap. 1. §. hoc quoque n. 18. & 19. de success. feud. Aluarote. in cap. imperiale. num. 15. de prohibit. feud. alien. de Ponte consul. 17. num. 21. & seq. vol. 2.* Vnde non potest alter ex contrahentibus à contractu resilire, altero
 28 inuitio, sed uterque debet conditionis euentum expectare, ut *Gloss.* communiter approbata *inst. de emp. & vend. in princ. vers. contrahitur. Aff. dec. 280. num. 3.* & in specie de alienatione feudi facta sub assensu conditione loquuntur, & sentiunt. *Luc. de Penn. in l. nulli 13. num. 1. circa fin. C. de feudal. partim. Aff. in cap. 1. quæst. 21. num. 6. de prob. feud. alien. Carleual. de iudic. som. 2. disp. 23. num. 24.*

Probatur tamē nostra assertio quoad primam partem; nam ideò postremò contractus nullus redderetur, quia ex verbis *constitutionis* eruitur huiusmodi contractum sine Regis assensu nullam habere firmitatem. Iam verò ex ijsdem suprà satis probauimus contractum nullum non esse. Quod autem *constitutio* dicit, eos nullam habere firmitatem, nil mirum; eo enim ipso, quo aliquid illicitum est, firmum in iure non dicitur, cum iura nostra ad illicita non extendantur; nec ex particula, nullam, deduci debet contractus esse inualidos; nam, cum malū
 29 ex singulis defectibus, bonum verò ex integra oriatur causa, hinc fit, cum huiusmodi contractus illiciti sint, non posse eos dici firmos, dum eam non habent integratatem, quæ ad bonum

constituendum requiritur. Quare ex defectu hoc simpliciter infirmi appellantur, exemplo peccatoris damnati, qui, licet multa bona opera patravit, nihilominus ob vnum peccatum mortale illi gloria denegata est. Vnde & simpliciter malus appellatur. Sit quoque exemplum quodcunque compositum, quod vt simpliciter destructum nominetur, sat est, vt una tantum pars illius destruatur, licet aliæ supersint. Quod satis explicuit *Iustinianus in l. cū Syllanianum. C. ad Syllan.* cùm dixit. Nihil etenim actum esse credimus, dum aliquid addendum superest. Quodque alijs verbis exponitur in cap. nihil contra 16. causa 7. quæst. 1. vbi. Quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleatur: ibique *Gloss. verb. compleatur.* varia huiuscmodi iura allegat.

Nec præterea debemus efformare, figura afferentes dict. *constitutionem* impropria verba fuisse loquutam, dum dixit, alienationes, & contractus hos nullam habere firmitatem, cum perly, alienationes, non intellexerit veras, sed improprias, & nullas; etenim hoc gratis affereretur, quia igitur plurimis in locis constitutio propalat hæc verba, alienationes, contractus, contrahentes, &c. dicendum est eam voluisse loqui de veris, & proprijs contractibus, & alienationibus; cum alioquin appellandæ non essent alienationes, ex pulcherrimo textu in l. alienatum de verb. signif. ibi. Alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet. Dum igitur constitutio dicit contractus super rebus feudalibus nullam habere firmitatem, loquitur de veris, & non inualidis contractibus, cū pro hac explicatione urgentes præsent rationes. Cæterum responcionem ad *Senatus Consuli Velleiani* paritatē, quæ fortassis adduci posset, silentio prætereundam arbitror, cum nullitas contractuum per mulieres initorum satis superque constet. Quod si dixeris etiam constare in iure nullitatem contractuum super feudalibus sine Regis assensu, dū

in commercio nostro non sunt, respondeo primò negando aduersariorū aſſumptum, feudalia ſclicet in commer-cio nostro non eſſe, cum contrarium fateatur. *Iſerni. in confl. violentias col.*
 4. Secundo facilis eſt responsio deduci-ta ex paritate contractus ſupèr re aliena, qui validus eſt, ut ſuprà exposui-mus, imò plus eſt conſiderare in con-tractu ſupèr re aliena, in qua nullum habemus dominium, quām ſupèr re-bus feudalibus, ſupèr quibus utile do-minium retineimus.

Cum ergo contractus ab initio ſu-pèr re teudali nullus non ſit, deduci-tur euidentēr eſſe validum, ſicque de-uenio ad ſecundam noſtræ aſſertionis partem comprobandum; nam idcò for-çalſè validus non eſſet, quia deberet ſuſpensu remanere; ſed cur hoc? de-ficitne aliquid requiſitum eſſentialē? ſi deficit, ergo nullus eſt, ſi ſecūs, ergo validus. Evidēt erubesco de hac re verba facere, cum ſuperfluum cen-ſeam probare, quæ ex ſe iſpis huc uſq; probata ſunt; Quoniam verò hæc eſt doctrina Camerary (qui utinam philo-ſophiæ non parentaſſet) in cap. imperia-lem, ne cæteros illa deinceps decipiāt, liceat eius errorem ad euidentiam de-monſtrare.

30 Dicit Camerarius contractum non-eſſe omnino nullum, ſed mapere in-pendenti, donēc aſſensus impetretur. Hæc aſſertio, ſalua eius pace, abſque fundamento eſt; nam contractus nul-lus nil aliud ſonat, quām contractum non eſſe, ſicuti dicimus, *nox eſt, ergo non dies*. Si igitur ab initio contractus non eſt nullus, ergo adeſt, cum inter-eſſe, & non eſſe non detur mēdiūm; ſi adeſt contractus, queſtio iam abſol-uītur; tota enim diſcultas eſt, an verè ille ſit. De hoc nulli dubium. Evidē non credo Camerarium voluisse con-tractum nullum eſſe quid poſtiuum, ſicuti quandoque à multis ex rusticis apprehenduntur tenebræ, cæteræque priuationes; ſed contractum eſſe qui-dēm validum ab initio, at eius effectū

exequutionemque manere in penden-ti uſque ad Regis aſſenſum, quod nos uſtrō concedimus, dūm, cūm ex de-fectu Regis aſſenſus contractus fuerit illicitus, quoſcunq; deinde ille aduenit, eius defectus purgatur, & li-citus fit; vndē exequutio non impedi-tur. Hæc ſunt, quæ pro tam implicata queſtione nouiter aduertenda ſum ar-bitratus gratia diſputandi. Cæterum an diſcultatem patiatur? conſulte *Do-minum Staibānum loc. cit.* qui ad eam decidendam oculatos vult iudices, ut veritatem indagent, eosque hortatur, ut diligentēr ea, quæ decisuri ſunt, ad-uertant iuribus tantum, non luxu, cæte-ris que illecebris dueti. Quod an diſfi-cile ſit, an verò facile neminem latet. Quarè ego quoque ad integerimorū iudicū ſolatiū, & iniquissimorū, corruptorumque correctionem non-nulla hīc apponere iudicū facta, & illuſtrium virorum dicta censui. Nar-rat ergo *Hypſius in monitis*, à Leone Ar-menio Imperatore certiorato de iuſtitia, non administrata ab eius iudice pro quodam egeno, cuius vxor in concu-binam à Senatore detinebatur, fuiffe, & iudicem dignitate, & Senatorem vita ſpoliatum. Nec mīnus narratu di-gnum eſt, quod ex *Nicephor. Calif. lib. 3. Eccles. hiſt. cap. 23.* colligitur, vbi *Trajanus Imperator* adeò iuſtitiam dilexit, ut urbis præfecto ſtrictum enſem in omnium conſpectu dederit, dixeritque Cape ferrum hoc; & ſi quidēm reſtē imperium gessero pro me, ſin aliter contra me hoc utere. Minus quoque deferendum arbitror quod, teſte *Lacri-tio*, in iuſtitiæ intuitum egit *Pictacus Mitileneus*, qui, cum de agri poſſeſſio-ne litem ageret *Mitilenai* cum *Atheniensibus*, electus iudex, quamuis *Mitile-neus* pro *Atheniensibus* pronunciauit. Quamobrem *Mitilenai* illum Principē crearunt, cum iuſtum agnoſcerent. Un-dē mirum nō eſt ſi ſcilitatus *Agesilaus*, *Plutar. in Lacon.* referente, utra virtus eſſet prætantior, fortitudo, an iuſtitia responderet, fortitudinis nullum eſſe uſum,

vsum, nisi adsit iustitia; quod si omnes essent iusti, nihil opus fore fortitudine, nil, inquam, mirum, si *Leo Eurycreatus* filius cuidam percontantem in quamam vrbe tutus viuere posset, responsum dederit, vbi iustitia vigeret; quare
 32 illa remota, regna non sunt, nisi magna latrocinia *S. August.* lib. 2. de *Civitate Dei*, & è contra Regna illa, quæ eam amplexantur, omnes virtutum species vno iustitiae nomine possident. *S. Hieronymus ad Demetriad.* tom. 9. cum videatur hæc esse omnium virtutum Domina, & Regina, neque Hesperus, neque Lucifer tantam sui excitat administrationem. *Arist. lib. 5. Ethic. c. 1.* Ecquis ergo tam cæcutiens eam negliget, si pax est populorum, patriæ tutamen, gentis munimentum, gaudium hominum, pauperum solarium, hereditas filiorum, & sibi met ipsi spes futura beatitudinis. *S. Cyprian. lib. de duodecim abusione.* Vnde cum ea unicum suum tribuat, alienum non vendicet, utilitatem propriam negligat, & communem æquitatem custodiat ex *S. Ambroso lib. 1. de off. canonicis*
 35 ueant indices eam præ oculis habere, sciantque *Thebanis* magistratum statuas sine manibus forniari solitas, Principum vero clausis oculis, vt ostenderent iustitiam incorruptam præseferre, nec pretio, vel precibus, aut voluptati ulli cadere. Hæc dicta sint ad comprobanda, quæ eximia animi integritate profert *Dominus Stephanus locutus*. Cæterum non negauerim hæc ad nostram questionem non pertinere.

SYMMARIVM.

- 1 **V**estitionis utilitas.
- 2 **O** Adversariorum opinio probatur pollicis argumentis.
- 3 **D**octrina Macchiaelli impia est.
- 4 **P**robatur secundò rationibus desumptis à iure canonico.
- 5 **F**istula, canales, &c. domui cedunt.
- 6 **S**ervitutes fundum sequuntur.
- 7 **A**edificium, per quod fistulis aqua ducitur fundo cedit.


- 8 **S**icuti & iter aquæ.
- 9 **M**eliorationes solo cedunt.
- 10 **A**ppellatione ciuitatis veniunt sub urbis.
- 11 **L**egata domo, videtur legata insula ibi contigua.
- 12 **E**t legatis adibns, videtur legata aedificia, qua suprà solum earum sunt.
- 13 **L**egato fundo, debetur quod postea adiectum est.
- 14 **A**ccessorium sequitur naturam principalis.
- 15 **Q**uando appellatione fundi veniant pascua?
- 16 **P**robatur tertio aduersantium opinionibus desumptis è libris feudorum.
- 17 **M**obilia depurata ad usum feudi partes feudi dicuntur.
- 18 **A**ddita fendo tanquam indivisibilia fendo cedunt, sed quomodo? vide num. 30.
- 19 **P**robatur postremo decisi. Sacri Consilij.
- 20 **R**efertur alia sententia in iure firmissima.
- 21 **D**iluntur politica aduersariorum argumenta.
- 22 **O**mnia ad Principem suendum afferuntur.
- 23 **G**loria Principis subditos est habere distissimos.
- 24 **I**mpia Macchiaelli doctrina locum potius haberet, stante aduersariorum sententia.
- 25 **P**rincepstetur summum Bonum imitari.
- 26 **D**iluntur secundè argumenta fundata in iure communi cesareo.
- 27 **Q**uandonam accessorium dicatur sequi principialis naturam?
- 28 **S**oluuntur argumenta deducta è libris feudorum.
- 29 **N**on valeat argumentum pars feudi est, ergo feudal is, loquendo in mobilibus.
- 30 **I**ndivisibilia tunc cedunt feudo; quando ut servitutes habentur.
- 31 **E**xaminantur duo puncta ad questionis facilitatem.
- 32 **Q**uid impenses aliquid, non subsistere per se?

13 Et

- 33 *Et quid rem posse per se subsisteret?*
 34 *An Dominus teneatur soluere premium
earum rerum, qua per se subsistere
nequeunt?*
 35 *Refertur prima sententia super dubio.*
 36 *Construens adficium super solo alieno
scienter non potest repescere premium.*
 37 *Refertur alia sententia.*
- 38 *Construens adficium super solo feudali
scienter poteris premium repescere.*
 39 *Refertur tertia sententia.*
 40 *Intellexus ad cap. i. §. si vassallus. hic
finitur lex, &c.*
 41 *Explicatur decisio relata à Gizzarello,
& concordatur dictis Regentis Moles.*

Q V Æ S T I O X X I I .

An addita feudo censenda sint feudalia, & quando loco meliorationum habeantur? ad cap. i. §. è contrario, de inuest. de re alien. fact. dilucidationem.



Vius quæstionis utilitas in eo potissimum consistit; nam si addita fredo feudali feudalia nō sunt, cùm de Longobardorum iure succedunt hæredes, addita extraneis institutionis acquiruntur; sì autem Francorū, ijs secundo geniti gaudent, aliquique extranei instituti. Quare si feudalia sint, primogenitis tantum, vel ijs, ad quos successio spectat, acquiruntur.

2. Primò igitur suaderi videtur, addita fundo feudali à feudatario feudalia esse, rationibus politicis; etenim cum Principis intersit sub eius tantum imperio feudum esse, sicuti sub uno gubernatore una subest nauis. *Lyp. in lib. polit. cap. 2.* Si illa feudalia non essent, vnum corpus dupli directo dominio subesset, Principis scilicet, & cuiuslibet aliis extranei hæredis. Quinimò quandoque eveniret, vt maius, quām ipse Dominus dominium haberet extraneus ex rebus ibi additis. Unde derisorum censeretur illud Principis. Et tandem is difficillimè vtilem sub se reperiret dominum, qui in ipso feudo alium se ditionem, nec dominum directum agnoscetem inspice-

ret, Quę quām absurdā sint, politicorum est aduertere; Nec huiusmodi argumenta dilui possunt ex eo, quia absurdis hisce facile obuiarent Principes, si ijs earum rerum ibi additarum premium soluerent; etenim & vbinam eorum augmenta, si barones hæc prævidentes, feuda continuò diminuendo, vel saltē illa non meliorando ad directi Domini beneficium, ea adderent, quę Principes ex noua meliorationū solutione redderent inopes? Vbi nam vera primogenitorum legitima, quę per feudistas omnes feudum est, si ultra vitam, & militiam secundogenitis debitam, vt ijs premium soluerent, quandoque vel feudum vendere congerent, & naturam accusando, quāuis primogeniti, secundorum indueret conditionem? Iam locum haberent, quę infamis politicorū Princeps Machiauellus voluit, interesse scilicet Reipubl. nè ciues diuitijs augeantur, dum ille tutum Principum præsidium non amorem, sed metum agnoscebat, vt sceloste illud proclama propalaret, oderint dum metuant. *Suet. in eius vita.* Quod eruditè improbabuit *V. I. D. Dominus Dominicus de Rubeis ex primarijs in Urbe Neapolit. causarum patronis in quadam sua oratione pro Barone Michaele de Petris mox typis tradenda.* vbi perspicua

spicua Methodo difficillimum articulū in materia de feudis dilucidat, resoluteque. Hæc, inquam, locum sibi vendicarent, cum miserrimi Baronum heredes, ut pretium soluerent, inopes redderentur, & non iniuria fateri possent, Principes hoc pati, ut implam Macchiauelli doctrinam sectentur, nec sinant familiarum dignitatē diuitijs augeri. Quod quām impium sit, ipsimet aduertant Principes, qui eorum seruitijs bellī, pacisue tempore vti nequirēt, dum eos opibus destitutos agnoscerēt. Neque dicat quisquis sit, raro accidere, addita eō vberima esse, ut primogenitos feudo, opibusue spolient; cum ex ijs, quæ hucusque diximus, palam sit. Quin imò præberetur Baronibus subditos vexandi, ab eisque illicita extorquenti occasio. Vndē aptius esset eos iurisdictione priuari, ne cum alterius iactura locupletarentur. Quare ad tot cuitanda, ut quisque sua sorte gaudeat, dicendum proculdubio est, addita feudo feudalia esse.

Quod secundò suaderetur rationibus à iure communi Cæsareo desumptis. Et primò se se offert responsum Vlpiani in l. Iulianus §. fin. ff. de act. emp. & vēd. ibi. Aedibus distractis, vel legatis, ea esse adiūcū solemus dicere, qua quasi pars adiūcū, vel proper ades habentur, ut pura putes alia. Igitur si, legato, vel vendito fundo, veniunt omnia, quæ sunt propter fundum, cùm quis succedit in feudo, succedit etiā in omnibus, quæ sūt propter feudum, sed ppter feudū sunt addita feudo, ergo in illis etiam succedere debet. Vndē in quinque legibus sequentibus omnia, quæ in venditione veniunt, enumerantur. ibi. Idest quod putes operitur, fundus, labra salientes fistula quoque, qua salientes funzuntur, quamvis (notate) longe excurrans extra adificium, item canales, &c. non magis, quām puli, aut cœrs animalia, qua in fundo sunt. Aliaque, quæ non breui calamo ibi apponuntur. Quid ergo mirum, si addita feudo feudi naturam assumant, dum, quæ in fundo sūt,

eius naturam iaduunt?

5 Secundò cur meliorationes factæ in feudo non debent illi cedere, si fistule & canales cedunt domui? Quod patet ex l. si vendor in fin. ff. cod. ibi. Non ne proprius est, ut inserta, & inclusa adificio partem etus existimemus eſe? Cur ergo, inquam, aptius non est, ut inserta, & inclusa feudo partem eius existimemus?

6 Tertiò, si aquæ ductus, cæteraq; iura realia, modò domui meæ competent, licet nihil expresserim, emptori acquiruntur. ex l. si aqua ductus, ff. de contrah. emp. ibi. Si aqua ductus debeatur predio, & ius aqua transit ad emptorem, etiam si nibil dictum sit, sic ut ipſa fistula, per quas aqua ducitur. Congruētē dicimus bona addita feudo acquirenti feudū acquiri, quamuis de ijs nulla fiat mentio. Et ne amplius vlli dubio locus esse queat, liceat:

7 Quartò recensere aurea verba sextus in l. fistulas, ff. cod. ibi. Fistulas emptori accessuras in lege dictum erat, quarebatur, an castellum, ex quo fistulis aqua daretur, accederet? Respondi apparere id actum esse, ut id quoq; accederet, licet scriptura non contineretur. Quantò fortius ergo dicendū est in casu nostro, vbi cederent feudo melioramenta, & cæterā additā ipsimet feudo?

8 Quintò colligitur ex rex. in l. quifūdum §. 1. ff. de contrah. emp. ibi. In lege fundi aquam accessuram dixit, quarebatur an etiam iter aqua accessisset? Respondit sibi videri id actū esse, & imò iter quoq; venditorem tradere oportere. Quæ verba latē hanc sententiam confirmant.

9 Sextò nouum non est meliorationes solo cedere. l. si quis sciens l. 3. l. redemptores, ff. de rei vend. igitur etiam meliorationes feudi illi cedere debent.

Septimò probatur ex l. testatrix §. fin. ff. si seruit. vendit. ibi. Quare an in venditione etiam ius illud sequuntū sit prædia, cùm eius voluntatis venditores fuerat, ut & hoc alienare? Respondi id obseruan- dū, quod actū inter contrahentes eſet; sed

sed si voluntas contrahentia manifesta nō sit (notata) & hoc ius ad emptores transfore. Item quero, an cum pars illorū proprietarū fundorum legato ad aliquem transmissa sit, aliquid iuris secuto bnius compascui traxerit? Respondi enim id quoq; ius fundi, qui legatus esset, videretur, id quoq; cesserū legatario. Quid ergo pro hac sententia dubitandum restat?

Octauò suadetur paritate casus l. vxo rem S. legatus, ff. de legat. 3. ibi. Legaturat per fideicommissum ita. Quicquid in patria Gadibus possedeo. Quasitum est, an si quem suburbanam adiacentem possessionem haberes, bac quoque ex causa fideicommissi Manio debeatur? Respondit posse ad hanc quoque verborum significacionem extendi. Cum ergo non solum debeantur quæ in ciuitate is possidebat, Sed etiā in suburbis ex eo, quia etiam suburbia veniunt sub nomine ciuitatis, cur appellatione feudi venire nequeunt quæ in feudo continentur?

Nonò paritate tex, in l. pradv. S. bat. neas, ff. eod. ibi. Qui domum possedebat, hortum vicinum adibus comparavit, ac postea domum legauit. Si hortum domus causa comparauit, ut amoenorem domum, ac salubriorem possederet, adiutumque in eum per domum habuit, & adiutum hor- tus additamentum fuit, domus legato co- rrinthibatur, Appellatione dicens insulam quoque sanctam domui videri lega- tam, si uno prezzo, cum doceo comparata fuisset, & versusque pensiones similiè acceptolatas rationibus ostenderetur.

12 Decimò paritate tex, in l. si cui ades 30. ff. eod. ibi. Si cui ades legata sit, is omne habebit id adiectum, quod suprà so- lum earum adiutum erit. Ergo à pari, cui debetur feendum, debitur omne id, quod suprà feendum erit.

Decimò primò clarissimè suadetur ex euidenti paritate tex. in l. cum fundus, ff. de legat. 2. ibi. Cum fundus nominatim legatus est: si quid ei post testamentum fa- cium adiectum sit, id quoque legato cedit, 13 etiam si illa verba adiecta non sint, qui meus erit, si modo testator eam partem non separatim possedit, sed uniuersitati prioris

fundi adiunxit. Cur ergo àfferendum non erit etiam addita feudo cedere in feudi beneficium? certè disparitatē reperire non est.

14 Decimò secundò probatur, quia accessorum sequitur sui principalis naturam l. si quando cum concordant: C. de bon. vacant. lib. 10. Sed quæ adduntur feidis ex eo, quod illis accedunt, accessoria dicuntur, igitur sequuntur naturam principalis. Profectò principali fundus feudal is est, ergo & ea, quæ ibi adduntur, feudalia erunt.

Decimò tertio ex l. Seie S. Tyranna, ff. de fund. instr. vel inst. leg. ibi. Tyranna saxonica fundum item Gracianum cum fabulo, & instrumento rusticō omni re- 15 linquo. Quaritur ab fundi appellatione etiam pascua, que ad eum simul cum fundo peruerentur, & qua semper in usibus bniis possessionis habuerat, legato cederet? Respondi, si prata fundo Graciano ita conquisisset, ut sub una fundi appellatione haberentur, ea quoque deberi. Sed quæ sunt addita fundo feudali sub vna fundi appellatione veniunt, ergo cum feudo debentur; igitur feudalia sunt.

Decimò quartò confirmatur hæc se- tentia ex ijs, quæ refert Vlpianus in l. quasitum, ff. eod. ibi. Quasitum est an fru- mentum, quod cibarijs cultorum paratum foret, instrumento cederet & plurimis non placet, quia consumeretur: quippe instru- mentum est apparatus rerum diuini man- surarum, sine quibus exerceri possesio nec quiret. Accedit eo, quod cibaria victus magis, quam colendi causa pararentur. Sed ego puto & frumentum, & vinum ad cibaria paratum instrumento contineri. Vi- deat ergo qui vult an hæc sententia vera sit, dum huiusmodi ratio à fortiori militat in casu nostro.

16 Suadetur tertio rationibus desum- ptis è libris feudorum, ceterisque feu- distarum dictis, & primò ex cap. 1. S. è contrario. de invest. de re alien. fact. vbi, postquam cap. loquutum fuit de prædio extra feendum, hæc ait Si vero per se non possit subfistere, ut seruitus, plerisque pla- cet feundo accedere, & sicut partem feudi dif-

disponendum esse; meliorens nanc; (notate) conditione feudi facere potest, deteriori-
rem vero sine Domini voluntate, vel co-
rum agnatorum, ad quos per successionem
pertinet, facere non posset. Ergo addita
seudo feudalia censenda sunt.

Secundò ex ijs, quæ asserit Doctoris
luminis Isernia in cap. i. S. si verò vers. quid
17 de mobilibus. tis. de pac. ten. ibi. Quid de
mobilibus in feudo inuenitis non depusatis
ad perpetuum usum feudi illa sunt para-
feudi. C. de verb. sign. l. a. Vnde, si peritis-
simi huic viro credimus, dum mobilia
ut partes feudi feudalia sunt, quanto
fortius immobilia addita feudo?

18 Tertiò ex ijs, quæ idem asserit in d.
cap. i. S. è contrario, vbi addita feudo
tanquam indiuisibilia illi cedunt. Igi-
tur de hac sententia non amplius dubi-
tandum videtur, dum tanti Doctoris
authoritate fulcitur. Qui accedant Bald.
in l. bene, ff. de const. princ. ubi Iason, Fa-
lin, in cap. causam que extr. de rescript.
Imol, in cap. dilect. de donat. Alnar, in c.
3. de cap. qui cur. vend. Ange, in l. 2. C. de
verb. sign. Alex, conf. i. 14. Bart, in l. 1. ff.
de usu, & usuf. leg. Bald. in cap. i. S. si
quis de mensa de conuers. inuest. Surd.
conf. i. 3. n. 49. post Suzar. Jacobin. Boff. &
Roland. Rouit, in rubr. de fendi. nn. 2. Curs.
inn. conf. i. 84. Paris conf. 27. n. 54. vol. 1.
Crauets. conf. 54. n. 9. Ruin. conf. 39. Came-
xer. ex d. S. e contrario. de inuest. de re
alien fact. cæterique, quos referre ca-
det.

19 Suadetur tandem hæc sententia ex
S. C. decisi. relat. à Gizzarell. decisi. 32.
Vnde dubium non est, quia, cum ful-
cita sit politicis rationibus, cæterisque
desumptis à iure communi Cæsareo,
& feudali, authoritatibus, nec non S.
C. decisi. firmissima in iure habenda
sit.

Hæc sunt, quæ pro prima sententia
20 adduci posse sum arbitratus. Et qui-
dèm quā falsa sint, patet ex contra-
ria opinione, quæ vult addita feudo
feudalia non esse, si per se subsistere
possunt, esse vero feudalia, si secūs; ast
in hoc secundo casu teneri Dominum.

directum, vel utilem solvere pretium
meliorationum. Antequam verò hæc
vt veram amplectamur, liceat alterius
21 argumenta soluere. Primò igitur fun-
dabatur in politico discrusu, qui, vt cō-
sideranti patebit, veram destruit poli-
ticam. Etenim quamvis Principis in-
tersit sub eius tantum imperio esse feu-
dum, hoc intelligi debet de directo do-
minio supèr illo, quod quin, eius sit
nulli dubium. Et quamvis supèr addi-
tis extraneus directo frueretur domi-
nio, parum referret, dum illa per me-
feudalia non essent; & sic non subesse
directo Principis dominio quid obest? An non allodialia directo nostro Do-
minio subfunt? An non quæcunque
ea sint ad Principis beneficium asserua-
tur? an non denique omnia Principi
22 suppontur? Quid ergo Oberit, si
tius subditi vberiora, quam ipse, supèr
eodem feudo possideant? Etenim non
indè sequeretur Dominū directum mi-
tius habere dominium, cum maius do-
minium fine redditibus benè confide-
rari queat, vt per omnes feudistas, si-
cuti quoque hæreditas fine bonis, Cæ-
terum quod in feudo ditior directo
utiuè domino reperiatur, nouū non
est; hæc namq; eius gloria, subditos ha-
23 bere ditissimos; nec, vt aiunt, Princi-
pes inopes redderentur ob melioratio-
num solutionem, sed potius ditiores
euaderent, cum feudum dictius agno-
scerent; neque primogenitorū legitima
auferretur, dum ij integrum possideret,
feudum, quod vendere non cogerent-
tur, cum absq; meliorationum solutio-
ne illas secundo genitis acquiri palam-
sit, quarū pretium si soluere vellent, nō
crederem ad plus eos teneri, quām ip-
24 se redderent. Vnde locum non habe-
ret infame Macchiauelli proloquium,
quod vigeret fortasse, si feudalia præ-
ferrent addita feudo. Etenim pau-
perimi secundogeniti non solum feu-
dis, sed bonis acquisitijs spoliati, ipsi
natūram non accusarent, quæ æquè
omnes commendauit, sed Principes
qui vt primogenitos ad sidera vsq; eue-
herent

Q

herent, secundogenitos tanquam longè inferiores inopes redderent. Quin, imò de acquisitiis restari nemo posset; sicque ijs contra ius omne libertas auferretur, si in eorū posse non essent. Unde in Barones tanquam in brutos prodū rumpere possemus. Sic vos non vobis fertis aratra boneſ. Cum igitur Princeps tenetur summum imitari Bonum, l. imperialis C, de auxilijs, debet se erga subditos omnes p̄fissimum gerere, ut diuinam imiteretur prouidentiam ad sex. in S. neque Deo. & ubi, ut iud. sint quoq; suffr. ac proinde omnibus quod suū est impartiri iuxta iustissimam Iustiniani mentem, ut inter primò, & secundogenitos veram firmet pacem, quare recēdere iuuat verba Summi Pontificis in proem. lib. 6. decreta. Noctesque transiuncis insomnes, ex illis sub aquatilitate diecum transiuncis, ut subiecti sub omni quietitudine vivant. Quod quidem aliter se haberet, si Princeps etiam acquisitia primogenitorum esse veller; & tandem quīnam feuda delicijs, diuisijsque augereret, si ex succedentium deficitu meliorationes illas ad Fiscum, nec ad consanguineos, ceterosque affines deuoluturas agnoscere? ex quibus suis supèrque dirutum appareat politi-
cum aduersariorum fundatum.

36 Fundabatur secundò iuridicis argumentis è iure communī Cesareo desup-
bris; sed illa minùs obstant. Non pri-
mum; nam veredito fundo, veniunt ea,
quæ sunt partes fundi, vel propter fundum. l. Iustinianus S. fin. ff. de act. emp. &
vend. ibi. Ba eſe adiutor ſolemus dicere,
que quā pars adiutor, vel propter ades ha-
bentur, ut pueri puerilia. Sed nos ea,
quæ sunt addita feudo, maddò per se
subsistant, partes feudi non appella-
mus.

Minùs obstat secundum desumptum ex l. si venditor ff. ead. nam fistulae, & canales per se subsistere non possunt.
Quid mirum, si domui cedant? Et nos
hoc quoque concedimus in feudijs, in
quibus si fistule, & canales fiunt, per
quos ad fundum aqua trahatur, feudo

cédunt, quamvis pretium debeatur, vt
dicemus,

Non obstat tertium deductum ex l.
si aqua dicitur, ff. de contrah. empl. cum
ſeruitutes feudo acq̄ui concedamus.
Neque officit rex. in l. fistulas, ff. ead. cum
adſiſum illud ideo debeatur, quia ex
illo fistulis aqua dicitur. ibi. Ex quo fi-
stulis aqua ducetur. Unde per se bare
non videtur. Parem quoq; fortitur lo-
kutionem l. qui fundum S. i. vbi de iti-
nere dicitur; quod nos vltro damus.

Neque officit meliorationes solo ce-
dere, cum nouū non sit illarum pretiū
deberi. Caſtrenſ. in l. ex duobus 28. nu.
2. ff. de negotijs gestis. Facilis est quoq;
responsio ad l. testatrix S. fin. cum ibi ta-
lem fuisse testatrixis mentem appareat.

Nec in nos facit l. uxorem S. legauerat,
ff. de leg. 3. cū ex diſpositis in iure, appella-
tione ciuitatis véniant suburbia, sed
appellatione feudalium non veniunt al-
lodialia, qualia sunt addita feudo, cū
contrarium huic usq; probatum non sit.
Sicut nec obstat l. predijs S. balnearia, ff.
et al. cum casus ibi sit de domo empta-
simul cum insula. ibi. Appellatione de-
mas insulam quoque ianctam domini vide-
ri legaram, si uno pretio cum domo compa-
rata fuisset, & utriusq; penſiones similiſer
accepſolatas rationib⁹ offenderetur. An
hoc militet in additis feudo, quæ tem-
pore feudi obtenti non erant, videant
qui rationis vſu non carent.

Neq; obstat paritas iex. in d. l. si. ead
ades; nam edificiū, & ædes ibi eiudem
natūræ ſunt; ſecūs vero addita feudo,
& feudu. Unde non ſicut illa venire
hæc debent, ni fortalitie velim⁹ dicere
ibi apparere talem fuisse testatoris men-
tem. Quam reſponſionem ſortitur l. cō
fundus, ff. de leg. 2. vbi quoque per noſ
reuocationem testamenti videtur teſta-
tor tacite voluisse legatarij esse partem
fundū additam.

27 Regulam vero illam, quæ per om-
nium ora volitat, accessorium ſciliē
sequi ſui principalis naturam, explicet
Bar. in l. ſi ſa stipularis oppof. i 2. ff. de
verb. obli. Bald. in l. non dubiamo C. de leg.
l. ac.

Luc. de Penn. in lagros C. de fund. lim. lib.
 11. Hippol. in singular. 17. vbi multa allegat, Zaxsus in l. qui autem s. notab. ff. de privil. cred. alijque dicentes non militare regulam banc, cum diuersa militat ratio. explicit Roman in in l. possideri sub nu. 8. ff. de acq. poss. & dicat accessorium non se qui rem venditam, cum potest ab illa esse separatum. Confirmet Innocent. in cap. ad sedem do test. spol. verbo hospitali. afferens in venditione ea comprehendendi, quae secundum ipsius rei naturam comprehenduntur, & idem ipse tandem concludat in cap. ex titeris de iur. patr. in venditione feudi ex tantum venire ut accessoria, quae inseparabiliter rei venditae accedunt, non quae penitus alterius naturae sunt.

Quae dicta optimè soluunt ea, quae obijciebatur ex l. Seie §. Tyranna, & l. quesum, ff. de fund. instruct. Vnde solutis iam aduersariis argumentis in iure communi Cæsareo fundatis, reliquum est, ut videamus an obstant quae ex libris feudorum, cæterorumq; Feudistarum dictis deducuntur.

28 Obijcitur cap. 1. §. è contrario de invest. de re alien. fact. sed non eotmodo, quo dispositum reperitur; Vnde liceat & nos ea, quae ibi scripta sunt, ad verbum rescribere. E contrario autem si quid feudo à vassallo additum sit; siquidē tale adiectum sit, quod per se subsistere possit, id est ut per se censeatur uti pradium, id non accrescit feudo. Si vero per se non possit subsistere, ut seruitus, plerisque placet feudo accedere, & sicut partem feudi disponendam esse; meliorem namq; conditionem feudi facere potest; deteriorem vero sine Domini voluntate, vel eorum agnatorum, ad quos per successionem pertinet, facere non potest. Hæc ibi. & credo quidem nostram sententiam nullam posse pati controvrsiam. Vnde quicquid sit dispositum per cætera iura comunia Cæsarea, quae hucusq; soluimus, & declarauimus, certum est de iure feudorum nostrum assertionem euidentem esse, quam, omni hæsitatione remota, amplexatus est Doctissimus Isernia super d. §. è contrario,

Quonia vero obijciebatur Idem Doctor in cap. 1. de pace sen. ex eo, quod dixerit mobilia esse feudi partem, non credo Iserniam inter feudistas optimū hac vice errasse in regula tam vulgari, quæ vult, mobilia non esse feudalia ex cap. sciendum, de feudi cognitione. ibi. Sciendum est autem feendum, seu beneficium non nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in ijs, quæ inter immobilia connumerantur, posse consistere. Quinimò Isernia ipse in proemio constitutionum col. 24. nu. 30. sic ait: Item naues, & res mobiles 29 non possunt dari in feudum. Igitur cum ipse dixit mobilia esse feudi partem, noluit esse feudalia, sed ad usum feudi constituta, prout optimè explicat Nard. Lippul. ad Isern. in d. cap. 1. 30 verj. sunt. Dicebatur præterea illum dixisse in d. §. è contrario addita feudo tanquam indubilibilia cedere feudo. Sed quis hoc negat, dum loquitur de servitibus? Ibi aut cohaeres, & separari non potest, ubi seruitutem acquisuit praedium feudali, quod non consistit nisi in habere predium, ff. deseruit. leg. l. fi. & hic in Gloß. soluerit tamè predium, sicut & moderationum suarum perpetuò. Poterat ne Isernia aptius loqui ad meam sententiam conualidandam? Vnde autores ab aduersariis adducti, vel loquuntur, cum in dubio est, an illa bona, quæ in feudo reperiuntur, fuerint addita, an vero ab initio in feudum data, vel loquuntur, cum addita feudo per se subsistere non possunt, ut colligent letores, qui attentè eoru dicta perlegent.

Fundabantur tandem aduersarij in decis. S. C. relata per Gizzarell. sed de hac postremo loco, vbi videbimus an ea obsit. Interim duo debemus examinare, quæ ad hanc questionem absoluendam necessaria redduntur; Primum, quomodo explicari debeant addita, quæ per se subsistere, vel non subsistere possunt. Alterum, an de ijs, quæ per se subsistere non possunt, teneatur Dominus soluere predium.

31 Et profectò, ut à primo breuitè me expediam, non credo, ly per se subsistere
 Q 2

stero, intelligendum esse fundum, qui contiguus feudo esset, nec inter bona, feudalia, ut videtur sensisse Gizzarell, d. decis. nam hoc in casu nulli dubium. Vnde cum d. cap. i. §. ē contrario tradat exempla seruitutis, & p̄fædij,

33 Dico primum, rem in nostra quæstione intelligi non subsistere per se, cūm ea addita eset non ad baronis delicias, & utilitates tantum, sed ad feudū meliorandum, muniendumque. Et ut ad dictum hoc explicandum nonnulla tradamus exempla, reliquias seruitutis generibus, quæ quot sunt, satis superque quisque in secundo institutionum libro edictus est, liceat in medium afferre, arbores, fontes, castra facta ad feuda munienda, quæ omnia quidem videntur per se non posse subsistere absque eo scilicet, quod ad feudum ut feudum relationem dicant. Etenim fontes, & arbores ideo additæ sunt, ut subditis aliqua præbatur commoditas, & feudum vberius reddatur. Quod patet ex verb. dicitur cap. vbi. Melioram natus conditionem feudi facere potest, deterioram verò sine Domini voluntate, vel eorum agnatorum, ad quos per successianem pertinet, facere non potest. Cū igitur hæc videantur melioramenta, non dubito quin solo cedant.

33 Dico secundò, rem per se subsistere illam intelligi, quæ non ad meliorandum, feudumq; muniendum addita est, sed ad delicias, & utilitates tantum baronis, p̄t si ille vineam, domum, syluam, hortumq; integrum cōstruxisset; Etenim hoc in casu nulli dubium est, quin omnia hæc considerari possint sine relatione ad feudum, & subditorum utilitatem, sed ad proprias baronis delicias, propriumq; iuuenient. Vnde, quia in rigore melioramenta dici nequeunt ex eo, quia feudū ut feudum non videatur melioratum, certum est ea iam solo cedere? Ad quod confirmandum iuvat quoque iterum d. cap. i. §. ē contrario verba repeterem; Et contrario autem si quid feudo à vassallo additum sit, siquidem tale adiectum sit,

quod per se subsistere possit, id est notare ut per se censetur uti preedium, id non accrescit feudo. Ex quibus sic probatis eritur nimis oculatos debere præferre iudices, qui decisi sunt an aliquod feudo additum feudale sit. Quod profectò nonnullis in casibus decidi non poterit, nisi ipsimet ad proprium locū accedant, viluri nemapè, an [castrum] illud, domus, &c. constructa sint ad feudum muniendum, an autem ad proprias baronis delicias, viluri, inquam, an sylua, hortus, ceteraq; huiuscmodi sint addita, ut feudum melioretur, prout casus esset, cūm additæ essent arbores alicui sylua, vel horto feudali (tunc enim ille tanquam melioramenta feudi, ut feudi essent habendæ) an verò ut propria utilitas, deliciaeque augeantur? Quod si rem primo modo se habentem reperierint, feudale arbitrentur; secùs si altero,

34 Reliquum est, ut ad secundum du- bium deueniamus. Et quidem super hoc triplex poterit esse sententia. Qua- rum prima est non teneri dominum soluere premium earum rerum, quæ & si additæ feudales sunt; Etenim in iure,

35 nouum non est, eum, qui scienter in solo alieno ædificium construit, ædificium amittere, nec posse premium repe-

36 tere. Sunt iura satis vulgarata in S. cœrde illud S. cum autem. in iste. de rer. diuis. l. adeò S. ex diverso ff. de acq. rer. dom. l. fin autem S. in reo petitam, ff. de rei ven- dic. cum concord. Ex quibus dēducitur quoque deberi premium, si ex ignoran- tia ibi aliquis ædificasset. Cum igitur feudatarius non ex ignorantia deceptus sit in feudo ædificium cōstruendo, p̄dūm ignorare non debebat; ipso mortuo absque legitimis hæredibus, ad quos feudi successio spectabat, feudum Do- mino directo acquiri, dicendum est de- perdere etiam expensas ibi factas.

37 Alia sententia esse poterit, Dominū teneri vel premium reddere earum me- liorationum, vel pati, ut ædificium de- struitur; nam dominus non debet cum alterius iactura locupletari; & quam- uis.

et ex iuribus suprà relatis construens
aedificium in alieno solo scienter, pre-
tium nequeat, accidit hoc.
38 cum aedificium pro illo temporis inter-
vallo non est in posse aedificabit. Quod
aliter dicendum est de feudario, apud
quem est utile feudi dominium. Quam
sententiam videtur tenere Bald. in Auct.
ex ipsius C. de bonis qua lib. 1. son in l. 2.
C. de iur. emph. qui allegant cap. 1. S. si
vassallus sit hic finitur lex ibi. Si vassal-
lus in feudo aliquod aedificium fecerit, vel
ipsum sua pecunia meliorauerit, & con-
tingerit postea ut vassallus sine filio ma-
festa decedas. dominus aut patiar aedi-
cium auferri, aut soluat premium meliora-
runt. Idem dico si precio seruitur fundo
acquirat, &c. Ex quibus verbis ne-
minem latet, hanc sententiam in iure
firmissimam reddi.

39 Tertia denique poterit esse, Domi-
num teneri omnino reddere premium
meliorationum, nec pati, ut aedificium
diraatur; Nam d. S. si vassalus lo-
quitur tantum, cum aedificium possit
integre separari à feudo, puta, si ligneū
esset, quia tunc militaret huiusmodi dis-
positio, secūs autem, si diuidi non pos-
set. Ita Glos. & Andr. ad d. S. Secun-
dum quam sententiam decisum refert,
& quotidie practicari in Regia Camera
Reg. Moles in quadam decisione, quam
ad vnguem inserit Dom. Reg. Don. Ant.
de Marinis in lib. 2. resol. quosid. cap.
334.

Quænam autem ex adductis senten-
tijs verior, & probabilior reddatur,
clarè patet quod tertia, cum, licet aedi-
ficans in alieno solo, pretium nequeat
repetere, nihilo tamè minus, cū feu-
datarius, ut diximus, super feudo uti-
le dominium habeat, possit illud melio-
rare. Quod patet ex dispositione d.
40 S. è contrario, ibi. Meliorem namque cō-
ditionem feudi facere potest, &c. igitur si
feudi conditionem meliorem fieri per-
mittitur, cur expensæ repeti non pot-
erunt? Neque obijciatur d. S. si vassallus,
cum vera sit terna doctrina suis dis-
positionem limitantis, quando aedificium

integre à feudo diuidi nequiret; Iapili
enim esset, Dominum pati aedificium
dirui tantis laboribus, expensisq; con-
structum. Quæ ut vera apparet, li-
ceat dicta hæc ab ipsa dispositione d. S.
tenere. ibi. Dominus aut patiar aedificium
auferri. Quod verbum, auferri, non
debet sonare idem, ac diruere; hoc nan-
que diversum est, vt considerati pate-
re potest; eo enim ipso, quo ego ali-
quid aufero, non diruo; igitur licet
aedificia auferri possint, dirui tamè
non poterunt. Vnde patet Dominum
non teneri soluere meliorationes, si
auferri queant, igitur è contrario sen-
tu, si auferri non poterunt, sed diruāt
oportet, Dominus premium soluere de-
bebit. Ut ergo quæ hucusq; diximus,
breuitè perstringamus, si index viderit
addita feudo per se non posse subsiste-
re, feudalia arbitretur, prout doctissi-
mè explicat Gustiez pract. quest. lib.

41 5 qu. 90. Et sic decisum refert Gizzarel.
relatus ab aduersarijs contrà nostram
sententiam sed iniuria; ibi enim loqui-
tur de castro ad usum feudi constructo,
quod feudale esse, quia per se subsiste-
re non potest, palam est. (non ne-
gauerim verò non adhærere me ratio-
nibus ibi à Gizzarell. adductis) non ta-
mè permittet, ut ea Fisco acquirantur
absque pretij traditione, prout fusiūs
in d. decif. relata per Reg. Moles. Et hæc
satis, relictis multorum recentiorum
authoritatibus, quæ impertinentè se
habere videntur, dum nil noui repe-
rire est.

SUMMARIUM.

- 1 **D**ifferencia inter feudum antiquum,
& novum.
- 2 Successio in feudo antiquo de iure com-
munis feudorum.
- 3 Successio de iure Regni.
- 4 Pragm. i i. de feud. extendit successio-
nem ad patruelē mescolos à primo sti-
pite descendentes.
- 5 Successio in feudis antiquis petita suis
etiam pro fratribus consobrinis.
- 6 Cat-

- 6 Cœsarea maiestas non annis.
 7 Successio de sure consonani fendorum in
 feudis nouis.
 8 Proponitur casus, & Ratus questio-
 nis.
 9 Proponitur opinio cuiusdam ianominati
 Iurisconsulti.
 10 Grania Regie Maestatis.
 11 Gratia Catholica Maestatis non elidit
 nostram questionem.
 12 Proponitur secunda opinio.
 13 Vir supponitur superuixisse mulie-
 ri.
 14 Et pater impuberi.
 15 Fendum absque investitura non constitui-
 tur; sed quomodo? vid. n. 23.
 16 Proponitur tertia opinio.
 17 Pubes supponitur superuixisse patri.
 18 Proponitur quarta opinio.
- 19 secundum naturæ ordinem prius mori-
 tur qui prius nascitur.
 20 In dubijs standum est pro actus validi-
 tate.
 21 Concordatur iura omnia in concordium
 alatae.
 22 Recitatur diuinatio Imolæ, & aliorum
 super nostra quæstione.
 23 Solutum argumentum propositionum in ma-
 teria de feudis.
 24 In Regno sublate sunt solemnitates inac-
 tive.
 25 Presumptio in casu nostro est contra Do-
 minum.
 26 Probatur quæstor argumentis convincen-
 tibus.
 27 Princeps dixerit communii bono praper-
 itus.
 28 Eius est esse liberalem.

Q V Æ S T I O XXIII.

Quis supponatur superuixisse, si duo reperiantur mortui;
 & quid quoad successionem in feudis?



D maiorem fortalsè nostræ quæstionis fa-
 cilitatem pro Tyro-
 nibus saltè, sciendū
 est inter cæteras feu-
 dorum differentias il-
 lam esse, vt alterum
 nouum dicatur; anti-
 quum alterum. Antiquum dicimus,
 quod ab aliquo ex antecessoribus, qui
 sicut communis agnationis causa, est
 acquisitum cap. 1. §. his verò. De success.
 fra. vel grad. success. in feud. cap. 1. de nat.
 succ. fra. vel grad. cap. 1. de nat. succ. feud.
 vbi Andr. Nouum autem appellamus,
 quod primò acquiritur. cap. 1. qui test.
 sunt, nec ad prob. nou. inn. Ut autem de
 scudo antiquo verba priùs faciamus,
 neininem latet de iure feudorum dispo-
 situm esse, vt in illis succedat masculi in
 infinitum descendentes, feminis exclu-
 sis cap. 1. de success. feud. Hanc sortiuntur
 pœnam fœminæ, non quia in culpa sūt,
 sed quia Dominum defendere neque-

unt; vt inter cæteros Andr. ad d. cap. &
 cap. 1. §. hoc autem §. hoc quoque. De his.
 qui feud. dare poss. Quod si descendentes
 non fuerint, moderno tempore colla-
 terales succedunt usque ad septimum
 gradum. vt in d. §. hoc quoque. vbi An-
 dr. Duxi moderno tempore; nam priscis
 temporibus succedendi beneficium vi-
 trà fratres patruelæ, eos scilicet, qui
 ex duobus fratribus nati erant, non ex-
 tendebatur.

- 3 Aduenit postremò Constitutio Regni,
 vt de successionibus, per quam fœminæ,
 masculis non extantibus, admittuntur,
 & vbi iure francorum vivunt, præcipi-
 tur, vt maior natu succedat. Succe-
 sio autem collateralium, que, vt dixi-
 mus, extendebatur ad septimum gra-
 dum, hic ad tertium inclusuè coarcta-
 tur. Nunc autem per Pragm. 11. de
 feudis extenditur successio ad fratres
 patruelæ masculos à primo stipite per
 lineam masculinam descendentes. Quo-
 niam verò fuit supplici libello petitum,
 vt

6 *vt in huiusmodi feudis frater consobrinus sorori consobrinæ succederet, Cœfarea Majestas non assuit in Pragm. 12. S. 3. de feudis.*

7 *Vt autem aliquid de feudo nouo dicamus, neminem latet, quamvis de iure cōmuni feudorum videretur dispositum, vt frater fratri succedere nēquiret, nisi pactum hoc esset expressè appositum, vt in cap. unico §. in alio verò de success. feudi. vbi Andr. De iure tamè Regni, ex confusione scilicet, ut de successionibus, fratres tantùm succedunt, vt benè Andr. & Aſſl. ad d. const. & per Pragm. 29. de feudis dispositum est, vt successio in feudis nouis extendatur usque ad tertium gradum inclusuè, sive ad filios, filiasque fratrum, & sororum. Hac est germana successionum catena in feudis, quam ad rem nostram valde facere sum arbitratus. His ita suppositis, vt facilior reddatur quæſtio, casus hic sit.*

8 *Titius feudum acquisivit, huic nepos erant, & pronepos ex fratre; casu interempti reperiuntur Titius, & Nepos. Ex superiùs suppositis, & explicatis habemus feudum hoc nouum dici, & consequenter de iure Regni per Pragm. suprà citatam poterat succedere nepos ex fratre, quia in tertio gradu inclusuè reperiebatur, secùs verò pronepos, quia in quarto. Quæritur nunc, cuinam vtile illius feudi dominium acquiratur, Fisco, an pronepoti? Ex una parte videtur feudum illud acquiri pronepoti; nam quamvis succedere, nequeat collateralis in quarto gradu; hic tamè feudum accipit ab ascenden- te, videlicet à patre, qui erat nepos Titij, ex altera verò dicendum videtur, quod Fisco acquiratur. Quis enim probaret priùs deceſſisse Titium, deinde ve- rò nepotem, dum ambo simul interepi- reperiuntur? Vnde si hoc non probe- tur, dicent aduersarij fisco feudum ac- quiriri.*

Antequam autem quæſtionem hanc examinemus, ne dicatur velim casum hanc esse metaphysicum; cum paderet

*me hanc inter ceteras quæſtiones ge- ponere, dum tempus tererem, arenam colerem. Nonne in comprobationem adduci posset pestifera lues, qua elapsis iam annis tot cumulatim periere, vt qui priùs, vel posteriùs perierit, ignoretur? Nonne quandoque euenit, vt fulmen è Cœlo istum multos in simul consump- serit? In testem aduoco *Vincensium de Franchis*, qui in decif. 445. supèr simili casu S. C. decisionem refert. Selegi qui- dèm hanc quæſtionem examinandam in feudorum successionibus, vt supèr isthuc casu præsumptiones omnes cur- sū apparerent.*

9 *Supèr qua Iurisconsultus quidam nō nimis laborandum dixit, vt potè quæ decisa iam est per nouam Catholicae Majestatis gratiam huic Regno Neapo- litano concessam. Vnde siue reperiatur mortuus frater prius, quā in nepos, siue è contra, semper succedit prone- pos tāquam in quarto gradu inclusuè; Neque dici posse gratiam hanc con- cessam fuisse quoad successionem in feudis antiquis, cùm, vt vidimus, hu- iusmodi gratia in illis iam concessa fue- rit. Quod evidentiùs apparet ex eo, quia noua hæc gratia disponit, vt nunc obseruetur in quarto gradu, quod ante- a in tertio obseruabatur; igitur lo- quitur etiam de feudis nouis, in quibus antea succedebant collaterales usque ad tertium tantummodo gradum. Equi- dèm, vt illam vidi, Iurisconsulti huius opinionem comprobaui, & ad verbum hic reſcriptam volui, nè fortassis alii aliter opinentur.*

PHILIPPVS DEI GRATIA REX.

10 *DON Garcia de A- uellaneda, & Ha- ro, Comes de Castrillo, vnu ex Clauicularijs Cubiculi Sue Majestatis, eiusque Consilia- rijs*

rius Consilij Status, necnon Americorum Regnorum Senatus Praeses, & in praesenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Gen. &c.

Illustribus, Spectabilibus, & Magnificis Viris huius Regni Magno Camerario, Prothonotario, Magistro Iustitario, eorumque Locumtenentibus deputatis in S.R.C. Præsidētibus, & Rationalibus Regiae Cameræ Summariæ, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Scribæ Portionum, Thesaurario Generali, seù id officium regenti, Adiuvatis quoque, & Procuratoribus fiscalibus, cæterisque demum vniuersis, & singulis Officialibus, & subditis Regijs maioribus, & minoribus, quocunque nomine nuncupatis, titulo, officio, autoritate, & potestate fungentibus, tam præsentibus, quam futuris, ad quos, seù quem spectabit præsentes peruerent, & fuerint quomodolibet præserratae, Regijs fidelibus dilectis gratiam Regiam, & bonam voluntatem, nouerint qualiter fuit nobis præsentatum infra scriptum Regium originale, Priuilegium S. M. tendris sequentis, v3. PHILIPPVS DEI GRATIA Rex Castellæ, A-

ragonum, Legionis, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Portugaliæ, Vngariæ, Dalmatiæ, Croaciæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valenciae, Galliciæ, Majoricarum, Hispaniæ, Sardiniae, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Gienni, Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, necnon India rum Orientalium, & Occidentalium Insularum, ac Terræ firmæ Maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantia, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, Comes Habsburgij, Flandriæ, Tyrolis, Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritaniæ, Marchio Oristani, & Goceani Vniuersis, & singulis præsentium seriem inspecturis tam præsentibus, quam futuris. Cum vna ex præcipuis virtutibus, quæ Principum animos illustrat, ac subditos sibi conciliat, sic erga vniuersos exercere munificiam, longè tamen tunc fulget, cum ipsam in subditos conferunt, qui in pacis, & belli euenta viribus, & posse nūquam Regibus suis operam fidelissimam, & valde gratiæ nauare destiterunt; Cum igitur Vniuersitas, & Nobiles Viri Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones

Ma-

Magnificæ & Fidelissimæ Ciuitatis, & Regni nostri Neap. Nobis humilitè supplicauerat , vt habita ratione meritorum, & obsequiorum suorum, vbique temporum, & locorum Nobis strenuè, & fideliter exhibitorum , & præser-tim in seditionibus ipsius Fidelissimæ Ciuitatis, & Regni nostri Neapolis , nonnullæ nostræ Regiæ munificetiæ signa, horū testimonio, & cunctorum ornamento ostendere dignaremur, exhibito Nobis supèr indè suppliei libello tenoris huiusmodi, videlicet . Señor la Ciudad de Nápoles , y Baronage de aquel Reyno dicen, que quādo embiaron alos Reales Pies de V. M. al General Luis Poderico a representar la singular fineza, con que la Nobleza havia mostrado su incomparable amor, y fidelidad ala Real Corona de V. M. en los tumultos, y iuntamente a suplicar a V. M. algunas mercedes, que testificassé su Real ratificación se sirvio V. M. de hazerles algunas, entre las quales es vna, la ampliacion, y extenció de la succession en los feudos hasta el quarto grado inclusiuè , siendo Varones descendentes del primero Adquirente . Y la

otra,que cada Feudatario pue-
da fundar Mayorazgo en sus
feudos,el súmario de las qua-
les mercedes hauiendose em-
biado alas Plaças, se concluyo
por ella se diessen a V. M. hu-
mildes gracias,y iuntamente
se supplicasse a V. M. se ser-
viese de mandar se le diesse
el despacho de las dichas mer-
cedes, y que en quāto alla pri-
miera se comprehendiesen
tambien en ellas las hembras
descendientes de Varones , ò
de hembras, y los Varones de-
scendientes de embras , ò de
Varones,que se hallassen en el
dicho quarto grado , estando
siempre certos los supplican-
tes de la Real benignidad, cō
que V. M. les hà de hacer en
todos tiempos las mercedes
muy cumplidas, y con la in-
terpretacion mas fauvorable,
como particularmente lo es-
peran de la Real Grandeza de
V. M. en este caso que toca ala
conseruacion delas Casas , y
Familias,que en todas ocasio-
nes,como por lo passado han
de gastar vidas, y hacienda en
su Real seruicio , en esta mis-
ma conformedad acuden de-
nueuo alos Reales Pies de V.
M. y con todo rendimiento
supplican a V. M. se sirua de-
mandar se dè el despacho de-

R las

las dichas mercedes en toda forma , y que en quanto a la dicha ampliacion del grado se declare, y especifique, que se entienda concedida hasta el quarto grado inclusiue cōprehendiendo assi a los Varones descendientes de hembras, ò de Varones , como alas hēbras descendientes de Varones, ò de hembras, que se hallassen en el dicho quarto grado, habilitando las a dicha successiōn indistintamente , de manera, que todo aquello que acerca dela succession delos feudos se guardaua en el terzero grado, se aya de guardar en beneficio delos cōprehendidos en quarto, assi Varones, como hembras, derogando en esta forma a qualquiera Prematica, Constitucion , ò otra, qualquiera ley Real , ò municipal en el Reyno , que incluye el dicho quarto grado, que con esto configuran el efecto de la Real intencion de V. M. que ha sido amplear la succession delos feudos hasta el dicho quarto grado inclusiue , y en beneficio de Varones, y hembras descendientes, assi de Varones, como de embras , que demas de ser interpretacion dela Real merced de V.M. la reciuiran por nuc-

ua de su Real Grandeza , &c. Nos vero prē oculis habentes præstantissimam; & inconcusam fidem , ac promptiorem prædictorum Nobiliū Virorū Fidelissimæ Ciuitatis , & Regni nostri Neapolis erga Nos animi affectum , vtque tanto- rum obsequiorum aliqua in parte meminisse videamur, ac propensum animum erga ipsos demonstraremus, prout in dies id facere conabimur, easdēm petitiones libenter acce- pimus , & expediti iussimus. Tehore igitur præsentium ex certa scientia, Regiaque au- thoritate nostra, deliberatè, & consulto , ac ex gratia specia- li, maturaque Sacri nostri Cō- silij Supremi accedente deli- beratione, præfatis Nobilibus viris Fidelissimæ Ciuitatis , & Regni nostri Neapolis conce- dimus ampliationem, & extē- sionem prædictam in succes- sionibus feudorū eodemmodo, & forma in præinserto supplici libello contentis , ac prout ab ipsis est suppliciū. Ita quod omne id, quod circa successionem feudorum ob- seruabatur usque ad tertium gradum, obseruetur, & obser- uari debeat in beneficium cō- prehensorum in quarto gra- du, tāma virorum, quām fœ- mi-

minarum; derogantes, prout
præsentium serie derogamus
cuicunque Pragmaticæ, Cō-
stitutioni, aut alteri legi Re-
gali, seù municipali prædi-
cti nostri citerioris Siciliæ
Regni, quæ excludat ampliationem præfatam, ac in-
super concedimus prædictis
Viris Nobilibus, quod quili-
bet eorū possit fundare Mai-
oratus in suis feudis, infra
terminos tamèn successionis
permittæ vt supra, ità vt re-
stitutionis, seù fideicommis-
si onus vltérius in detrimento
tum iuris deuolutionis No-
bis, & nostræ Regiæ Curiæ
competentis non procedat,
decernentes, & volentes, vt
deinceps præsentes gratiæ
nostræ ab omnibus perpetuò
obseruentur, & obseruari
debeat. Illustribus propterea
Spectabilibus, Nobilibus,
Magnificis, dilectis Cōsilia-
rijs, & fidelibus nostris Pro-
regi, Locumtenenti, & Ca-
pitaneo Generali, nostro
Magno Camerario, Prothono-
tario, Magistro Iustitia-
rio, eorumq; Locumtenen-
tibus, Sacro nostro Consilio
Castris Capuanæ, Præsidenti-
bus, & Rationalibus Came-
ræ nostræ Sūmariz, Regenti,
& Iudicibus Magnæ Curiæ

Vicariæ, Scribæ Portionum,
Thesaurario nostro Genera-
li, seù id officium regenti,
Aduocatis quoq; & Procura-
toribus fiscalibus, ceterisque
demùm yniuersis, & singulis
Officialibus, & subditis no-
stris maioribus, & minori-
bus, quocunq; nomine nun-
cupatis, titulo, officio, autho-
ritate, & potestate fungenti-
bus, tam præsentibus, quam
futuris in eodem Regno cō-
stitutis, & constituendis, di-
cimus, præcipimus, & iube-
mus, quatenus forma præ-
sentium, & præinsertarum
petitionum, & gratiarum per
eos, & eorum quemlibet di-
ligenter inspecta, ea omnia,
& singula, prout ad vnum
quenque ipsorū spectat re-
spectiue, teneant firmiter, &
obseruent, tenerique, & in-
uiolabilitè obseruari faciāt,
per quos deceat, iuxta eartum
seriem, continentiam, & te-
norem, omni dubio, diffi-
cultate, & impedimento cessā-
tibus, ità ut prædicti Viri No-
biles, Principes, Duces, Mar-
chiones, Comites, & Barones
prædictæ Fidelissimæ Ciuitati-
s, & Regni nostri Neapolis
huiusmodi gratijs per Nos
concessis libere fruantur, &
gaudeant, & non contrafa-

R 2 ciant

ciant fieri, ut permittant ratione aliqua, siue causa, quatenus Officiales, & subditi nostri prædicti gratiam nostram caram habent, ac præter ire, & indignationis nostre incursum poenam ducatorum mille, nostris inferendorum Aerarijs cupiūt, euitare, in cuius rei testimoniu[m] præsentes fieri iussimus nostro magno negotiorū præfati citeroris Siciliæ Regni sigillo in pendenti munitas. Datum in domo nostra del Buen Retiro die vigesimæ tertia mensis Iulij, anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, Regnorum autem nostrorū anno trigesimo quinto. YOEL REY. Vedit Marchio de Velada pro Prothonotario, & Magno Camerario. Vedit Subremōte Regens. Vedit Com. de Mora Consiliarius. Vedit Anzalone Regens. Vedit Cantonus Regens. Vedit Trelles Regens. Vedit Oca Regens. Dominus Rex mandauit mihi D. Innigo Lopez de Zaratæ. Soluat ducatos 48. Zaratæ pro Taxatore. In priuilegiorū Neap. 31. fol. 348.

Supplicatum propterea Nobis extitit pro parte Spe-

ctabilium Electorum huius Fidelissimæ Ciuitatis, quatenus de dicto præinserto Regio Priuilegio Regias exequitoriales literas sibi expediti facere benignius dignaremur, nostraque volentes, ut tenemur Regijs obedire mandatis tenore præsentium præcipimus, & mandamus omnibus supradictis, & eorum cuilibet in solidum, quatenus attentis per eos forma, & tenore dicti præinserti Regij Priuilegij illâ, & illum prædictis Spectabilibus Electis, & prædictis Viris Nobilibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus prædictæ Fidelissimæ Ciuitatis, & Regni ad vnguent, & in uiolabilitè obseruent, & exequantur, ac exequi, & obseruari faciant, per quos decet, iuxta illius seriem, continentia, & tenorem, & contrarium non faciant, pro quato gratiam Præfatæ Maiestatis caram habent, penamque in dicto præinserto Regio Priuilegio præappositam cupiunt euitare, in quorum fidem hoc præsens priuilegium fieri fecimus, magno præfatæ Maiestatis sigillo pendenti munitum.

Datum

Datum Neap. in Regio Palatio die 6. Mensis Octobris 1655. El Conde de Castrillo. Vedit Garcia Reg. Vedit Burgos Reg. Vedit Soto Reg. Vedit Martinez Reg. Dom. Vicere, Locumtenens, & Capitan. Gen. mandauit mihi Donato Coppola Secr. In offic. S.M. 23. fol. 23. Joseph Barrilis Reg. à mādatis Scrib.

11 Hac ergo cit *Catholicae Matri statis gratia*. Poterat nihilominus Doctor ille quæstionem hanc non vilipendere, nam, ut loquuti fuimus de pronepote, liceat de binepote dicere. Silebit nunc fortassis tantus Iurisperitus.

12 Melius ergo, & subtilius dixere alij, feudum in tali casu acquiri fisco. Pro cuius opinionis confirmatione adduci primò posset, quod, cum primò deceſſisse supponatur ille, qui minoris ætatis erat. ex l. si mulier ff. de rebus dubijs. ibi Si mulier cum filio impubere naufragio periit, priorem filium necatum esse intelligitur. Dicendum pariter videtur prius supponi mortuum nepotem Titij, quam Titium, cum minoris regularitè ætatis supponatur nepos, quam Titius ipse.

13 Secundò ex l. si possessor. ff. de relig. & sumpt. vbi mulier supponitur prius deceſſisse, quam vir. & Glos. ibi paritatem dat inter mulierem cum viro, & paruum cum magno; ergo si paruus æquiparatur mulieri, & magnus viro, si mulier supponitur prius deceſſisse, paruum quoque primò deceſſisse credendum est.

Tertiò ex l. qui duos. S. si maritus ff. de rebus dubijs. vbi propter imbecillorū ætatem supponitur vxor deceſſisse prius marito, modò contrarium non probetur. ibi. Si maritus, & uxor simul perierint, stipulatio de dote ex capitulo, si mulier in matrimonio deceſſisset, habebit locam, si non probatur illa superstes viro.

14 Quartò ex d. l. S. si Lucius, ibi. Quod si impubes cū patre filius perierit, creditur pater superuixisse, nisi & hic contrarium approbetur.

Quintò ex l. ex facto S. si quis autem ff. ad Trebell. ibi. Sed si nanfragio, vel raina, vel aggressu, vel quo alio modo si muli cum patre perierit, an conditio defeccerit videamus, & magis non defecisse arbitror, quia non est verisimile filium eius superuixisse.

15 Sextò, quia feudum absque inuestitura non constituitur, vt Andr. in capit. sciendum, quib. mod. feud. const. pot. Sed etiam si supponatur mortuus prius Titius, & postea nepos, hic nepos non supponeretur inuestitus, ergo non habetur feudum constitutum, & consequenter non potest transire ad hæredē, vt benè facetur Andr. sup. d. cap.

Hæc sunt argumenta, quæ pro hac sententia adduci possent, pro qua faciunt, quæ decisa refert de Franch. dec. 445. vbi, combustis matre, & duobus filijs, primò deceſſisse filios arbitratum est. S. C. Non est ergo metaphysicus hic casus. Adduci quoque possent pro hac opinione Marant. in proæmio tele iudicaria col. 2. vers. item seruatur ordo. Molfes. in comment. ad consuet. Neapol. pars. 4. quest. 59. Cowarr. lib. 2. variarū. cap. 7. Dynus, & Oldrad. in l. si hic quis ff. de donis caus. mort.

16 Alij verò dixerunt, hæc militare in filio impubere, qui ob tenetimam ætatem deterritus supponitur; non verò in pubere; Quod probari aiunt primò. ex l. qui duos S. si Lucius Titius. ibi. Si Lucius Titius cum filio pubere, quem

17 solum testamento scriptum heredem habebat, perierit, intelligitur superuixisse filius patri, & ex testamento hares fuisse, & filii heredetas successoribus eius deferatur, nisi contrarium approbetur. Quod si impubes cum patre filius perierit, creditur pater superuixisse, nisi & hic contrarium approbetur.

Secundò ex DD. duas l. l. cum pubere, & si mulier. ibi. Cum pubere filio mater naufragia perire. Cum explorari non pos-

posit, uter prior extincsus sit; humanius est eredere filium diutius & ixisse. Si mulier cum filio iuxtabere naufragio perys, priorem filium necatum esse intelligitur.

Tertio ex d. l. qui duos §. cum in bello, ubi filius miles, quia non impubes, superponitur patri superuixisse. ibi. Cum in bello pater cum filio perysset, materque filij quasi postea mortui bona vendicaret; adgnati verò patris, quasi filius ante periysset: Diuus Adrianus credit patrem prius mortuam.

18 Alij verò distinctionem hanc non admittunt, & in calu nostræ quæstionis aiunt, quandoque euenire, vt nepos maior sit patruo ex fratre, quandoque verò minor; quo posito, dicunt, quod si nepos minor sit, patruus prior deceſſe ſupponatur, ſecūs verò si maior. Probant hoc ex l. nam & ſi ff. de inoff. ſextam. ibi. Nam & ſi parentibus non debetur filiorum hereditas propter votum parentum, & naturalem erga filios charitatem, turbato tamè ordine mortalitatis, non minùs parentibus, quam liberis pie re-

19 huius potest. Hinc Doctores omnes inferunt ſecundūm naturæ ordinem prius mori, qui prius nascitur. Igitur vera appetet ſententia hœc, quæ aſſerit, prius deceſſe nepotem, si maior is ſupponatur; ſecūs verò si patruo minor.

Hanc ergo quætionem Gordiani inſtāt nodi nouis ſempèr difficultatibus video inuolutam, quibus non tam faciliſ ſolutio applicari potest. Nè autem quid intenratum deferam, liceat me aliquam adnectere regulam.

Est ergo ſupponendum, varias in relatis iuribus latere præumptiones, prout licet breuissimè, egregiè tamen tangit Andr. Alciat. tract. de preſumpt. preſumpt. 49. Hinc eſt, cum ex communī regula pro actus validitate ſtare debeamus potiſſimum in ultimis voluntibus, vt fideicommissum locum habere dicamus, procūl dubio afferendum eſſe d. l. ex factō. §. ſi quis autem ideo non præsumptiſſe filium ſuperuixisse patri, vt pro fideicommissō ſtaret. En-

verba ipsius §. in poſtrema oratione. Aut igitur filius ſuperuixit patri, & extinxit conditionem fideicommissi, aut non ſuperuixit, & extixit conditionem. Cū autem quis ante, & quis poſte a deceſſerit, non apparere, extixit (notate) conditionem fideicommissi magis dicendam eſt. Equidem non credo clariora iūra adduci poſſe. Ex hoc igitur textu appetet im probabilitas opinionis Gloss. ſupèr d. §. dicentis textum loqui de filio impubere. Secūs verò de pubere, qui tanquam fortior præſumitur ſuperuixisse, cum, vt iam vidisti, ex expreſſis verbis legis præſumptio oriatur aliundē, quam ex maiori, vel minori imbecillitate.

Ad cuius textus confirmationem iuuat referre, quæ ait Paulus in l. ſi inter virum ff. de rebus dubijs. ubi poſthabito respectu ad vxorem, quæ viro imbecillior eſt, ſi vxor, & vir mortui reperiantur, vt pro donationis actu ſter, donantero priuò mortuum præſumit. ibi. Si inter virum, & uxorem donatio facta eſt, priore defuncto, cui donatum eſt, ad eum res redit, qui donauerat. Quod si ſimilis iam eſt, cui donatum eſt, quam eſt, qui donauerit: quætionis decidenda gratia, magis placuit valere donationem eò maxime, quod donator non ſuperuixat, qui rem conducere paſſit. Et tamè ex d. l. ſi poſſessor ff. de relig. & ſumpt. Mulier ſupponitur prius deceſſe, quam vir, hic autem prius vir, quam vxor, cui donatio erat facta, vt benè Gloss. caſum figurat. Audite igitur verba textus in d. l. ſi poſſessor. Si eodem momento temporis vir, & uxor deceſſerint, Labeo ait, in hædem viri pro portione dotis dandam hanc actionem, quoniam id ipsum dotis nomine ad eum peruenit. Non eſt ergo ratio, & consideratio imbecillitatis, ſed ſubſtentiæ actus, & pacti; In primo enim caſu aderat donatio; vnde pro illa ſtandum; in ſecundo verò dotis tantummodo ſtipulatio; & ſic, ne hanc quoque irritam demus, ſed aliqualem exi tum habentem, dicendum eſt, uxorem prius viro deceſſe; & ne de hoc ſecondo caſu ſine lege loquens erubescā, addu-

adduco verba sex. in d. l. qui duos S. si maritus, ibi. si maritus, & uxor sūmu perierint, stipulatio (notare) de dote ex capitulo, si mulier in matrimonio deceas s̄, habebit locum, si non probatur illa superstes viro fuisse. Firma igitur, ni fallor, remanet nostra sententia.

Et ne vlla in posterum adsit hæsita-
tio, liceat & in medium afferre verba.
Iuris consulti in l. qui duos, ff. eod. ibi. Qui duos impuberes filios habebat, ei, qui su-
premus moveretur, Titum substituit. Duo
impuberes simul in nave perierunt, quasi-
tum est an substitutio, & cuius hereditas
deferatur? Dixi, si ordine vita deceas-
sent, priori mortuo frater ab intestato ha-
res erit posteriori substitutus; in ea tamen
hereditate etiam ante defuncto filij habe-
bit hereditatem; in proposita autem que-
stione, ubi simul perierunt, utrum quia
necufrater superstes fuerit, quasi utri-
que ultimi deceas videantur, an verò
nemur, quia comparatio posterioris dece-
dantis ex facto prioris mortuis sumatur,
queritur? Sed superior sententia magis
admittenda est, ut utrique heres sit; nā
& qui unicum filium habet, si supremo
mortenti substituit, non videtur (notare)
innocuer substituisse. Tāta est ergo actus
subsistens, vt substitutum cuilibet
præponat.

*Quod confirmatur ex d. l. qui duos S. si Lucas Titus, vbi ex verbis supra re-
latis, vt hereditas in testamento relata
filio deferatur, & subsistens actus, si-
lius patri superuixisse præsumitur. Nec
me latet textus hunc loqui de filio pu-
bere, & aliter de impubere disponere.
Quod occasionem præbuit nonnullis
asserendi oriri iuris præsumptionem ex
etatis imbecillitate.*

Vndē, vt aliam firmemus regulam,
dico, quotiescumq; stare non debemus
pro actus subsistens, exituque, totiē
præsumi præmortuum impuberem ex
eo, nam cum etas illa sit vndiq; timo-
ribus obsta, facillimē puer ille præmo-
ritur; quod non attendendum est in
pubere, qui ob etatis plenitudinem
non tam facile terretur. Cum igitur

*Iuris Consultus loquutus fuerit in d. S. si
Lucas Titus de hæreditate in testame-
to relata, vt pro testamento staret, pu-
berem voluit superuixisse; in ultima
verò oratione, quia ex una parte nul-
lus huiusmodi actus concurrit, & ex al-
tera agitur de impubere, impuberem
patri non superuixisse præsumit. ibi.
Quod si impubes cum patre filius perierit,
creditur pater superuixisse, nisi & hic cō-
strarium approbetur. Quarè aduersio de
pubertate, vel impubertate locum sibi
tantummodo vendicat, cùm non agi-
tur de actus subsistens, vt iam vidi-
mus, in d. l. qui duos, cuius ultima ver-
ba iterum referre non tñdet. Nam, &
qui unicum filium habet, si supremo mo-
rienti substituit, non videtur inutiliter
substituisse. Quod ex tacita legis dispo-
sitione apparet; etenim in dd. ll. cum
pubere, & si mulier pubertas, & impu-
bertas considerantur sine ullo actu po-
sitivo, vel donationis, vel substitutio-
nis. Ergo signum est huiusmodi dis-
positionem in illo tantum casu attendi,
vbi de actus subsistens nulla est con-
trouersia.*

22 Ex quibus apparet quām falsa redi-
datur diuinatio *Imola in d. S. si quis awā,*
quem sequuntur Raph. Com. Alex. &
Ripe, dicentis constitisse ibi patrem, &
liberos simultaneo naufragio, similiq;
excidio simul perisse, ita, vt non esset
dare tractum temporis inter alterutius
obitum. Vndē nil mirum si, hoc con-
stito, fideicommissarius admittatur; Fal-
sa inquam, redditur huiusmodi diuina-
tio, primò, quia sic diuinandi nullum
præfert fundamentum. Secundò, nā
qui sic discurrit, tenetur quoq; assigna-
re rationem, cur si ambo simul perie-
rūt, *Iuris Consultus supponat patrem*
præmortnum? Profectò nullam aliam
assignare poterit, nisi illā ex fideicom-
missi subsistens desumptam.

Meliū ergo, & fortalsè vlla absq; di-
uinatione loquutus fuisse, si dixisset sex-
cūs in *L* quod de patre morib. ff. de re-
bus ab yis. de ijs loqui, quos simul mor-
tuos vult, non autem d. S. si quis au-

en

en verba sex. in d. l. quod de pariter. Quod de pariter mortuis tractamus, & in alijs agitatum est, vt ecce si mater stipulata esset dorem à marito, mortua filia in matrimonio, sibi reddi, & simul cum filia periret, an, & bæredibus matris actio ex stipulatu competeteret? Et Diuus Pius rescripsit non esse commissam stipulationem, quia mater filie non superuixit, &c.

Ne autem nostra haec sententia, quia noua, erronea fortassis videatur, iuuabit ad eius comprobationem referre dispositionem l. inter sacerorum, ff. de patribus dotalibus. ibi. Inter sacerorum, & generum conuenit, vt, si, filia mortua, superstitem anniculum filium habuisset, dos ad virum perisseret, quod si, viuente Matre, filius obiisset, vir dotis portionem, uxore in matrimonio defuncta, retineret. Mulier naufragio cum anniculo filio periret. Quia verisimile videbatur ante matrem infantem perire, virum partem dotis reuinere placuit, &c.

Ad hunc tex. explanandum insudant Bartolus, & Socinus, tantaque dotem articulo tribuunt, vt ea, quæ dixerint, referre displiceat: Imo subtilissimus Andr. Alciatus in sacro illo tractat unculo de presumpt. presumptione 49. post n. 5. putat difficultatem enodare, sed non enodat dum ait, quod, vt res aliquem habere exitum, opus fuit, vt in casu d. l. inter sacerorum Iurisconsultus aliquid presumeret; scilicet vel filium obiisse ante, vel post matrem? Vnde maluit presumere filium ante matrem decesse, non simul, quia cum casus hic sit de raro contingentibus, lex nostra de illo nullam habuit considerationem, præterquamquod huiusmodi presumptio fuisse contra mentes contrahentium, qui voluere, vt in quolibet casu aliquid marito acquireretur. Non inquam Alciatus difficultatem enodat. Nam quero ego à tanto viro; cui lex maluit presumere filium decesse ante matrem? Iam certum est, quod si contrariū presumperet, res etiam exitum habuisset, ergo aliquid aliud lex presumit, quod

Alciatus non aduertit.

Respondendum est igitur, quod cū, quomodo cumq; res consideretur, semper suum habeat exitum, ita profecto, vt contractus subsistentia, exitusque sublineatur, lex maluit præsumere infantem vi potè nondum puberem ante matrem decesse ex dispositione l. cum pubere. & si mulier, ff. de reb. dubijs suprà relatarum. Cæterum si filius pubes fuisset, dubium non erat, quin contrarium supposuissent iura, vt legitur in d. l. qui dnos §. cum in bello. ibi. Cum in bello pater cum filio periret, materque filij quasi postea mortui bona vendicaret; adgnati vero patris, quasi filius ante pe- riisset, Diuus Adrianus credidit patrem prius mortuum. Et merito quidem lex sic disponit, cum hic nullam sit considerare actus subsistentiam, qui non interfuerit, & altera ex parte filius supponatur pubes, quia belli reperitur. Ne autem nostra sententia aliquid dubijs sortiatur, liceat tandem in medium afferre dispositionem d. §. cum in bello in ultima oratione, vbi filius liberti supponitur patri præmortuus ad hoc, vt bona patrono acquirantur; cum ex vulgato dicto, quicquid seruus acquirit, Domino acquirat. Vnde noluit considerare pubertatem, nec impubertatem, vt pro patrono staret, cui ex iuriis dispositione illa bona debebantur. Hec ibi. Si cum filio suo libertus simili periret, intestati patrono legitima defertur hereditas, si non probatur superuixisse patri filius; Hac enim, (notare) reuerentia patronatus suggestente, dicitur. Si ergo patronatus reuerentia tantam vim habet, vt contra filium lex disponat, quanto fortius hoc asserendum est, cùm agitur de alicuius actus subsistentia, exituque? Quod idem tex nos aduertit perly, intestati; Nam si testamentum interfuerit, presumptio pro testamento es- set.

Cū igitur, vt ex tam longo discursu vela tandem contraham, iura hæc superius relata varijs fruatur presumptionibus, videndum est, an in nostro casu

casu aliqua ex illis militet, vt casum ibi decilum ad rem trahamus. Sed antè quam hæc examinemus, soluendum arbitror argumentum à primæ sententiæ lectoribus in nos adductum in materia de feudis.

23 Quod quidem non officit; nam *Andr. supèr d. cap. sciendum.* loquitur, cùm pater feudum acquisivit, de quo non fuit inuestitus, illud inquit non acquiri successoribus; non autem ait successors debere sempèr nouam habere inuestitaram. Quod ridiculum esset asserre, En verba *Andrea*, quæ pro nobis facere nemo est, qui non colligat. *Feudum sine inuestitura non constituitur,* scilicet (notate) aut successione infra de feund, cog. cap. fin. in fin. Sed quid si dominus dicit vassallo. *Vade, & accipe tibi talē rem meam, & habeas in feundum,* & vassallus apprehendit possessionem nomine feudi, dicetur quod donec viuit, tenebit ut feundum, eo mortuo, heres non succedit in hac re, vel in hoc iure. hoc dicit. Hares ergo non succedit tunc, quia inuestitura non precessit, &c. hæc ille.

Sed ad quæstionis ornatum scias oportet in Regno, licet de feudorum iure feundum non constituatur, nisi per 24 inuestitaram, vt patet in *cap. I. tit. Qui bus mod. feud. const. pot.* nihil tamèn minus utile dominium transferri per Principis priuilegium absque tali inuestitura, vigore scilicet *Constitutionis Regni, Dignum,* ea ratione; nam in Regno inuestiturae solemnitates sunt penitus sublatæ, vt fatetur ipsem *Andr. in d. cap. sciendum.* Sequitur *Reg. Rouit ad pragm. 26. de feundis n. 10.* Imò vnum addo, quod ipse *Andr. in c. I. n. 2. de cap. Corr.* aduertit, literam assecurationis vassalorum in Regno haberi pro inuestitura, prout etiam sentit *Liparulus;* & est communis opinio inter feudistas.

Soluto iam aduersiorum argumento, quod, vt vidistis, impertinenter se habebat ad rem nostram, reliquum est, vt videamus, an ex præsumptionibus vti le hoc feudi dominium acquiri debeat 25 directo Domino, an successoribus? Et

quidem dico præsumptionem esse contra Dominum. Quod

26 Probatur primò ex ijs, quæ asserit *Andr. in Regno nostro Euangelista tit. de contro. int. masc. & fæm.* qui inquit in cap. item sciendum §. additio n. 7. præsumi contra Dominum rem esse liberam, nisi probetur eam esse feudalem, ergo ex hoc arguitur in rebus dubijs præsumptionem esse contra Dominum, sed in nostro casu dubia est mors alterius, igitur contra Dominum præsumitur.

Secundo probatur ex eo, quia feundum regulariter acquiritur sibi, & hæreditibus descendantibus, &c., vt diximus, in linea collaterali hæreditibus usque ad quartum gradum inclusuè; igitur aëtus hic feundum dandi sub tali pacto implicito aliqualem debet habere, subsistentiam; & consequenter standū est pro eius permanentia, exituque. Iam verò, cùm dubia est mors, ità illā interpretari debemus, vt pro hæredū successione stemus ad hoc, vt mens cōcedentis, qui ad tales hæredes extendi feundum voluit per successionem, suum sortiatur effectum ex dictis iuribus suprà citatis, in quibus exitus parti aduertitur; ergo hic præsumi debet contra Dominum.

Tertiò suadetur, quia *Principem;* certum est, concessisse feudi successione in linea collaterali usque ad quartū gradum inclusuè, ergo in dubijs, scilicet an priùs p̄emortuus sit qui reperitur in quarto gradu, an verò acquirens feundum, standum est pro eo, qui in quarto gradu reperitur, qui, quia simpliciter à Principe admittitur, multò fortius admitti debet in casu dubio; Etenim dum Princeps concessit maius, censetur quoque minus concessisse in eadem specie. ex regula, quod pluris est, tanti est. *l. cum fur. ff. de in lit. sur.* Facit pro hac probatione argumentum è contrario sensu eorum, quæ ait de *Franch. in decis. 192. sub nu. I. 1. & 1. 2.* & consequenter si admitti debet in dubio hic, qui in quarto gradu reperitur,

S dicen-

dicendum est non fuisse præmortuum, sed superuixisse illi, qui feudum acquisiuit, & sic succedere ab illo descendenter. potissimum quia Principis liberalitas sempèr in augmentum tendit, non in diminutionem. *l. fin. C. de prepos. agent. in reb. lib. 12.* eiusque priuilegia, dūm iura concedentium tangunt, latissimè interpretari debemus. *l. beneficium, ff. de const. Princip.* Sequitur *Rouitus in Pragm. 1. ubi de delict. n. 17.*

- 27** Quartò, quia, si Princeps dicitur cōmuni bono præpositus. *l. 2. S. nonisimè, ff. de orig. iur. l. fin. C. de cad. toll.* Quod exornat *Senec. de clam. lib. 1. cap. 4.* & *cap. 18.* Si principis proprium est subditorum seruitia remunerari, ut optimè scripsit *Aegid. Lusit. in l. ex hoc iure lib. 1.c. 10. tit. de Iustitia: Et iur. sub nu. 68.*
- 28** Si Principis denique est esse munificum & liberalem ex *l. penult. C. de donat. int. vir. Et ux. Bolognese. conf. 2. n. 39. Capyc. Latr. consule. 145. lib. 2. n. 123.* Quomodo, inquam, hæc ostentaret, si quis vix primò feudum acquireret, ac illud in dubio acquisitum ab hæredibus deper-

deretur? Vndè si omnes hæ coniectu-
ræ, & præsumptiones disiunctim sum-
ptè veram nostram sententiam non di-
cerent, indicarentque, nulli dubium
quoniam simul iunctæ veritatem præferant.
Restet ergo firmum, feudi illius utile.
Dominium penès morientium hæredes
remanere. Et hæc dixisse sat's.

S V M M A R I V M .

- 1 **E**xponitur casus.
- 2 **E**reponitur opinio aduersariorum, qua varijs argumentis probatur.
- 3 Proponitur nostra opinio.
- 4 Dispositio tex. in *l. Marcellus. S. res que, ff. ad Trebell. à fortiori procedit in legi- sima, & consequentiæ alienata in legitimam imputari debent.*
- 5 Soluuntur argumenta in contrarium ad- ducta.
- 6 Verus intellectus ad decisionem relatæ à *Vinc. de Franch. in decis. 77.*
- 7 Querela creditorum hypothecariorum est in posseßores fundi alienati, non in ha- redes fideicommissary.

Q V Æ S T I O XXIV.

An alienata imputentur in legitimam?



Vidam fideicomis-
farius dum viue-
ret, multa bona
fideicomisso sub-
iecta alienauit,
variaque contra-
xit debita. Post
eius mortem cre-
ditors supèr bonis hypothecatis petie-
runt assistentiam contra hæredes ab in-
testato ipsius fideicommissarij; nam
quamvis illa bona sint subiecta fideicomis-
sso, attamen ex ijs deducenda est le-
gitima. E contra vero excipiunt hæ-
redes legitimam esse iam electam per
alienationem multorum honorū fidei-
comisso subiectorum. Vndè dubium

hoc est, an in huiusmodi caſu alienata
in legitimam imputentur?

- 2 Et quidèn pro creditoribus fideicomis-
sarij negatiua viget opinio, pro qua
adduci primò posset tex. in *l. planè, ff. fa-
mil. erciscund. ibi. Planè ad officium in-
dicis nonnunquam pertinet, ut debita, &
credita singulis pro solidò alijs alia tribu-
at, quia sepe & solutio, & exactio partim
non minima incomoda habet, &c.* Si
igitùr creditoribus bona impartiri indi-
cis est, palam est legitimam sumendam
arbitrio iudicis, ergo aliundè non cen-
sebitur ritè electa.

Secundò tex. in *l. 1. S. si bares, ff. ad sen. Conf. Trebell. ibi. si bares, percepero
fundo, rogatus sit hæreditatem restituere,*

ex Trebellianico senatusconsulto. restituet hæreditatem, nec multum facit, si fundus pignori datus est; neque enim eris alieni personalis actio fundum sequitur, sed eum, cui hæreditas ex Trebellianico senatusconsulto restituta est: Sed caendum est hæredi à fideicommissario, ut si forte fundus fuerit evictus à creditore, habeat heres caudum; Iulianus autem caendum non putat, sed estimandum fundum, quanti valeat sine hac cautione, hoc est quanti vendere possit sine cautione, & si potest tanti vendere, non interposita cautione, quantum facit quarta pars bonorum, ex Trebellianico transiuras actiones, si minoris, retento eo, quod deest, similiter ex Trebellianico restitutionem fieri. Quæ sententia multis questiones dirimit. Si ergo hæres grauatus in sui beneficium poterit super tota hæreditate quartam prætendere, idem dicendum est in beneficium creditorum, vt scilicet illa debeatur ex singulis hæreditatis corporibus, & consequenter à Trebellianica ad legitimam possumus meritò argue-re.

Tertiò *tex.in l.2.C.ad leg.falcid.* ibi. *Falcidia rationem aduersus omnes pro modo legatorum, & fideicommissorum locum habere, certi, & explorati iuris est.* Quare si, teste Saliceto, Falcidia omnia legata ex æquo, & pro rata minuit, cur idem dicere non possumus de legitima desumēda quidèm pro rata, & ex æquo ab omnibus corporibus hæreditatis?

Quartò *l. Papinianus S. quarta, ff. de dn officiis: testam.* ibi. *Quarta autem accipietur, scilicet deducto are alieno, &c.* Vnde, cum legitima sit quota bonorum nec quota hæreditatis, vt benè *Aff. decis.* 382. competit hæredi fideicommissario supèr singulis corporibus hæreditarijs, *Idem decis. 162. post n.2.* si competit supèr omnibus corporibus hæreditarijs, per alienationem vnius fundi non intelligetur electa tota legitima:

Quintò suadetur hæc opinio ratione naturali; Nam supponamus quælo testatorem deceſſisse bona fideicommissio subiſſiendo; filius deinde legitimā ex

vberiori fundo deducat, quæro ego posset ne hæc sic detrahi in hæredum fideicommissarij præjudicium? Non vti-que, cum legitima ex suprà productis iuribus debeat è singulis corporibus deduci, vt quisque pingue, sterilemque partem sortiatur. Quomodo ergo licebit huiusmodi detractio in creditorum fideicommissarij præjudicium?

Suadetur sextò ex ijs, quæ refert *Dicitissimus Præf. Vinc. de Franch. in dec. 77.* vbi per S.C. fuit decisum supèr hypothecatis, quamvis postea fiat diuifio, nihil tamen minus creditori compete-re actionem pro singulis rebus, licet ille à diuersis possessoribus detineantur, cum non tollatur hypotheca ante diuisionem contracta in qualibet ex partibus pro indiuiso. Dum ergo suprà firmavimus legitimam esse quotam bonorum, indubitate iuris est, anteriorē hypothecam contractam per creditores ipsius fideicommissarij non destrui posse à per diuisionem legitimæ à cæteris bonis fideicommissio subiectis inducta per alienationem corporum, per quā supponitur ab aduersarijs electa legitima.

Septimò tandem ex ijs, quæ practi-carī refert *Dominus Reg. Donatus Antonius de Marinis in cap. i 6. lib. 2. resol. quotid. à n. 14. per totum,* scilicet, cùm adest creditorum concursus, creditorē anteriorem teneri recurrere ad bona feudalia, vel fideicommissio subiecta, quamvis allodialia, & libera ille habeat hypothecata, ad hoc nimirum, ne creditoribus posterioribus non habentibus hypothecam supèr feudalibus via precludatur; Et ad rem varias adducit decisiones. Quare ex hoc deduci posset, quod, cum hæres fideicommissarij, cui iam hæreditas restituta est ius habeat supèr bonis alienatis tanquam nulliter alienatis, vt potè quæ subiecta erat fideicommissio, debeat ea à possessoribus vendicare, & deinde è singulis legitima detrahi meritò posset; vnde isto in casu creditoribus consulteretur, quia è legitima eorum credita detraheretur,

nec non hæredibus ipsius fideicommisarij, qui ex bonis fideicommissis suppositis nihil deperderent. Et tunc an legitima competenter emporibus fundi, an autem creditoribus fideicommisarii, colligendum esset ex anterioritate. Hæc pro creditoribus, cætera in quæstionis decursu.

- 3 Placet nihilominus contrariae opinioni tāquam praxi, & iuribus consonæ adhærere. Quæ probatur primò ex eundemissimo textu in l. Marcellus §. res qua ff. ad Trebell. ibi. Res, quæ ab herede alienata sunt, in quartam imputantur heredi. Nec dicas textum hunc loqui solummodo de Trebellianica, quæ è bonis restituendis detrahenda est, & consequenter supponitur per alienationem electa, secùs autem de legitima, quæ 4 quota bonorum est; nam in promptu viget responsio, dum textus hic à fortiori intelligendus videtur de legitima, ut optimè inter cæteros firmarunt Angel. & Ioann. de l. mol. in l. 4. C. ad leg. falcid. quos adducit, & sequitur Grammat. in decif. 93. num. 5. Nec non alsentur Merlin. de legitim. innumeratas penè decisiones sexcentis fulcitas Doctoribus adducens in lib. 2. tis. 2. quest. 3. Nè autem de pecudum more solis ducamur autoritatibus, liceat rationem præbere, cur dispositio textus in d. l. Marcellus §. res qua. à fortiori procedat in legitima? Quæ quidem ea esse poterit; nam, cum legitima nullo iure prohiberi queat, sicuti è contra cæteræ detractiones, quæ de facto per testatores ritè assolent prohiberi etiam filijs, ut sic decilum teftantur Rous. conf. 95. nu. 12. lib. 1. de Franch. dec. 11. num. 9. & decif. 612. num. 1. Capyc. latr. decif. 1. n. 25. evidentè sequitur alienata in legitimam imputari; etenim si in detractiōnem Trebellianicæ, licet nouiter inducetæ potest hæres alienata imputare, quantè fortius poterit in legitimam, quam proprio iure postulat, ut potè de iure naturali sibi debitam? valet itaque argumentum. Possunt alienata imputari in Trebellianicam, cuius detractione se-

statoris mente dependet, ergo à fortiori in legitimam, quæ à testatore prohiberi non potest.

Probatur secùdò nostra opinio, quia dominia non debent remanere dubia. Sic se haberent, si in posse creditorum esset, vellent, nec ne pati ut alienata in quartam imputarentur. (quæ ratio militat quoque in hæredes fideicommisarij) vndè dominia transferenda à creditoribus dependerent; quod absurdū est. Quare opportunius esset (si alienationem nullam esse dicere velimus, de qua re brevissimè infra) ut creditores super bonis alienatis peterent assistentiam, dummodo priùs, quām alienatio fuisset hypotheca, per quam hypothecata censeretur legitima; siveque & creditoribus, & hæredibns fideicommisarij consuleretur. Quod si prior fuisset alienatio, quām hypotheca, dū prior in tempore potior in iure est, quid postularent creditores, ignorarem.

5 Nec officiunt adducta in contrarium argumenta; non primum deductum ex sexti. in l. planè ff. famili. ericand. Etenim textus ille non generaliter loquitur, sed per particulam, non unquam, non ergò inde bene infertur, ergo semper partes dandæ sunt per iudicem; præterquamquod ibi ita disponitur ob nō facilitatem & exactiōnum, & solutionum, ut ex eius lectura apparet. Imò ulteriùs dico quod, quamvis alienatio non subsistat ex eo, quia partes legitimæ non fuerint assignatae per iudicem. (quod quidem falsum est) nihilominus creditores ipsius fideicommisarij debeant petere assistentiam super illis bonis nulliter alienatis, modò hæredes hoc patientur, quorum est querelam exponere cōtra fideicommisariū debitorem; quid enim interest creditorum an partes sint datæ illi per iudicem, nec ne, si hæredes de tali electione non querentur. Vndè dum fideicommisarius pro creditoribus suam legitimam hypothecauit, quæ postea saltē patientibus hæredibus, ritè electa censeretur, creditores illam repetent à possessori-

soribus bonorum alienatorum, modò hypotheca fuerit alienatione prior. Quod quoque suas patitur difficultates; nec tam facile appetet, quis nam sit præferendus creditor ex hypotheca, an emptor fundi? sed de hoc fortassis breviter in ultima parte quæstionis; interim quicquid de hoc, illud certum sit, quæstionem esse inter emptorem fundi, & creditorem hypothecarium, non autem intèr hæredes fideicommissarij, & ipsum creditorem, qui vix contra possessorem fundi actionem habere poterit. Hanc nostram rationem videatur, ni fallor, leuitèr pertingere Merlin. loc. cit. n. 11.

Et sic patet responso ad argumentum secundo loco deductum ex l. 1. S. si hæres ff. ad Trebell. nam hæreditas dicitur quota bonorum, scilicet deductio ære alieno; quarta ergo detrahi debet tanquam è alienum à fideicommissio; quid ergo mirum si fideicommissarius in sui beneficium potest illam à tota hæreditate detrahere? Non sic discurrendum est de creditoribus fideicommissarij, quibus nihil ex fideicommissio debetur præter legitimam ipsius fideicommissarij, vndè si illa est iam alienata, quid prætendant ab eius hæredibus, ignoro. Quare cum aduersarij arguant à Trebellianica ad legitimam, si in d. S. res que disponitur alienata in quartam imputari, non iniuria nos dicimus idem de legitima.

Parem quoque sortitur responsonē argumentum deductum tertio loco ex tex. in l. 2. C. ad l. falcid. Ceterum in d. l. disponitur tantum ut falcidia detrahatur secundum legatorum quantitatē. ibi. *Falcidia rationē aduersus omnes pro (notate) modo legatorum, &c.* Vndè ridiculum esset, si, dum testator centum Titio legauit, & quincentum Mævio, tota quarta detraheretur à legatis Mævij tantum. An sic se habeat res in legitima, vestrum est iudicare.

Non officit quartum argumentum, desumptum ex l. Papinius S. quart. ff. de inoff. test. dum legitima dicitur quidē

quota bonorum, non ad hoc, vt necel- sariò defumenda sit ex singulis hæredi- tarijs corporibus, sed vt debetur, de- ducto ære alieno, prout ex ipsius tex- tus dispositione constat. ibi. *Quarta an- tem accipietur, id est deductio ære alieno.* Sic hunc textum explicat *Præf. de Franc. in decis. 127.* dicens legitimam dici quo- tam bonorum ad hoc, vt creditores fi- lio præferantur, non autem quoad cæ- tera. Non ergo ex eo, quia legitima dicitur quota bonorum, erit ex omni- bus hæreditatis corporibns defumen-

Nec nimis immorandū arbitror supèr quinta oppositione fundata in ratione naturali; nam demus querelam hære- dibus fideicommissarij, illam tamèn creditoribus hypothecarijs negamus, qui si possessoribus fundi hypothecati priores sint, eum ab ipsis repetent; si secus, quæ culpa hæredum, dum bona fideicommissio subiecta hypothecari non poterant, sed tantummodo legitima, quæ vt potè alienata, amplius hypothe- cari nequibat? Quare creditores ipsius fideicommissarij non habent hypothe- cata bona subiecta fideicommissio, sicuti hæredes fideicommissarij, qui (licet falsum sit) potuissent fideicommissariū cogere, vt ex singulis partibus legitima detraheret. Quid ergo mirum, si, quod mera animi liberalitate hæredi- bus cōcedimus, creditoribus negamus?

Hinc descendamus ad sextam oppo- sitionem fortassis solidiorem, quæ ne officit quidèm; nam ideo post diuisio- nem non tollitur hypotheca ante diui- sionem contracta, quia ibi disponitur de rebus societatis, quæ indiuisim hypothecari queunt; non sic dicendum est in nostro casu, vbi omnia bona pro indiuiso obligari non possunt, sed so- lùm pro legitima, quæ de se diuisione dicit à bonis fideicommissio subiectis. Quare, vt clariū procedamus, corri- genda est imaginatio; Nam legitima in suo essentiali conceptu primario dicit diuisiōnem à bonis suppositis fideicom- missio, quia legitima non est illi suppo- sita; nam de facto alienari potest; alio- quin

quin fideicommissi naturam indueret. Cùm ergo dicitur, hypothecam in nostro casu contrahi pro indiuiso, falsum est, non secùs, ac si diceremus quoq; illam contrahi supèr omnibus corporibus hæreditariis; nam hìc quoque corrigenda est imaginatio, cum legitima de suo conceptu non dicat detractio- nem à singulis illis corporibus. Cùm igitur hypothecatur legitima, licet non exprimatur corpus, illa intelligentur corpora, quæ posteà quomodounque eligentur. Vnde si nulla in posterum alienatio corporum sequatur, dubium non est, quin hæredum interfit debita fideicommissarij soluere pro rata nem- pè legitimæ. Quòd si qua alienatio interueniat, iam supponitur electa legitima per talem alienationem, sicque nulla esset contra hæredes actio, sed cōtra bonorum alienatorum possessores, de quibus infrà. Quare, vt cōcludamus, si hypotheca in casu nostro non contrahitur pro indiuiso cum bonis subie-ctis fideicommissio, locum non habet

6 decisio relata à *de Franch.* quæ disponit de societate, cuius bona si pro indiuiso obligari poterant, quid mirum, si deinde diuisio non operetur, quod locum non habeat hypotheca, que in quidem non haberet; si priùs contra-cta fuisset supèr bonis societatis separatim sumptis, vt consideranti patet? Præterquamquòd, vt ad supèrabun- dantium respondeam, hæc decisio suas patitur difficultates; dici enim posset. *S. C.* sic fuisse arbitratum, non ex eo, quia bona fuerunt pro indiuiso obli- gata, sed quia aderat instrumentum non reassumptum, quod nullam iadicabat fidem; cæterum *decisio* nobis fa-uet, cuius verba liceat quæso breuissimè aduertere ibi. Et sic dicebat non ob- stare, quod res aliena non poterat obligari, quia bi introitus non erant alieni, sed com- munes, & in qualibet parte dictus Petrus habebit partem, & pars Petri remanet obligata; non autem Francisci: licet ergo in casu nostro fideicommissarius ius ha- buisset eligendi legitimam supèr singu-

lis corporibus fideicommisso subiectis, hoc tamèn ius, si veritatem intrepreta- ri fas est, perdidit postea per alienatio- nem. Cæterum, vt ad trutinam redu- camus casum relatum à *Vinc. de Franch.* sumus in dispari casu; nam illi introitus non erant alieni, sed societatis, qui si fuissent alieni, locum non sibi vendicar- set huiusmodi *decisio*, videamus ergo an bona subiecta fideicommisso sint fidei- cōmissarij, an verò hæredū, & cōsequē- tèr aliena? De hoc vos met consulite. Tandem hæc *decisio* fundatur ad asserē- dum bona hypothecata pro indiuiso nō tolli postea per diuisionem subsequutā.

in text. in l. si consensit §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. in l. 3. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab. in l. si quis putans §. fin. ff. comm. dinid. liceat ergo hæc iura breuissimè explicare.

Et primò *text. in d. l. si consensit §. fin. ibi. Illud tenendum est, si quis communis rei partem pro indiuiso dederit hypothecas diuisione facta cum socio non usque eam partem creditoris obligatam esse, que ei obtigit, qui pignori dedit; sed viriusque pars pro indiuiso pro parte dimidiam manebit obligata.* En quomodò appareat rem societatis posse pro indiuiso obligari, & ratio rationis est, quia res societatis sunt inter se eiusdem naturæ, & speciei, vnde supèr omnibus hypotheca locum habet: secùs verò id asserendum est in fideicommisso, vt vidimus.

Secundò *l. 3. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab. ibi. Post diuisionem regionibns factā inter fratres conuenit, vt si frater agris portionem pro indiuiso pignori datam à creditore suo non libera esset, ex diuisione quasita parti pars dimidiā alter di- straheret pignus, intelligi contradicunt exi- stimauit; sed priorem secundò non esse po- tiorem; quād secundum pignus ad eam partem directum videbatur, quoniam ul- tra partem suam frater, non consentiente socio, non potuisse obligare.* Qui textus qui- dem eandem patitur explicationem, vbi quoque per illas verba, vt si frater, &c. opinionis nostræ veritas demon- stratur.

Po-

Postremò l. si quis putans §. fin. ff. cōm.
diuid. (cui eadem applicatur explicatio.
ibi Vrſcius ait. cūm in communi adiſcio
vicinus nunciauit, ne quid operis fieret: ſi
vnuſ ex ſocijs ex hac cauſa dāmnatus fuif-
ſet: poſſe eam pānam à ſocio pro parte fer-
uare. Iulianus autem reētē notat, itā de-
mūm hoc verum, ſi interfuſt adiſum hoc
fieri. En videtis quomodo in tribus his
adductis textibus ſemp̄r est fermocati-
o de ſocijs, qui non eandem for-
tiuntur diſpoſitione, quam fideicom-
miſſarij.

Cum ergo in h̄eredes nulla fit que-
rela creditorum hypothecariorum, vi-
dendum ſupererit, an fit contra empto-
res corporum ſubiectorum fideicom-
miſſio? Egregius quidam Doctor, vt pro
h̄eredibus fideicommissarij ſtaret, dixit
nullam eſſe in emptores querelam, ſic
ſubſtitet alienationem validam eſſe,
adeòque legitimam cēſeri electam per
talem alienationem, & conſequenter
ſicuti non potest eſſe aetio hypotheca-
riorum creditorum contra h̄eredes, itā
nec contra emptores, ea profecto ra-
tione, quia alienata in legitimam iin-
putantur.

Antequam autem illius fundamenta
referam, dico, ſalua eius pace, me ad
defendendos h̄eredes non teneri hoc
afferere; etenim vel venditio fuit an-
terior hypotheca, & in hoc caſu credito-
r hypothecarius nullam habet aetionem,
nec contra h̄eredes, nec contra
emptorem; nam prior in tempore po-
tior in iure. Vel hypotheca fuit ante-
rior venditio, et iam, vt diximus, cūm
hypothecarius creditor habeat obliga-
tam legitimam, quæ per ſubſequentem
alienationem ſupponitur electa, ab il-
lius poffeffore illam repetet, non ab
h̄eredibus fideicommissarij. Et hic ter-
cīo corrigenda eſt imaginatio; nam
opus non eſt, vt tunc legitima elige-
tur, cūm obligatur; vel vt, cūm elige-
tur, tñac intelligatur obligata; potest
enim eſſe obligatio illius ſine electione,
nec proinde dicetur ea eſſe electa pro
induſto, vel pro induſto obligata, ſed

obligata ſanè pro modo electionis fa-
ciendæ, ſicque facta electione, illa cor-
pora iam electa, licet nulliter vendita
(quæ duo optimè diſtinguenda ſunt)
ſupponuntur hypothecæ, ſi prior ea
fuerit alienatione per venditionem, vel
venditioni ipſi, ſi prior h̄ec fuerit hypo-
theca; par enim eſt ratio, vt videbitis.
Interim certum ſit ad defendendos h̄e-
redes non opus eſſe, vt pro venditione
ſtemus, pro qua ab illo Doctore h̄ec
afferuntur.

Cum textus in d. l. Marcellus §. res
qua. imputet alienata in quartam, & per
consequens ex omnibus ferè Doctori-
bus, in legitimam, de ea alienatione
intelligendum eſt, quæ perfecta dici-
tur, quæque transfert dominium, nec
non ciuilem, naturalemque poffeſſione;
ſed constitutum, & precarium tran-
fert tantummodo ciuilem, ergo, concur-
rente hypotheca per constituti, & pre-
carij clauſulam, & reali venditione, quæ
ciuilem, naturalemque poffeſſionem
transfert, h̄ec p̄aſſeri debet; illa ex-
clusa.

Sed quām erronea fit h̄ec doctrina
palam eſt; ex ea enim ſequeretur nun-
quam tutè poſſe creditores hypothe-
cam contrahere ſupè bonis debitoris,
quia, aduehiente emptore bonorum
hypothecariorum, creditor ille, quāmuis
anterior excluderetur. Quod quām ri-
diculum eſt, nemo eſt, qui non videat.

Vnde ducti ex regula, qui prior in tem-
pore potior in iure, merito, nè quoque
dubia demus dominia, pro creditore
hypothecario ſtamus. Nec video, cur si
prior fit tempore emptor, excludendus
fit hypothecarius, nec e contra. Ca-
terum assumitur, quod, contracta pri-
ma hypotheca, quæ per constitutum
poffeſſionem ciuilem tantum in credi-
torem hypothecarium tranſtulit, per
venditionem deinde transferatur ciuili-
& naturalis. Profectò ſi primò ciuili
translata eſt in creditorem hypothe-
cariū, quomodo h̄ec eadem ciuili
deinde transferri poterit in emptorem?
Dicamus ergo per priam eſſe iam
trans-

translatam ciuillem, per secundam verò naturalem, si fas est sic afferere. Unde, cum ciuilis præferatur naturali, meritò creditor hypothecarius præferri debet emptori, & sic, ut concludamus, creditor hic ager non contra hæredes fideicommissarij, sed contra fundi emptores. remedium l. fin. C. de acq. posse. concurrente in assentia, ex Rous. in Pragm. 1. de asyf. num. 27. Ut autem & in praxi vera reddatur nostra sententia, non obstat arbitror, quæ Domini, Reg. de Marinis ait in loco citato. pro praxi iam inueterata. Nam supèr alienatis hæredes fideicommissarij nullum ius habent, sed ius habere creditores tanquam supèr legitima iam electa, hucuscunque vidistis. Quarè quod de bonis feudalibus ibi dicitur, hic immēritò applicatur ab aduersarijs. Hæc sunt mei ingenioi deliria. Si quis altiora, necnon solidiora cupit, Doctores, si reperit, consulat. Interim satis.

SUMMARYM.

- 1 Natura omnes aquales volunt.
- 2 Nonus modus nobilitandi nostris temporibus adiuverunt.
- 3 Nobilis propriè quis dicatur?
- 4 Distinguuntur ad rem tres termini.
- 5 Qui probantur.
- 6 Virtutes, scientieque nobilitant.
- 7 In confirmationem adducuntur varie

Doctorum dicta; ceterorumque auctorum pronunciata.

- 8 Diuinitas non nobilitant.
- 9 Probatur.
- 10 Nobilitas à personis, non à rebus predicitur.
- 11 Probatur argumento à posteriori.
- 12 Improbatur sententia Barboli.
- 13 Pecunia obediunt omnia.
- 14 Error cuiusdam Imperatoris.
- 15 Nullum ius reperiatur probans diuinitas nobilitare.
- 16 Error nobilium.
- 17 Status questionis.
- 18 Refertur prima opinio.
- 19 Proponitur nostra opinio, qua afferimus per quodcumque delictum non dependi nobilitatem.
- 20 Solvantur argumenta in contrarium adducta.
- 21 Proponuntur nostra argumenta.
- 22 Duo ad rem considerantur dignitatum status.
- 23 Primus nunquam perditur.
- 24 Neque fuscatur, secundus secundus.
- 25 Nobiles non minus virtutibus, quam virtuibus abundans.
- 26 Quod exemplis comprobatur.
- 27 Necessario in fruitione nobilitatis consideranda est nobilitas in primo statu.
- 28 Nostra opinio conformior est praxi.
- 29 Pro qua afferitur decisio relata à de Franch.

QVÆSTIO XXXV.

An nobiles ob crimina perdant quandoque nobilitatem? vbi verum nobilitatis genus ostentatur.



V M delicta quoque nobilitatem induant, eiusque nitore turpem tegat naturam, hinc sit, ut eadem poena, non lege plecantur, qui una deturpati sunt culpa, diversum verò duxere ortum, & vulgo appellantur nobiles, & plebeij. De-

his ergo quanta scripserint Doctores, Tiraquellum consulite in aureo illo tractatu de nobilitate, vbi eximius hic Jurisconsultus vix aditum præbuit noua addendi. Ego autem noua de more methodo quæstionem hanc ad trutinā reducam, vrgentibusque argumentis, quæ afferam probabo, ut unus, qui huc usque Doctores penè dixerim omnes deti-

detinuit error, vno pariter elucescat principio.

Rerum ergo naturam fidam omniū parētem omnes æquales voluisse scripsit *Vlpianus in l. quod attinet, ff. de reg. iuris*; quapropter inter nos cognationē quandam constitutam dixit *Florentinus in l. ut vim, ff. de iust. & iure*, vt fortasse videremus, parem quoque originē traxisse. Cum autem annorum curriculo nobilitas pullularit, quamnam hæc noſeat parentem? adhuc sub iudice lis est, variaſque hinc indè ſingentes, notham facimus, quam veram decoris filiā appellemus oportet. Quisque ſe nobilem ſingit, quisque in falso crimen incidit. Noſtris hiſce tempeſtatibus vnius rationis ratiocinatis est nobilem creare, arbores conſtruere, proauos, abauosque, qui nunquam fuerunt, reuocare, personatas ad baccanalia uſque redde-re familias, ligoni ſceptra adneſtere, vitia purgare calamo, calamo virtutes intexere, quod ab vno aufert, alteri tri-bueret, cui tribuit auferre, vt quod do-nat, ſuretur; nemo verè nobilitatis na-turam noſcit. Quin imò interdum, ſe-pèque euenit, vt nobilem ſe credat, qui plebeia premitur angustia. Non ergo defuere, qui nobilitatis parentem diuitias dixerint, qui virtutes, qui fa-mam, qui ſcientiam, qui parentū pro-paginem, qui denique Principum gra-tias voluerint. Sic omnes illam adul-te-rantes ostendunt, nobilitatem, non modò ſcriptorum rapinis, ſed doctorū etiam ſubiacere ſententijs. Nobilem ego illum dico, qui animi decorem feruat. Quod ſi nobilis ille nuncupatur, qui noſcit, vt multis comprobat *Traq. tract. de nobil. in cap. 1. nulli du-biūn*, quin nobilis ſit, qui animi feruat decorem, quo ſe notum præfert. Ut autem clariū procedamus, tres termi-nos puto diſtinguedos inter ſe quidem diuersos, vt videbitis; videlicet, natum ex parentibus nobilibus, habentem no-bilitatem, & nobilem. Vulgaris fa-mæ ſcriptores forte hos idem ſonare, opinabuntur, ingenijque credent de-

liria, quæ ſic ſe habere probabo.

5 Et quidem non equum ideo fortem appellamus, quia ab equo strenuo na-tum ſcimus, cum quandoque contra-rium doceat experientia, ſic non doctum, qui *Aristotelem* noſceret parētem, ni & ille fortis ſit, & hic doctus. Si autem, proauique virtutes transfunden-tent, vitia iam exularent. Igitur non ex eo, quod aliquis ē parētibus nobili-bus natus eſt, nobilem appellare debe-bimus, ſed ē nobilibus natum paren-tibus.

Quandoque autem nobilitas à Prin-cipē datur. Annon hic mobilis erit? Non ita ſanè. Sed ne de hoc queran-tur velim Principes, cum in ſimiſi caſu hoc de Deo dicamus. Si enim Deus parieti viſionem inferret, paries non diceretur videns, ſed habens viſionē per omnes Philosophos, & Theo-logos; ergo pariter ſi Princeps alicui ignobili nobilitatem concederet, hic non dicetur nobilis, ſed nobilitatem habens. Nobilis ergo verè ille eſt, qui 6 ab intrinſeco talis redditur; & quidem non niſi per virtutes, ſcientiasque, que ab intrinſeco, non extrinſeco illum no-tum dant. Facit illud *Euripid. apud Sto-beum ſer. 89. à Genuero* ſic verſum.

7 *De nobilitate parum laudis praedi-care poſsum;*

Bonus enī vir mihi nobilis vide-tur

Qui verè non iuſtus eſt, licet à pa-tre meliore

Quād Iuppiter ſit, genus deducas,
ignobilis mihi ceneſetur.

Faciūt quoque relata ab *Aſſiſto car-mina in cap. ſi vero feudum. de controv. inuest.*

Si pater eſt Adam, enītis ſi mater
& Eua

Cur nos non ſumus nobilitate pa-reſ?

Degenerant homines uitjys, fiuntq;
minores,
Exaltat virtus. nobilitasque ge-nus.

Ex quibus videtis iam virtutem nobili-tare

tare, vnde bene subdit Ouid. in lib. 1.
de Pont. eleg. pen.

*Si modo non census, nec clarum no-
men auorum
Sed probitas magnos, ingeniumque
facit.*

cætera videre est apud Tiraq. in cap. 6.
tract. de nobilit. cum mihi non sit animus
de ijs iudiciū ferendi, qui nobiles sunt,
sed tantummodo ex his principijs vi-
dendi, an nobiles delinquentes fruan-
tur nobilitate; Omnia vero hæc ad rem
dicta videbitis in quæstionis decur-
su.

8. Falsa autem interim sit opinio nobi-
litates inter diuitias admiscentium. Ete-
niam qui fortunæ bonis fructur, mulie-
ris cæcæ arbitrio substata, cæcitas no-
bilitati æquiparetur, consulite Tullium
aduersus Sallust. ibi. *Tuis vita, quam
turpiter egisti, magnas obsudisti tenebras.*
Quare facit epigramma illud à Tira-
quello rescriptum in cap. 3. tract. cod. n.
10.

*Nam fortuna fauerit, dum te sic tollit
in alcum,
Sed docet arbitrio te quoque stare
suo.*

Ex Lactantius lib. 5. cap. 16. exclamat.
*Diuitia non faciunt insignes, nisi quos pos-
sunt bonis operibus facere clariores.* Sub-
scribit Plaut. in cap. *Ego patri meo esse fa-
tor summas diuitias domi, neque summo
genere natum.* Quod bene agnouerunt
Casares in l. nobiliores C. de commer. &
mercator. ibi. *Nobiliores natalibus, &
honorum luce conspicuos, & patrimonio
diuiores.* Ex qua dispositione videtis
iam diuitias non nobilitare, dum tan-
quam diversæ ponuntur à nobilitate.
*Sic tex. hunc explicat Tiraq. in d. tract.
cap. 3. n. 15.* Et ratio rationis est, quia
ijs dictat, vt nobilitas à personis, non
à rebus prædicetur l. iustissime 40. ff. de
aditis. edict. quod patet ex Machab. 2.
cap. 5. *Non propter locum gentem, sed
propter gentem locum eligit Deus.* Quæ
omnia eruditissime refert, & sequitur
10. Gutierrez tract. quest. 14. lib. 3. nu.
324. Quamvis reperiam apud Boëriū in

dec. 222. Ariē coquinādi in domo Prī-
cipū in dignitatē mutari. Præterea
nouum non est, quandoque, imò sèpif-
simè diuitias in vilissimos, infamesque
cadere. Pestem aduoco in testem, que
præteritis annis quot locupletes reddi-
derit, nemo adfuit, qui non viderit.
An hi nobilitate frumentur? Ergo ne
qui mortuos tumularunt aduncis-
que manibus eorum bona subripue-
re, clariores sunt habendi, quia fures?
Hos ergo generosos ex balneis appelle-
mus. Quamvis enim diuitijs nobilitas
ematur, iuxta illud Horatij lib. 1. epist. 6.
genus, & formam Regina pecunia donat,
illæ tamè nobilitatem non induunt.
Audite ergo. Plutarc. apud Tiraq. ibid.
cap. 4. n. 3. in fine. *Quid aliud nobilita-
tem esse existimamus, quam antiquas di-
uitias; vel antiquam gloriam, quam
terum neutra in nostra potestate est?* Si-
quidem altera in fortuna arbitrio sita est,
altera ex intemperantia humana profici-
scitur. A duabus igitur rebus alienis super-
bum hoc nobilitatis nomen penderit. Et di-
uitia quidem non reddunt nascentes sibi si-
miles, idest diuites non gignunt diutes.
Virtutis autem à iusto animi habitu pro-
fecta facultas ad posteros transfundit po-
test. Atque hac re vera est nobilitas iu-
stitia similitudo. An vero Mida Regis di-
uitia nobiliores erant Aristidis paupertate?
quamvis hic ne sepultura quidem sumptus
reliquerit, Phrygis autem sepulchro omnia
cedere potuerint. Verum in diuitijs no-
bilitas non est, cum opes potius pabulum
sint malitia; Omnis sane malitia recte
comparatur igni; Vtrumque enim pabulo
destitutum extinguitur. Socratis verâ
generis ignobilitas ex obsecrice, & sta-
tu quo nati, nonne Sardanapals gloria no-
biliores fuit? Xersem quoque non estimare
debet nobiliorem Cynegiro fuisse, nam
huius quidem manus pro patria amputata
est; ille autem vitam fuga seruavit ma-
gni regni loco magna timideitate pra-
ditus. Quare improbem oportet Bar-
bos, sententiam in conf. 57. col. 2. tria no-
bilitatis genera distinguēntis, natalium,
honorum, & diuitiarum ex tex. in d. l.

nobiliores. Etenim sex: ille nunquam nobiles eos vocat, qui diuitijs tumulatur; Quamvis nostris hisce tempestibus tam altas iecit radices pecunia, ut verificetur illud Ecclesias. 10. Pecunia obediens omnia. Subdit Horatius lib. ser. 2. satyr. 2. Omnis enim res diuitys parer, quas qui construxerit, ille

Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam Rex

& alibi.

*Cives, o cives quarenda pecunia pri-
mum est, virtus post nummos.*

*14 nec erubuit Imperator ille à Danie Flo-
rentino relatus, qui sic nobilitatem dif-
finiuit. Nobilitas est antiqua eris, & di-
nitiarum possessio cum pulchris regimini-
bus, & moribus. Ni fortasse velimus
dicere, illum voluisse, à moribus nobili-
tatem trahere diuitias, quibus dictis
non inficiuntur.*

*15 Nec crassa speculacione obijciat quis-
quis sit sex. in l. 1. ff. de custod. & exhib.
reco. vbi videtur nobilitas diuitijs æquiparari. Nam ibi Vlpianus loquitur de
custodia recipienda, & cum agatur de
fideiussore, dubitatur, an diues sit sub
fideiussoribus recipiendus? Cæterum
non ait nobilitatem diuitijs æquiparari,
quamvis eodem modo dubitet de diuitijs,
quo de nobilibus. Audite sex.
De custodia rerorum proconsul astimare so-
let, utrum in carcerem recipienda sit per-
sona, an militi tradenda, vel fideiussori-
bus committenda, vel etiam sibi. Hoc au-
tem vel pro criminis, quod obijcitur, quali-
tate, vel propter honorem, vel propriet am-
plissimas facultates, vel pro innocentia per-
sonae, vel pro dignitate eius, qui accusa-
tur facere solet. Si ergo textus hic diuite-
m nobilem appellaret, talem quoque
diceret innocentem, quod ridiculum
est; sequela probatur. ibi. Vel pro in-
nocentia persona, &c.*

*Qui igitur è nobili natus progenie
auorum decorem seruauerit, hunc no-
bilem dicamus oportet, non minus,
quam cum, qui scientijs, vel virtutibus
prædictis extiterit. Sic pariter dicen-
dum fore arbitror de ijs, qui à Principe*

*16 nobilitatem acceperint. Cæterum ab
extrinseco nobiles essent appellandi.
Hinc ceruices deponant qui vix nouo
infeudati feudo, antiquam, si quam
habuerint unquam, prudentiæ inuesti-
turam perdunt. Non desunt nostris his
tempestatibus, qui baronali, vel quo-
quo alio insigniti titulo tunc nobilitate
induisse credunt, cum se bonis mori-
bus parentale dignoscunt, tunc perspi-
cuos haberi, cum vitijs coinquinatos.
Hos crassa derinet politica, ut se timē-
dos, non amandos putent impia ducti
voce, Oderine, dum metuant. Quin
imò valere inquiunt argumentum; No-
bilis est, inscius igitur, doctus, ergo
ignobilis. Proh nefas! subditos credūt,
quibus ipsi subsunt. Is apud ipsos no-
biliar habetur, cui magis fauet super-
cilium. Tandem alterutram nobilita-
tis noscunt parentem, dementiam, in-
scitiamue; & tunc sapere dicunt, cum
insipiunt,*

*17 Quoniam autem vsu iam receptum
est, tam eos, qui virtutibus, scientijs
que sunt insigniti, quam qui è nobili-
nati sunt stipite, vel à Principe nobili-
tatem retulerunt, frui eius beneficio,
privilegioque, querimus hic, an isti si
facinora patrent, illud perdant, nec
ne?*

*18 Et primò quidem quicquid sit in ordinarijs criminibus, negant in enormibus adducentes tex. in l. prima C. vbi
senat. vel clariss. In l. si qua C. de secundiis nuptrijs l. senatoris filia, ff. de ritu nup-
tiarum l. 2. l. iudices l. quoties C. de digni-
tatisibus tib. 12. l. 2. C. de palat. sacr. lar-
git. l. infamia C. de decurionibus cap. no-
bilis 2. q. 5. cap. 1. extr. de purgat. cano-
nica. Quæ iura nobiles enormia patræ-
tes crimina nobilitate spoliare asserunt
Bart. Ioan. Plat. in l. 1. C. de dignitatis-
bus. Salicet. in l. prouidendum. C. de po-
stuland. Bald. in cap. sedes. de rescripte. in
l. cum antiquioribus C. de iure deliber. Luc.
de Penn. in l. mulieres C. de dignitatibus.
Tirag. tract. de nobil. cap. 24. n. 3. Gram-
mat. decis. 36. n. 5. & 6. Vnde Affl. in
const. terminum vita congruentè asserit*

in 7. notab. nobilem vltra vnciam furātem suspendendū, nec non pœna ignobilibus debita puniri scripserunt. Idem in decis. ultima ann. 23, & Riccius in decis. 278. sic in curia Archiepiscopali decisum referons. Subscribunt Rouis, in criminis lœse maiestatis. ad pragm. 1. num. 19. de paenit. Farinac, de heres. qnaest. 189. §. 4. num. 4. Simanc. de canth. inst. cap. 45. Sic pariter decisum multoties testatur Sanfelicius in decis. 56. Cæteros authores apud citatos reperire cest.

59 Ego autem cùm paucis, ne solus dicari, assero per quodcunque delictū licet enormissimum nunquam desperdi nobilitatis priuilegium. Durum sanè dictum, quod sciolos ad risum prouocabit. Sed argumenta attendant, que ut clariū eluescant, liceat primò tex-tus in contrarium adductos explicare.

20 Obijciebatur primò l. 1. C. ubi senas. vel claris: ibi. Quicunque non illustri, sed clarissima dignitate tantum preditus virginem rapuerit, vel fines aliquos inuaserit, vel in aliqua culpa, seu criminis fuerit deprehensus intra provinciam, in qua facinus perpetrauit, publicis legibus subiugetur, nec fori præscriptione utatur, omuem enim bususmodi honorem reatus excludis. Et quidem tex. hic vult non gaudere priuilegio fori clarissima in dignitate depositos; sed ubi nam nobilitatis priuatio & præterquam quod dicere, & iure possumus cum Gloss. hic in vers. non illustri, hoc non evenire ob crimē patratū, sed ut differētia sit inter clarissimos, & illustres; illustres enim quāuis facinora patrēt, fori priuilegio gaudent; non ergo hoc accidit ob crimen patratum, & consequenter non valet argumentum. Prinatur hic tali honore, ergo & nobilitate. En dispositio. l.2. §. quoties C. cod. Quoties autem viri illustres in provincijs constituti, non hitamē, quorum cognitio ad nostram maiestatem, vel ad iudicem vice nostri Numinis auditorum pertineat, in querimoniam fuerint criminalem vocati, & sedendi, cùm cele-

bratur, cognitio, in secretarijs indicantiis ins consequantur, & iudices, patefactis quoque criminibus ferendis contra huismodi viros illustres, vel facultates eorum sententijs abstineant, dum noſtre pietatis ad suas mernerint relationes responsum; supplicio videlicet, quod accusatoribus, patefacta eorum calumnia, ingeneratum est, nec apud Provinciales Indices, si non sic, ut superius dictum est, simitem dignitatem habcane, differendo.

Secundò obijciebatur tex. in l. si qua C. de secundis nuptijs. ibi. Si qua mulier nequaquam luctus religionem priori viro nupiarum festinatione præstiterit, ex iure quidē notissimo sit infamis, &c. Ast an tex. hic prober, ex enormibus delictis perdi nobilitatem, vestrum est iudicare. Dicit profectò aliquis, quod cum crima infamiam irrogent, qui ex illis infamis redditur, nobilitatem perdet ad instar mulieris eam amittentis, dummodo infra annum luctus nubat. Sed de hoc inferiū, ubi videbimus an infamia nobilitatem minuat. Interim illud certum sit, in hoc tex. nil contra nostram assertionem disponi, præter quā quod poena hæc mulieribus imposita correcta est per ius Canonicum, ut alias diximus.

Tertiò adducebatur l. senatoris, ff. de ritu nupiarum. ibi. Senatoris filia, que corpore questum, vel artem ludicram fecerit, aut iudicio publico damnata fuerit, impunè libertino nubit; nec enim bonos ei servatur, que se in tam scelus deduxit. Sed lex hæc non officit; est enim supponendum per legem Iulianam cautum esse, ne senatoris filia nubere possit cum liberto, vilique viro, ut legitur in l. Iulia, ff. eod. ibi. Neue senatoris filia, neptisue ex filio, proneptisue ex nepote ex filio nato, nata libertino, eius, quis ipse, cuiusue pater, materne artem ludicram facit, fecerit sponsa, nuptane sciens dolo malo esto, neue quis eorum dolo malo sciens sponsam, uxoremue eam habeso. Ita igitur hac dispositione, inquit tex. Senatoris filiam scelestem ducentem vitam, impunè libertino nubi, neque

ei illum deberi honorem, vt scilicet nequeat libertino nubere, ex eo, quia sceleribus dedit, nec inquit, eam deperdere nobilitatis priuilegium, sed tantummodo prærogatiuam illâ filiabus, non nullisque alijs descendantibus è Senatoribus tantummodo concessam. Vnde quid obstat in nos, qui de nobilitate loquimur præscindendo à quacunque alia prærogatiua, quæ varijs modis perdi potest? Exemplum sit crimè homicidij ab officiali patratum, propter quod officio priuatur. Quæro ego, valebitne afferi, *officialis hic nobilitatem amissit?* non vtique, & tamèn officium perdidit. Non valet ergo argumentum à prærogatiua ad nobilitatem. Sed non ignoro qui dicat per crimina deperdi doctoratus nobilitatem ex ijs, quæ diximus. Quod quidem ita se habiturum aio, cùm hoc in iure dispositum reperiatur. Cæterùm ne putet quisquis sit Senatoris filiâ deperdere nobilitatem, sed tantum prærogatiuam illam, quæ è tali nobilitate descendit. Quæ duo sunt benè distinguenda, ne quis hinc indè cæctiens sese perditum tradat. Iam verò per prærogatiuam deperditam non amittitur dignitas, & nobilitas. Quoniam autem diximus, officiale in ex aliquo ignominioso crimine posse officium, quod sanè dignitas est, deperdere, ne dictum hoc in nos retorqueatur, aduertamus oportet diuersum esse officium à dignitate officij, propter quā nobilitas acquiri assolet. Nam supponendum est dignitatem illam à Principe datam officiali eius animum nobilitasse; vnde siue ab illo auferatur postea officium, siue non, sempè valebit ista assertio, *Hic fuit in dignitate, & consequenter nobilitatem à Principe habuit,* & quamuis auferatur officium, non poterit Princeps operari, vt huiusmodi dignitas iam data, non sit præstata, sicuti qui è nobilibus parentibus natus est, neque Deus operari poterit, vt è talibus natus non sit. Hanc verò dignitatem non deperdi per quocunque facinus probabimus infra pro nostra con-

clusione. Interim illud certum sit non deperdi dignitatem, nobilitatemque, ex alicuius prærogatiuæ, vel officij amissione, vt ostendimus.

Quartò obstat videbatur l. 2. C. de dignitatibus. ibi. *Naque famosis, & notatis, & quos scelus, aut vita turpitudi inginat, & quos infamia ab honestorum catu segregat, dignitatis porta patebunt.* Sed textus hic frigescit in nos; Aliud enim est dicere, post facinorofam vitam non dandam dignitatem, nè præmium de malo habeatur, aliud autem, illam datum post crimina deperdi; nam quod datum est non potest non esse datum; secùs vero quod non dum datum est.

Quintò adducebatur textus in iudices C. eod. ibi. *Iudices, qui se furtis, & sceleribus fuerint maculasse consulti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exsili inter pessimos quosque, & plebeios habentur, nec sibi post hoc de eo honore blandiatur, quo se ipsos indignos indicauerūt.* Optimus sanè *textus*, quem facilè diluet, explicabitque qui allatam superius distinctionem speculatus est. Nam vel loquimur de dignitate data à Principe, & hæc nequit non esse data, vndè nunquam deperdi, sed illam in delictis attendendam probabo postremò; vel loquimur de ea prærogatiua, exercitiue officij, quod quoque honor est, & hoc deperdi potest. *Textus* hic ergo loquitur de secunda acceptione, non de prima; quod patet per ly, *ablatis codicillorum insignibus*: officia hæc nanque, vt optimè *Gloss.* explicat, dantur codicilli, qui vulgo, *patenta*, appellantur, vnde illis tantummodo priuantur, ne scilicet amplius officia exercere queant, Quæ acceptio nō obstat in casu nostro, modo illa prima retineatur. Quod autem textus dicat eos haberi inter pessimos, plebeiosque, parum refert; etenim, sicut ille loquitur de actuali exercitio, & honore, sic quoque vult, vt, futuri plebeij, pessimisque non patet amplius aditus honoribus, sic & istis non patet, vt ex sequentibus verbis constat. *Nec sibi post hoc de eo honore blandian-*

dianus, &c. Cæterum impossibile est, adeoque iuri naturali, omnibusque rationibus repugnans, ut *textus* loquatur de prima acceptione, iam videtis, & colligeris in cursu quæstionis.

Sextò opponebatur *textus* in l. quæsties. C. cod. ibi. In criminalib[us] verò negotijs dignitate quoque, quæ se per suum videlicet periurium indignos esse probaverint, spoliens, ut in eos, reportè illustri dignitate per suum facinus priuatos in consulto etiam nostra pietate indicibus legum severis asem liceat exercere. Sed eadem est applicanda responsio, ut scilicet loquatur de illa dignitate, prout in secunda acceptione, cum illa prima semp[er] retineatur. Ait, ut verum fatear, substatete quisque debet, usquequò benè has acceptiones distinguamus, & probemus.

Septimò adducebatur *textus*. in l. 2. C. de palat. Sacr. larg. ibi. Nullus T[ribunus] besau-riensis, vel officialis comitis T[ribunus] besaurorum semel deprehensus exersam quocunque parato, aut repetat militiam suam, aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem, vel se[me] transferat ad aliam quamcumque militiam. Sed eadem subdimus responsionem, quam dedimus pro intellectu d. l. 3. C. de dignitatibus.

Octauò opponebatur l. infamia. C. de decurionibus, ibi. Infamia, qua sibi abominanda est, non etiam amissionis occidiorum casus qualisum tibi admittit honorā. Sed *textus* hic loquitur de officio, non de nobilitate, & dignitate iam acquisi- ta. Aduoco in testem Bart. qui sic *textum* hunc summat. Qui perdit visum non perdit officium: secū si infamari- tur.

Tandem obiectebatur cap. nobilis 2. quæst. 5. & cap. 1. extr. de purgatione canon. ibi. Nobilis homo, vel ingenuus si in synodo accusatus crimen negauerit, si fidelem eum esse sciuierit, cum duodecim ingenuis se expurget; si autem antea deprehensus fuerit in furto, aut periurio, aut falso testimonio, non admittatur ad insurandum, sed ei, sicut qui ingenuus non est, purga- tio indicatur. Sed aduertendum est sex-

tam loqui de nobilitate, quæ per inge- nuitatem est acquisita, vt optimè expli- cat ibi *Glossa*. quæ impropriè nobilitas est, alioquin omnes plebeij nobiles ap- pellarentur. Vnde particula, *vel*, expo- sitiū le tantum habet, & idem sonat, ac idest, vt ibi quoque *Glossa* per l. sapè ff. de verb. signif. Quod ex ipso *textu* appa- ret, qui secū truncus redderetur, prin- cipio enim loquitur de nobili, vel in- genuo, & postmodum in postrema ora- tione de nobili tantum concludit. Er- go, ne illum truncum reddamus, dica- mus oportet ly, *vel*, expositiū se habe- re. Vnde nil officit. Sic ergo aduersa- riorum argumentis solutis, reliquum est, vt ad harum solutionum compro- bationem nostra proponamus funda- menta; nec ignoro aptius fuisse, vt ea in initio exposuissim, vt clariores appare- rent in aduersarios oppugnationes, ne autem mearum rationum telam obrum- perē, sic ea apponere sum arbitratus. Agamus igitur.

2 1 Et quidem quatuor illa nobilitatum genera. quæ suprà exposuimus, reco- lenda sunt, virtutum scilicet, scientia- rum, natalium, cæterarumque, quæ gratiose appellari possunt. Has igitur quamcumque ob culpam deperdi non posse demonstrabo; etenim, ni mei oculi cæcutiunt, dictum hoc fatis supèr que probatum arbitror ex *text. in l. si gra- nus C. de dignitatibus*, ibi. Si granus ubi- lum (notare) facinus admittatur; nocen- te persona extra carceralē custodiā sub fideiassione habita, supèr illustribus quidē nobis fugeri invenimus. Igitur etiam in gra- uioribus facinoribus mitiū puniuntur nobiles, quam plebeij, nec proindè no- bilitatem perdunt, dum illustres appel- lantur, ergo semp[er] præ oculis habetur nobilitas, cuius privilegia consequen- ter non amittuntur. Ut autem iura iuri- bus concordemus, quoniam, vt iam 2 2 vidistis, quandoque dignitates, hono- resque perdi videntur, distinguendi sūt duo dignitarum status, primus in con- ceSSIONE, vel transfusione consistens, pura, cùm quis ad lauream ascendit, vel

è pa-

è parentibus nobilibus descendit. Secundus, cùm eius decor in posterum conseruatur vlla absq[ue] vitiorū interjectione. Secundus hic, si fortassis perditur, primum non contaminat. Etenim siue amittatur, siue non, semp[er] dici poterit, illum ad lauream ascendisse, virtutibus fuisse praeditum, à Principe nobilitatis decor suffultum, è nobili ortum stipite. Hoc sufficit ad priuilegio nobilitatis fruendum. Quod probbo; nam quæro ego, cur filius, qui à parentibus nobilitatem trahit, nobilitatis priuilegio gaudet? Profectò quia è parentibus nobilibus natus est. Iam vero iniquissima hic patret scelera, turpissimus sese virtijs perditum tradat; poteruntne hæc operari, ne ille à talibus parentibus natus sit? non ita; ergo si eadem perseverat causa formalis, idem etiam effectus debebit ex vulgatis iuriis perseverare. Et ratio rationis est, quia, quod semel datum est, neque supernaturaliter datum non esse poterit, igitur hoc, quod est, datum esse, nunquam deperdi potest, quicquid sit, si successus eius decor deperdatur, pro ut iura in contrarium adducta volebat. In testem aduoço textum ab aduersariis adductum in l. indices C. de dignitatibus, à quo ex interrupto decorè per scelera honoribus via in posterum tantummodo præcluditur. ibi. Nec sibi posthac de eo honore blandiantur, &c. Quod si dixen- ris impossibile esse, vt sūmū stent scelerā, & nobilitas, in contrarium veritas est, loquendo de primo illo nobilitatis statu, cum inter se pugnēt tantum exercitum honoris, seu decoris conseruatio, & patratio scelerum, non autem hæc, & nobilitas primo modo accepta. Exemplum sit voluntas, quæ non potest componere una cùm actu volitio, nisi nolitionis actum; potest autem cùm alterutro; sic in casu nostro homo nobilis poterit patrare scelus, secus autem cùm scelere decorum conseruare, qui à scelere destruitur, sicuti actus voluntatis ab actu nolitionis. Vnde quemadmodum quilibet ex illis actibus intèr

se contradictorijs voluntatem tanquam principium respicit, nec destruit, sed cū illa componit, sic alterutrum ex istis, quāvis inter se cōtrarijs cūm suo principio, scilicet hominē nobili componet, nec nobilitatem destruet. Nec dicas non perdi nobilitatem, sed fuscari; nam facilis est responsio, cum sic conseruatio tantum decoris fuscetur, quia quod fuit, 24 fuscari non potest. Sed quod est. Iam verò nobilitas in primo statu considerata, quæ animum nobilem reddidit, fuit physicè, & moraliter perseverat. vnde eius conseruatio fuscatur, secus verò ipsa, quam sufficienter nobilitare suprà satis probauimus. Nec præterea nouum redditur, nobiles non minus virtutibus, quam virtijs abundare. 25 Sic Tiraquell. in cod. tract. cap. 37. n. 124. discurrevit. Illū audite, Nobiles in utramque partem, & virtutum, & vitiorū ignobiles longè superant. Cuius rei clarum testimoniū nobis præbet quotidiana experientia, & Tullius, cui probè cogniti sunt utrorumque mores. dum in oratione pro Publio Quintio, Volubelli, inquit, quem admodum solent homines nobiles, seu recte, seu perperam facere cuperunt, ita in utroque excellunt, ut nemo nostro loco natus absque posset: iniuriam facere fortissime perseverat, & cetera. Quod nos alibi ad 26 aliud resulimus, & hoc pertinet quod de Atheniensibus, gente quidem & antiquissima, ut alibi diximus, & nobilissima scribit Plutarch. in vita Dioms ad fin. Excelentesimos virtute eos esse viros, quos ciuitas illa pertulerit, & viros scelestissimos, quos & eadem ediderit. Hæc ille. & Seneca in epist. 95. Sic prærumpit. Omne tempus Clodios. non omne Catones fecerit. Ad deteriora faciles sumus, quia nec Dux potest, nec comes deesse, & res etiam ipsa sine Duce, sine comite procedit; non primum est tantum ad vitia, sed præcepit. Et quod plerosque inemendabiles facit, omnium aliarum artium peccata artificibus pudoris sunt, offenduntque deerrantem: vita & peccata delectant. Non gaudet nauigia gubernator euerso, non gaudet agro medi- cus elato, non gaudet orator, si patroni cul-

*pareus cecidit; et contra omnibus crimen suum voluptatis est, &c. En quomodo vicia & benè associari queunt nobilitate, in primo statu sumpta. Neronis imago introspiciatur, cuius vita innumeræ penè concessit vicia, qui tamè si adhuc viueret, adhuc esset imperaturus, non quia malus, sed quia Rex. Henrici Anglie Regis pudendam cunctis dominatibus mortem vel ipsi hostes post tot sæculorum ambitus lugent, ac execrantur, non quod sceleræ impunè abire malint, sed quod Regium fundere sanguinem nefas quovis nefario scelere maius existiment, non ignari turpe esse, & indecorum à maiorum virtute deflectere, illudque *Iurenaturalis* non raro usurpantes.*

*Quo animi vitium sanè conspicitius in se
Crimen habet, quamè maior qui peccas habetur.*

37. Imò vterius dico necessariò considerandam fore nobilitatem secundùm primam acceptiōnem: Nam finge aliquem doctoratus laurea insignitum, qui deindè in paupertatem incidens mendicet, an non si hic delinquat, & ordinarium committat crimen, nobilitate frueretur? & tamè nil nobilitatis habet, nisi illam in primo statu consideratam; ergo ad fruendum nobilitatis priuilegio sufficit, imò necesse est, vt primus tantummodo nobilitatis status consideretur. Cæterum nō ne assolent Principes mea animi liberalitate annuere, vt atrociora patrantes crimina nobilitate fruātur? ita sanè, & probabile vobis videbitur plus operari Principis gratiam ad priuilegio nobilitatis fruendum, quā nobilitatem ipfam primò iam acquisitā Ridiculum sanè figmentum, non fecūs, ac si diceremus aliquid aliud extrinse- eūs aprius, & vniiformius esse ad calorē producendum ipso calore.

Relatas tandem *decisiones*, quibus medijs soluam, ignoro. Fortassis non loquuntur de veris nobilitatum generibus superius à nobis expositis, vt patet ex illis per *sans felicium loco cit. adductis,*

vbi ille in prima loquitur de filijs nothis, in secunda non exprimit nobilitatis genus. In tertia loquitur de actuari, qui tanquam popularis, & diues nobilis erat habendus, ex erronea doctrina Bartoli in *l. capitalium S. serui ff. de pénis.* Cuius generis nobilitas non est in nostra quæstione consideranda. Cæterum non nego eos honestos esse. Vndè immēritò *Carausita* in illos inuehit ex eo, quod pro asse notabiles lacerent scripturas, quod ea tantum seruent, quæ obfunt, quod valeat argumentum; est actuarius, ergo latro; immēritò inquam in illos inuehit, cum non desint actuarij bonæ, integræque famæ. Sed hęc obitè. Interim illud certum sit, quandoque ab huiusmodi decisionum relatoribus multa solere deserit, ne illustribus quid familijs detrahatur, quandoque verò multa addi. Calamum hęc si- sto, ne currens detrahatur. Cæterum nō desunt ex scriptoribus, qui casus exp̄resse iuribus repugnantes decidunt. In promptu est *Affl. in const. terminum viae 7. notab.* assenser nobilem ultra vniciam furantem suspendendum, & tamè contrarium disponit in cap. *Regnō incip. ad hoc.* ibi. Ille verò, qui ad bona vla vniciam valentia furtivas manus extenderis, quicunque eorum de pluribus furtis, licet minimis conuictus fuerit, suspendio condemnatur, & si nobilis, capi- tali pœna plectetur. En capituli fermocatio, ex qua appetet nobilem ob hu- 28 iusmodi crimen frui nobilitate. Iuribus ergo, & rationibus tantummodo habenda fides. Et si praxi postremò insitendum est, in testem aduoco *Doctissimum Vincentium de Franch. meritissimum* 29 *S.C. Präsidem*, qui postremū iam annis, non famæ clausit diem, in *decis. 569.* dicentem, vsu, praxique receptum esse, vt nobiles neque in crimine læsæ Maie- statis Diuinæ nobilitatem deperdant. Ad cuius decisionis ornamentum hęc omnia, quæ huc usque posuimus, dicta sint, quicquid somniarint addentes, qui pulcherrima à tanto viro allata distin- ctione redargui possent, nobiles scilicet ea.

eadem poena, non lege, qua plebeij stringuntur, puniri. Et haec dixisse saevis pro nobilibus, ut quam habuerunt nobilitatem, non posse eos vniquam deperdere arbitrentur.

S V M M A R I V M .

- 1 *Nova opinione semp̄ aliquid mali inducunt.*
- 2 *Probatur ex multis Doctorum dictis.*
- 3 *Nil permicet, quām scribendi, docendi que licentia.*
- 4 *Donatio inter viros, nulla facta reseruatione, nulla est.*
- 5 *Probatur primō ex l. stipulatio hoc modo concepta s. de verbis. oblig.*
- 6 *Contra quod argumentum varia obiecta adversarij*
- 7 *Solanuntur.*
- 8 *Non insurgunt difficultates.*
- 9 *Qua pariter dilanuntur.*
- 10 *Probatur secundō nostra opinio ex l. i. C. de Sacrofane. Eccles.*
- 11 *Tertio ex l. pactum, quod dotali, C. de*

- pactis.*
- 12 *Quarto argumento ad hominem.*
- 13 *Quinto ex argomento theologicō.*
- 14 *Actus excludens finem, scilicet iuram, non prodigalitatem indicat.*
- 15 *Sexto ex solutione argumentorum.*
- 16 *Qua secundum ordinem proposita sunt.*
- 17 *Particula suum, tuum, &c. importans tempus praefens, non futuram.*
- 18 *Probatur ex l. si ita legatum fidei auro, & arg. leg.*
- 19 *Secūs si non agitur de praemidicio tertij.*
- 20 *Probatur ex cap. quia circa extr. de priuilegiis.*
- 21 *Probatur sepius nostra sententia ex predictam invenitata.*
- 22 *Huiusmodi donatio ut talis licet iuramento firmata nec valeat.*
- 23 *Adducuntur in contrarium fundamenta.*
- 24 *Sed solunetur,*
- 25 *Valeat autem talis donatio quoad bona praeventia, idque ex eo, quia peccatum prodigalitatis excludit, sed modo iuramento firmetur.*

Q V A E S T I O X X V I .

An donatio inter viuos omnium bonorum præsentium, & futurorum facta alicui vlla absque reseruatione valeat, & quid, si fuerit firmata iuramento?



VM erronea quorundam opinio denuò, Fabro nouatore pullularit, nouis scilicet fulcita argumentis, pristino tamē errore non carens, operæ pretium duxi illam confitare, nè amplius pestifero alitu contraria praxis quamvis inueterata interficiatur. Nouum enim non est, nouas opiniones semp̄ aliquid mali inducere. Sic primatiam hæresis conditionem doctrinæ esse nouitatem scripsit Bellarm. in conser. tom. 3. de Sacro. Eutharist. lib. 3. cap. 8. & tom. 2. de amiss. grat. lib.

5. cap. 7. hæresim inquit oriri, cùm post fidem catholicam prædicatam, noua aliqua exoritur opinio, adducens Dis. August. lib. 3. de perc. mort. & remis. cap. 6. & 7. testantem talem fuisse Polagi doctrinam negantis peccatum originale. Sic quoque leuiam ingeniorum opinionem, vt Oceano minus constanter hæresis fundamentū esse ait Adens. Comnen. de pace german. cap. 14. Vnde Testul. in lib. aduers. heret. cap. 5. inquit, Philosophos esse hæreticorum Patriarchas, quia inuentores sunt opinionum, quas suo arbitrio inducunt, & eligunt. Cùm igitur in iure nostro, penè dixe-

V rim,

354 : VARIAR. QUESTION. SORENS.

rim, heres sit, valere donationē omnium bonorum p̄clementium, & futurorum vlla absque reservatione, vt qui hucusque illam edocū sunt, deferant, eamque merum ingenij delirum arbitrentur, vel potius ingeniosissimū celeberrimi cuiusdam recentioris figurē, qui di purandi tantum studio in mediū illam adduxit, censui omnes eius rationes refutare. Quod si Gato, Terentia no 13. re 13. ubi supra, sentiebat, nil in Republicā perniciosius, quam docendi, scribendique licentiā, iure optimo hēc scribo, ne opinio sic noxīeret inducta, nostris hisce tempestatibus, quibus omnia placent, perniciem inducat.

4. Dico ergo donationem inter vivos omnium bonorum p̄scentium, & futurorum vlla absque reservatione esse nullam. Est communis, Bartolo Achille signano in *l. Stipulatio hoc modo concepsa ff. de verbis obl.*

5. Probatur primò ex *d. l. Stipulatio*, ibi, *Stipulatio hoc modo concepsa, si baredem me non feceris, tantum dare spades, inutilis est, quia contra bonos mores est hac stipulatio*. Nam verò pactum, quod auferit liberam testandi facultatem, videtur esse per *d. l.* contra bonos mores, & consequenter nullum, sed donatio hēc auferit liberam testandi facultatem, ergo nulla est.

6. Hoc argumentum est nostrae opinonis Achilles; ideoq; varijs p̄tinetur insidijs. Primo enim respondent, falsum esse, *Stipulacionem*, quæ ius testandi auferit, esse contra bonos mores; si quidem monachus per professionem reddit suam establem, non secūs ac arrogans, & quisque, qui se venundari pastus sit ad premium accipendum; poterit ergo quilibet ex causa sibi ius testandi auferre, quacunq; nemo sine causa querat scilicet establem reddere.

Secundò dicunt huiusmodi, *Stipulacionem* non esse inutilē ex eo, quod auferat liberam testandi facultatem, nō si promissor centrum soluat, liberē testari poterit. Ceterum cum *Stipulationes contra ius publicum*, valeant fulcē-

quoad p̄enam, videtur non efficiū, publicū, quod inutilat *Stipulacionem*.

Tertio asserunt, *Stipulacionem* hanc non ideo esse contra bonos mores, quia auferit liberam testamenti factionem, nam vera ratiō traditur à *Institutio in l. ultima C. de pactis*, ibi, *Stipulatio bac ignoratur inutilis videtur, quia plena tristissimorum cunctuum, & periculorum, cum sic votum capienda mortis induceretur*. Vnde quid mirum, si contra bonos mores reddatur, prout docet idem Bart. in *d. l. ultima*?

Quarto inquit, *Bartolom in d. l. Stipulatio maxima stringi contradictione per ipsum causata inter d. l. Stipulatio, & d. l. ultimam*; nam dicit ipse, *Institutio in d. l. ultima* permittere pactum, quo quis heres fiat, modo ad ultimum vitæ spiritum perseveret voluntas promittere, & deinde in dicto, *l. Stipulatio*, contrarium assertit, dum *Stipulacionem* illam inutilē, & contra bonos mores appellat, licet promissor consentiat. Quæ iura, vt concordent adversarij, asserunt insuper in *d. l. Stipulatio* ideo disponi *Stipulacionem* iuri publico repugnare vt inutilē, tum quia ea tollit legis autoritatem, quæ sola determinat personæ hereditatem deferre potest, tum etiam, quia tale pactum malos arguit mores; cum facile votum captahdæ mortis inducat, maximāque auiditatem res alienas p̄occupandi, agendo ante mortē de hereditate, quod tanquam iniustum à *Institutio* rejicitur, vt expresse quoque patet ex *l. pactum 15. C. de pactis*. Hoc autem non est reperire in *d. l. ultima*, vbi non legitur de hereditate deferenda, & consequenter ablata non videtur legis authoritas, nec adeo votum captandæ mortis, cū incurrat si ille vnius cui deferenda est hereditas, sed de hereditate dividenda. Quare Fabro auctore, sic ejus sectatores discurrentes, vt Bartolo derubant, cum contradictione loquutum assenserunt, concluduntque non esse contra bonos mores sibi liberam testandi facultatem adimerē.

7. Sed

7 Sed dicta hæc penitus à veritate recedere ad euidentiam demonstrabo ; Dicebatur enim primò falso sum esse , stipulationem ius testandi auferentem esse contra bonos mores , exemplo religiosi , arrogati , prodigi , eiusque , qui se venundari passus est . Verùm argumentum hoc indiget feretro ; nam etenim contra bonos mores est stipulatio , quæ liberam testandi facultatem adimit , quatenus per illam nos ipsi huiusmodi facultatem auferimus . Non sic evenit in allatis casibus , in quibus iura eam auferunt ; Etènim esse aliquæ arrogatum , prodigum , monachum , pati se venundari non important in suis conceptibus intestabilitatem , vt consideranti patet , quicquid sit , quod iura hos intestabiles velint ; Secùs autem si quis modo suprà allato stipuletur . Quod autem iura sint , quæ hos intestabiles reddant , mox breuissimè ostendam .

Et primò quidem de prodigo disponitur in §. item prodigus. inst. quib. non est permis. fac. testam. ibi. Item prodigus , cui bonorum suorum administratio interdicta est , testamentum facere non potest . Secundò de arrogato in princip. inst. tit. cod. ibi. Non tamè omnibus licet facere testamentum ; statim enim y , que alieno iuri subiecti sunt , testamenti faciendi ius non habent . Sed arrogatus est in potestate arrogantis , ergo non potest testamenta condere . Tertiò de monacho post professionem . in art. ingressi C. de Sacrosanct. Eccles. ibi . ingressi monasteria ipso ingressu , se , suaque dedicant Deo . Nec ergo de his testentur , ut pote nec Domini rerum . Quartò de eo , qui se venundari passus est , disponitur in l. quod attinet ff. de reg. juris. ibi. Quod attinet ad ius civile , seruis pro nullis habentur . Cum igitur , vt iam vidistis , his de iure civili testamenti factio denegetur , non videtur huiusmodi dispositio esse contra bonos mores ciuiles . Secùs autem in cæteris casibus à iuribus non expressis , in quibus intestabilem se nemo potest reddere . Ne autem videar

aërem sulcare , adduco in confirmacionem quæ scripsit Dominus Donat. Anton. de Marin. in lib. 2. resol. quod id. 196. n. 41. qui ex autoritate . Laderc. in cons. 473. lib. 1. relati à Sanch. super decal. lib. 13. c. 1. n. 19. ait , donationem omnium bonorum præsentium , & futurorum factam alicui à Religioso valere ex eo , quia habet tacitam conditionem , si professio emitatur , per quam tollitur illi testandi facultas . Vndè dum stipulatio superius relata in d. l. stipulatio hoc modo concepta aufert liberam testamenti factionem , vt iam videtis , meritò dicitur contra bonos mores ciuiles . Dixi , ciuiles ; nam esse contra naturales , probabo postremò .

Dicebatur secundò huiusmodi stipulationem non inutilem præferre , quia aufert liberam testandi facultatem , sed alia ex ratione ; nam si promissor solueret centum , ius testandi retineret . Sed si ficeret primo arguento præstimus , huic parentemus oportet , duia iam videtis pactum hoc soluendi centum nullum esse , ut potè contra bonos mores . Vndè asserere validum pactum , stipulationem verò nullam est quid implicans . Quare , quia etiam , stante tali pacto dandi centum aureos in casum talis hæredis à se non instituti , adhuc auferretur libera testandi facultas , non secùs , ac si quis frangeret carcerem sub aliqua poena frangi vetitum , illum libere non diceretur frangere , quia se poenè supponeret ; ideo nec ille per solutionem centum aureorum diceretur liberè testari , dum se pacto , pœnæque subigeret . Licet ergo valeat quandoque stipulatio quoad pœnā saltē , vt in l. stipulatio ista §. 1. & §. 2. ff. de verbis oblig. quamvis non valeat quoad substantialia , vt in l. fin. C. de pactis ; hoc tamè accidit , cùm stipulatio non est contra bonos mores , secùs in nostro casu , vbi per tale pactum etiā infringitur libera testandi facultas , & consequenter cum neque per hanc solutionem , quam in poenam quis stipulatus est , liberè dicatur testari , meritò

poena hæc ut potè contra bonos mores reiicitur non minùs, quām ipsa stipulatio. Et hinc patet, non ideo inutilem præferre, quia votum captandæ mortis inducit primariò (cū secundariò concedamus, vt infra) nam ego quoque dicerem, posse stipulantem solvere centum, seque ab hoc voto liberare, vt asserebant aduersarii ad reddendam liberam testandi facultatem; vndè quia nec tale pactum quoad hanc partem valere potest, vt vidimus, aliam adstare rationem dicendum est, quam, præter allatam hucusque non reperi. Cæterum si attenderetur votum captandæ mortis, nemo posset viuens testamenta condere, ne hæres institutus mortem ordiretur, quod falsum in iure est. Votum autem captandæ mortis in tantum sibi locum vendicat in d. l. ultima C. de pactis, in quantum agebatur de futura quorundam agnitorum successione ab intestato. Quare cum paciscerentur de hæreditate diuidenda, videbantur mortem alienam exoptare, adeoque pactum hoc visum fuit Imperatori contra bonos mores; siveque corrigenda est imaginatio; nec existimandum, illud tantummodo pactum esse contra bonos mores, quod inducit votū captandæ mortis, sed & illud, per quod libera testandi facultas adimitur. Primum habet locum in d. l. ultima, secundum in d. l. stipulatio hoc modo concepta, & ita optimè conciliari poterunt dd. ll. pro nostra sententia, prout voluisse arbitror Bart. in d. l. ultima, cuius verba hic referto. Si verò diceret omnia bona mea præsentia, & futura, tunc non valeres, primò quia auferret liberam testameti factio[n]em per quandam consequentiam, cum non possit habere de quo testetur. Secundò quia videtur contra bonos mores alia occasione; nam sicut casum, aduersaque fortunam liberi hominis (notate) expectare est contra bonos mores, ut in d. l. in ser stipulante[m] S. sacram de verb: oblig. ita ponere hominem in statu, in quo sit certum quod nihil in perpetuum habere pot-

rit, istud est contra bonos mores. Quini- mò in n. 9. loquendo de d. l. ultima, hæc ait. Nec obstat hac lex, quia loquitur de pacto de succedendo, vel disponendo de hæreditate postquam fuerit successum, quod pactum inducit votum captandæ mortis al- terius. Et clariùs in d. l. stipulatio hoc mo- do concepta. Dic quod quotiescumque est tale pactum de futura successione, quod inducit votum captandæ mortis, quale est pactum de succedendo, vel auferit liberam facultatem faciendi testamentum, & tunc non valet, nec firmatur iuramento l. fin. C. de pactis, & est ratio. quia contra bo- nos mores, &c. En quomodo benè hæc duo pacta vlla absque contrarietate di- stinguit; non est eadem ergo ratio pa- tri contra bonos mores in d. l. stipulatio hoc modo concepta, quæ in d. l. ultima C. de pactis, vt aduersarij somniabant, quo- rum lapsus iam apparuit, cū dixerunt Bartolum fuisse loquutum contradicto- ria, dum in d. l. ultima scripsit, Iustinianum permittere pactum, quo quis hæ- res fiat, modò usque ad ultimum vitæ spiritum perseveret promittentis volu- tas, & deinde in d. l. stipulatio illam sti- pulationem inutilem, & contra bonos mores appellat, licet, consentiente pro- missore; nam salua eorum pace eius di- cta inter se non pugnant, imò iuriuin- veritatem exprimunt. An autem iura sint loquuta contrarietatem, temere dubitarem. Ratio igitur diuersitatis est quia, cum in d. l. ultima præ oculis ha- beatur votum captandæ mortis, hoc facilè diluitur, dum testator illos hære- des instituit; præsumitur enim non ad- fuisse votum hoc ex eo, quia hæredes instituti sunt tanquam morigerati, op- timæque naturæ, vt benè explicat Goffe. ibi vers. acerbissima. Vndè talis institu- tio non valet vigore pacti priùs initi, quod nullum erat, sed vigore consen- sus præstiti in ultimo vitæ spiritu, per quem captandæ mortis votum non sup- ponitur fuisse. Quæ duo distinguenda sunt ut potè diuersissima. At verò in d. l. stipulatio hoc modo concepta confide- ratur

ratur libera testandi facultas, quæ per huiusmodi stipulationem, vel consentiente promissore, adimitur, quicquid sit, an consideretur quoque votum captandæ mortis, ut infrà. Quid ergo mirum, si hoc in casu nil operetur consensus, secùs autem in primo? Et hinc obiter aduerte, cur valeat quisque viuens heredes instituere, non autem de successione pactum inire? Ratio nāque est, quia talis pacti reuocatio dependeret ab utroque, secùs verò reuocatio institutionis factæ, quæ à testatore tantummodo dependeret; vndè illa non reuocata, supponitur non adfuisse votum captandæ mortis. Cæterum pactum de futura successione sempè redditur nullum, ut videre quoque est in *l. pactum C. de pactis*. Quare falsa redditur *dd. II.* conciliatio facta per aduersarios; nam quamvis in casu *d. l. ultima agatur* de hereditate diuidenda; nihilo tamèn minùs, ni promissor ad ultimum vitæ spiritum in eadem voluntate perseuerauerit, tale pactum nullum redditur; non est ergo ratio diuidendæ hereditatis, quæ operatur, ut, consentiente promissore, talis institutio valeat, sed ea, quam suprà tradidimus. Et hæc satis ad ostendendum *Bartolum iuxta iuris regulas loquutum*, quicquid *Faber*, eiusque sectatores somniarint, ex quibus tandem probatam iam videotis maiorem illam, quæ erat. *Pactum quod auferat liberam testandi facultatem* videoetur esse contra bonos mores, & consequenter nullum.

Sed noster Achilles denuò insidijs premitur; sicque iterum hostes insurgunt contra minorem nostri argumenti adducti, quæ erat. *Sed donatio omnium bonorum presentium, & futurorum; omniumque iuriuum villa absque reservatione auferat liberam testandi facultatem.* Contra hanc igitur aiunt huiusmodi donationem non auferre liberam testandi facultatem, primò quia in hac non veniūt ea, quæ donator non esset verisimiliter donaturus, sicuti in obligatione non veniunt quæ non esset aliquis verisimi-

litèr obligaturus *ex l. i. C. que res pign. obl. I. 6. ff. de pignor.* Secundò, quia licet fiat donatio omnium bonorum, poterit nihilominus fieri testamentum, cum donatarius non sit dominus, nisi postquam bona sunt tradita *ex l. si quis argentum C. de donationibus §. alie insit.* *cod.* Vndè poterit donator in tali dominio heredem instituere, imò necessariū esse aiunt, ut talis donator heredem habeat ex testamento, vel ab intestato, qui bona donata tradat donatario; cæteroqui donatio non haberet effectū in bonis à defuncto non traditis; eoque magis, si bona sint futura, quæ oportet, ut priùs donantis sint, vel heredis, deiadè verò ipsius donatarij. Neque officit, quod tale dominium sit momentaneum, adeòque ad instar momentanæ possessionis nulla de eo sit habenda ratio; Nam dominium heredis non est momentaneum ad confirmandum testamentum; alioquin sequeretur, quod heres grauatus statim restituere, non sit heres, si fortassis testator prohibuerit detractionem *Falcidæ*, vel *Trebellianicæ*; præterquam quid dicendum foret, si testator sit grauatus ære alieno? non ne heres ne momento quidem res hereditarias retineret, quas creditoribus teneretur restituere? ita sanè; & tamèn certum est, illum heredem esse. Hoc esse momentaneum igitur neque in heredibus donatarij debet officere. Præterea dici potest, dominium hoc non esse momentaneum respectu actionum directarum, quæ solummodo in heredibus continuantur, ut potè qui sunt eadem persona cum testatore. Vndè sine herede nequirit donatarius actiones illas proprio nomine exercere. Quod si dixeris, nullam utilitatem consequi heredē ex huiusmodi successione, quia talis hereditas manifestissimè ære alieno esset grauata, nec posset deduci *Trebellianica*, cum non esset grauatus de restituendo; nec *Falcidia*, cum non deducatur è donationibus inter viuos, sed è legatis; hincque sequi testatorem intesta-

testabilem decadere; in promptu responso est; nam licet evenire queat, ut heres haereditatem respuat, ex eo tamè non sequitur donatorem non posse testari; alioquin ex noua Iustiniani Constitutione in Ausb. de hared. & falcid. vbi statutum est posse testatorē expresse prohibere falcidiam, haereditatemque legatis grauare, redderetur defunctus in testabilis ex eo, quia heres facillimè haereditatem respueret; Quod afferendum non est, cum nomen heredis sit honorarium. Falsum est igitur per donationem omnium bonorum adimi liberam testandi facultatem.

Sed dicta haec non officiunt. Primo sane dicebatur per huiusmodi donationem non adimi liberam testamenti actionem, siquidem in illa non veniunt res, quas donator non esset verisimiliter donatus. At salua eorum pace, quæstio iam mutatur, dum afferatur oportet non esse hanc omnium bonorum donationem, ni omnia veniant. Præterea DD. omnes, ut optimè Vinc. de Franc. in decij. 594. in stipulatio ista de verb. obli. afferunt inualidam esse huiusmodi donationem, si donator reseruerit ius testandi modicis coartatum rebus. Iam verò si veram existimamus doctrinam banc, nulli dubium, quin licet in donatione non veniant quæ verisimiliter donator non erat donatus, cum haec regulariter loquendo, ad paucā coartentur, talis donatio inualida reddatur. Ceterum cur non omnia venire debeant; ignoro. Afferunt ab aduersarijs paritas casus l. t. C. quæ res pignor: obli. ibi. Alumnos tuos, & ceteras res, quas nevinem credibile est pignoris specialiter datum non fuisse, generali pecti conventione, quæ de bonis tuis facta est, in causa pignoris non fuisse, rationis est. nec non l. 6. ff. de pignor. ibi. Obligatione generali rerum, quas quis habuit, habiturus sit, non continebuntur quæ verisimile est quendam specialiter obligatur non fuisse, ut puta supplex. item: se si relinquenda est dictari, & ex mancipijs, quæ in ea visa habebis, ut certum sit.

cum pignori daturum non fuisse. Proinde de ministerijs eius per quam ei necessarys, vel qua ad affectionem eius pertineant. Quibus addi poterunt l. denique, ff. eod. l. illud §. si talis, ff. de minor. l. qui peculij. ff. de pecul. l. vxorem §. felicissimam, ff. de leg. 3. l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. & cæteras, quas breuitatis studio placet deserere. Sed paritas ex iuribus hisce deducta quam aliena sit à nostra quæstione nemo vel cæcutiens est, qui non videat; haec nanque iuræ loquuntur potissimum de pignoribus, alijque id genus obligationibus, in quibus venire non assolent ea, quæ ad proprium vsum deseruunt. Iam verò, cum quis donat omnia sua præsentia, & futura, ab herede ea præstari debent, quæ ad donantis vsum deseruibant, dum ille iam obiit, quicquid sit, quod ab eo viuente ea per donatarium exigi haud potuissent. Vnde quamvis in pignoribus non veniant, quæ amoris ergo non erant pignoribus supponenda, cessat hic amor in casu nostro: vbi donationis causa major supponitur.

Asserebatur præterea ex eo, quod donatarius non sit dominus, nisi postquam illi bona sunt tradita, posse haeredem bene institui, qui ea bona donatario tradat, potissimum si sint futura, quæ necessario oportet, ut sint prius donantis, vel heredis, deinde verò in donatarium transferantur; nec officere momentaneam possessionem ex absurdis ibi deductis, imò deduci omnimodo requiri haeredem actionum directarum, quas nequirit donatarius proprie nomine exercere, nec obstatre utilitatem, quæ non percipitur, cum ex hoc sequeretur non posse testatorem totam haereditatem legatis grauare, detractio-nesque prohibere. Quare ex omnibus his concludebatur, quamvis fieret donatio omnium bonorum, non per hoc non posse à donante heredem institui, & consequenter aucto modo auferri liberam testandi facultatem.

Sed errant toto Cœlo; etenim licet do-

donatarius debeat bona futura donata ē manu hæredis accipere; nihilo tamē iniquus adhuc auferretur libera testandi facultas, dum scilicet donator nil posset reliquere hæredi, qui derisorie esset hæres. Hinc aduertendum est disparem esse casum, cūm testator grauauit hæredem de tota hæreditate restituenda absque detractione Trebellianice, & cūm donantis hæres teneat donatario hæreditatem dare; nam in primo poterat testator illum vtiliter instituisse, & sic non auferri videtur libera testandi facultas, at verò in secundo secūs, dum tota hæreditas est donatarij. Vnde, cūm iura volunt, esse contra bonos mores pactum, quod auferit libera testamenti factionem, de eo actu voluntatis intelligunt, per quem potest vtiliter hæres institui, cum semper quo ad effectum loquatur; alioquin derisoria redderentur. Et ut clarius hoc reddatur; cūm disponitur ne libera testandi facultas auferatur, noni minus sermo est de vtili, quam de iutili testamento, ceterum iura de iutilibus tantummodo disponerent, alioquin omnes aures abhorreant op̄ertet, ergo si loquuntur de vtilibus, quotiescumque auferunt libera testamenti facili vtilis, talis ablatio redditur contra bonos mores, igitur cūm quis donat omniz bona præsentia, & futura, licet adhuc hæres, quia nullam recipit vtilitatem, contra bonos mores dicitur donare; non sic discurrendum est, cūm quis hæredem grauauit, ut totam hæreditatem restitueret absque detractione Trebellianice, quia poterat aliter testari, & hæredem vtiliter instituere; vnde ademptat non dicitur libera testandi facultas. Quod autem hæres sit actionum directorum, parum refert; etenim ex his nulla percipitur vtilitas ab hæredi. Quare recurrit argumentum superius adductum. Et sic intelligenda sunt dicta à Bartolo in d. l. stipulatio hoc modo concepta, auferri videlicet liberam testandi facultatem, quia nullus vellet esse hæres; Etenim licet dominium sit

penes hæredem (quod non liquet) tenetur tamē hic tradere donatario bona donata l. si quis argenterum s. sed & si quis C. de donatique illud in uxile preseferret, cum paria sint, non habere, & habens, sed statim teneri ad reddendum l; qui sic ff. de solut. Redditur ergo probata minor nostra, que erat; sed donatio omnium honorum præsentium & futurorum auferit liberam testandi facultatem. Sequitur igitur consequentia ergo nulla. Sic primò firmata nostra assertio, at tantoque corroborata Achille.

- 10 Probatur secundò ex ijs, que assertio Imperator Constantinus in l. i. C. de Sca crof. Eccles. ibi. Nihil enim est, quod magis hominibus debetar, quam ut suprema voluntatis, postquam aliud siem usque non possint, liber sit stylus, & licet, quod iterum non reddit arbitrium. An antem liberum sit ultimum eius arbitrium, qui omnia donavit, vestrum est respondere. Sed ex hoc deducunt auferarij quodlibet libertatis genus; autem enim quemcunque esse rei sue moderatorē, & arbitrum l. in re mandata C. mandat; Vnde cum haec donatio iuribus non repugnet, actus est laudabilitatis; nec aduertunt actum liberalitatis, qui auferunt libera testamenti factionem, esse contra bonos mores. Quare ad rem respondet Bartolus, non obstat esse aliquem rerum suarum moderatorem, & arbitrum, cum verè obster huiusmodi arbitrium, quotiescumque contra bonos mores prelefert; Interest enim Reip. ne quis res sua malè utatur s. cogitatio anch. us iudices sine quoque suffr. s. sed & maior, instie, de his qui sunt sui, vel alien.iur.
- 11 Probatur tertio ex l. pactum; quod dotali C. de pactis, ibi, Pactum, quod dotali instrumento comprehensum est, ut si patet vita fungeresur, ex equa portione ea, que nubebat cūm fratre hæres patri suo esset, neque ultam obligationem causinere, neque libertatem testamenti facienda mulieris patri patuit auferre. Si ergo ex hujusmodi pacto tollitur libera testamenti fa.

sæcio, vnde illud reiicitur, quanto for-
tius eadem ex causa reiicienda est do-
natio omnium bonorum?

12 Probatur quartò, quia pactū, quod
inducit votum captandæ mortis, vt vi-
dimus, & aduersarij fatentur, est con-
tra bonos mores, sed donatio hæc in-
ducit tale votum, ergo est contra bo-
nos mores. Tota vis est in minore, quā
negabit fortè aliquis afferens affolere
donatarium Deum optimum rogare, vt
Donator diutius vivat, ad hoc, vt fu-
tura eius bona consequatur, quæ in di-
es crescunt. Sed illam probō; nā cum
talis donatio sit irrevocabilis, nec pē-
deat eius revocatio à donatore, facil-
līmè donantem mortis votum preme-
ret; etenim si primò donatarius more-
getur, bonis donatis non gauderet. Vn-
dè quisque frui maull presentibus cer-
tis, quām futuris dubijs. est igitur do-
natio omnium bonorum contra bonos
mores.

13 Probatur quintò quia huiusmodi do-
nator ostentat actum prodigalitatis, qui
tanquam peccaminosus reddit donatio.
nem contra bonos mores naturales.
Quod autem sit actus prodigalitatis,
probatur primò ex Arift. 4. cib. apud
quem prodigalitas est incontinentia, &
ob intemperaniam pecuniarum profliga-
tio. Secundò ex ipsius descriptione tra-
dicta à Eeff. l. 2. c. 47. d. 8. refata ab Her-
manno Busenbam in Illustrissima Societatis
Iesu in Medulla Theologie lib. 5. cap. 3.
dub. 2. de avaritia n. 3. cuius verba hic
referte iuvat. Prodigalitas, qua opponi-
tur avaritia, & consistit in defectu conser-
vandi, & excessu erogandi. Est ex gene-
re suo venialis, leuior, quam avaritia, qua
minus abit à virtute liberalitatis. Inter-
rim morem sit, si tiberis, & uxori pau-
periem creas, si impotenterem te reddas ad
solvenda debita, si profundas bona Eccle-
siastica p̄ḡ causis obnoxia, &c. An autem
hæc de donatione omnium bonorum,
descriptio prædicari queat, vestrum.

14 est iudicare. Nec dicas, prodigum il-
lum verè dici, qui rebus suis male vni-
tetur sine fine; Nam hic stultus potius,

quam prodigus esset appellandus; ve
benè Cic. de off. dixit; Non enim sceler-
atis est, aut ingeniosi, sed stulti, targien-
do, nec accipiendo finem; modumque
transire; prodigalitas autem finem non
excludit; nam prodigus ex eo appelle-
tur, quod sua foras agat, propellat,
& protrudat. Et quamvis quandoque
finis in huiusmodi donationibus coho-
nestari queat; tamè ad obviandum
fraudibus, quæ fortassis evenire possent,
vt consideranti pater, iura illas contra
bonos mores volunt. Cæterum, cùm
dicimus aliquid esse contra bonos mo-
res ciuitates, non idem sonat, ac esse con-
tra iurium dispositionem, vt patet in
l. stipulatio ista S. 1. & 2. ff. de verb. obl.
vbi stipulatio valet saltē quoad poe-
nam, & in l. stipulatio hoc modo concepta
ff. ced. nec non in l. s. C. de pactis, vbi
neque quoad poenam valet, & tamè
utraque stipulatio est contra legis dis-
positionem, nec utraque à Iuris consule
contra bonos mores appellatur; igitur
hoc esse contra bonos mores ciuitates nā
idem sonat, ac esse contra legis dispo-
sitionem, sed aliquid aliud, & meo qui-
dēm iudicio dicere per stipulationem
contra bonos mores ciuitates importari
legis dispositionem, quæ illam arbitra-
ria est contra bonos mores naturales.
Quod si ita se habet, semp̄ iura sup-
ponunt adesse peccatum in illo actu,
quem contra bonos mores appellant;
sed in easu nostro talis donatio, vt vidi-
stis, est contra bonos mores, ergo sup-
ponitur aliquid peccatum saltē ar-
guitiū, sed nulluna aliud, vt patet,
quam prodigalitatis, igitur prodigali-
tas est illa, quæ reddit donationem con-
tra bonos mores. Neque dicas velim
me hoc illuc volitare, dum prius dixe-
ram huiusmodi donationem ideo esse
contra bonos mores, quia per eam adi-
mitur libera testandi facultas; nam dico
ego hoc esse vitium prodigalitatis, adi-
mere sibi immediate libertam testandi
facultatem.

15 Probatur sextò, quia nulla in con-
trarium ratio affertur, ergo cum pro-

nobis urget euidentissima argumenta contra talem donationem, eam invalidam appellemus oportet. Consequentia sequitur. Antecedens vero probatur solutione argumentorum.

16 Obijciunt igitur primò aduersarij textum in l. si unquam. C. de reuocand. donationibus. ibi. Si unquam libertis patronus filios non habens, bona omnia, vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & postea suscepere liberos, totum quicquid largitus fuerat, reuertatur in eiusdem donatoris arbitrio, ac ditione mansurum. Ergo, inquiunt, si filij non suscipiantur, talis donatio licet omnium bonorum valida erit. Soluunt hoc argumentum nonnulli ex eo, quia textus hic non loquatur de donationibus omnium bonorum praesentium, & futurorum; nos autem, quicquid sit de hac solutione, dicimus Imperatorem noluisse, hic disponere de donationibus omnium bonorum ut talibus, sed praescindendo an illae sint omnium bonorum etiam futurorum, illas reuocasse propter filiorum superuenientiam, ut patet per ly, vel partem aliquam facultatum. Vnde arguere ex hoc, donationem omnium bonorum praesentium, & futurorum validam esse, ridiculum est,

Obijciunt secundò l. ultimam C. cod. vbi Imperator cnumerat causas, ex quibus donationes reuocari possunt, inter quas illam omnium bonorum non reperiunt. Sed reperi ego. ibi. Generaliter sancimus omnes donationes lege perfectas firmas, illibatasque manere. & ly, lege, explicat Gloss. intelligendum esse, legitime; ergo ea, quæ legitime factæ non sunt, firmæ non remanent, sed quæ contra legem factæ sunt, illegitimæ dicuntur; igitur, si, ut hucusque probauimus, huiusmodi donationes iuribus repugnant, firmæ remanere non debent.

Obijciunt tertio l. 2. C. de inofficiis donationibus. ibi. Si pater omne patrimonium suum impetu quodam immensa liberalitatis in filium effudit, aut in potestate eius is permanet, & arbitri familiae eriscunda officio congruit, ut tibi quartam

partem debita ab insestato portions praestet incolumen, aut si emancipatus fuit, & quia donatio non indiget alieno admicculo, sed suis viribus missur iuxta constitutiones: is, qui prouinciam regis, ad somititudinem inofficiose testamenti querela auxilium tibi equitatis impetrat, ex hoc ergo textu arguunt valere donationem omnium bonorum, quia inofficiose ratummodo querela reuocatur. Sed quomodo id deduci queat, non video, dum textus hic non disponit de huiusmodi donatione, sed tantum de differentia, qua reuocantur donata emancipato, & non emancipato, praescindendo an donatione fuerit omnium bonorum, nec ne.

Obijciunt quarto l. 4. C. cod. ibi. Si filius tuus immaderat liberalitatis effusione patrimonium suum exhaust, Praesidet prouincia auditio veteris, qui, discussa fidei veri, se in integrum restitucionem ex filii persona tibi competere ob improbabilem donationis exorbitatem animaduerterit in remouendis his, que perperam gesta sunt, tibi subueniet; ideoque non est tibi necessarium aduersus immodicas donationes auxilium ad instar inofficiose testamenti. Ex quo textu quidam subtilis recentior interfecbat, donationem omnium bonorum reuocari posse ex eo tantum, quia inofficiosa. Quod quidem, ni mei oculi cœcutiant, à legis dispositione alienum est, vbi iam videtis non esse necessarium aduersus immodicas donationes agere querela inofficiose; adiunt nanque alia remedia, restitutio scilicet in integrum, &c. Hæc dicta sint obiter. Quoniam vero obijci posset, huiusmodi donationem validam esse ex eo, quia, ni adesset querela inofficiose, vel in integrum restitutio, reuocari nequiret, id est respondemus, non loqui textum hunc de donatione præsentium, & futurorum, prout in nostro casu. Quæ responsio elidit quoque omnino vim argumenti tertio loco deducti.

Obijciunt quintò l. 3. C. cod. ibi. Precebus quidem tuis proposita rescripta eos parentes denontant, qui cum testamento fa-

Eo vñi patrimonium suum immensis donationibus exinanisset, inane nomen heredum liberis reliquerunt, sed ad intestatos quoque eadem ratio aequitatis extendatur: Vnde inquiunt, nihil omnino liberis reliquit fuisse ita, vt per tales donationes nihil retinuerit donator, & tamèn, testamento facto, decessit, igitur falsum est, donationem omnium bonorum auferre liberam testamenti factioinem. Cæterum sextus supponit fuisse donatas omnes facultates, & nihil omnino donationes valuisse, nec potuisse rescindi, nisi essent proprieæ inofficioæ. Hoc argumentum soluitur à non-nullis ex eo, quod sextus loquatur non de vna donatione, sed de varijs, quarum qualibet, quia non est omnium bonorum, valida redditur; & licet contra solutionem hanc producatur l. 4. C. eod. quāuis loquatur de effusione in numero singulari, hanc tamèn effusionem inquiunt fuisse factam pluribus donationibus. ibi t. id quoque non est. ubi necessarium aduersas erumpendas donationes, &c. En quomodo de pluribus donationibus hic disponitur. Ego autem, quicquid sit de hac soliditate, quæ bene posset substineri, dico dispositionem sextus non esse contra nos; non enim loquitur de donationibus omnium bonorum præsentium, & futurorum, sed præsentium tantum, prout apparet per ly, patrimonium suum, de qua particula infra: Vnde cum talis donatio nequeat dici nulla, merito liberis datur querela inofficioæ, ut potè factæ contra pietatis officium. Quæ si facta fuisset absque testamento, dicitur, eandem querelam locum habere, quare sextus hic à Doctoribus summatur, vt eadē ratio æquitatis vigeat in causa intestatis, quæ testati. Cæterum præscinditur à donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, vt consideranti patebit. Licet ergo heres inutiliter videatur institutus, quoniam verò donatio non abstulit liberam testandi facultatem, tanquam non omnium bonorum futurorum, merito eius liberi habent quere-

lam inofficioæ. Quod diuersum est in casu nostræ questionis, vbi heres institutus, est necessariò inutiliter institutus ex eo, quia donatio est omnium bonorum etiam futurorum. Non sic in casu sextus. Quid ergo mirum, si diuersam videmus rationem in d. l. stipulatio hoc modo concepta, ab hæc in citata l. 3? Et tandem, ni fallor, immerito supponem aduersarij disponi hic, vt huiusmodi donationes non possint rescindi, nisi proponerentur vt inofficioæ, cùn nullibi reperiatur eas inofficioæ esse. Cum igitur sextus obscurus reddatur, nec aduersarijs expreßè faueat, allegandum non esse, nemo sanæ mentis est, qui non videat.

Obijciunt sexto l. 5. C. eod. ibi. Si tuas facultates tuas per donationes vacuas fecisti, quas in emancipatos filios consuliſti, id, quod ad submoendum inofficioæ testamenti quænam non ingratiss liberis relinqui necesse est ex factis donationibus detractum, vt filij, vel nepotes postea ex quocunque legitimo matrimonio nati, debitum bonorum subsidium consequantur, ad patrimonium tuum reverteretur, concordant. II. 7. 8. C. eod. Sed iura hæc eodein enodantur modo, vt scilicet loquantur

17 non de donationibus bonorum etiam futurorum, sed præsentium. Etenim facultates tuas, patrimonium tuum, & cætera huiuscenodi necessariò excludent bona futura. Probo hoc ex l. 6. ita

18 legatum 8. ff. de auro, & arg. leg. ibi. Si ita legatum est, vestem meam, argentum meum damna esto dare. Id legatum videtur, quod testamente tempore fuisset, quia (notate) præsens tempus semper intelligitur, si aliud comprehensum non sit; nam cùm dicit, vestem meam, argentum meum, bac demonstracione, meum, præsens, non futurum tempus ostendit. Idem est & si quis ita legauerit, seruos meos. Dubium ergo non est, quin, cum textus loquatur, facultates tuas, &c. intellicat bona præsentia tantum. Sed non ignoro obijci textum in l. ultima §. ultimo. C. quæ res pign. obl. ibi. Supèr quægenerali hypotheca illud quoque ad cōseruandam

- dam contrahentium voluntatem sancimus, ut si res suas supponere debitori dixerit, non adiecto, tam praesentes, quam futuras; ius etiam generalis hypotheca etiam ad futures res producat. En quomodo apparet appellatione rerum, vel bonorum in obligatione deductorum contineri presentia, & futura, vt benè Bart. Ad quorum textuum conciliationem, quicquid Gloss. dicat in dd. U. vbi variae huiuscmodi, dico ego in secundo hoc casu agi de præjudicio hypothecantis
 19 tantum; in primo autem de præjudicio hæredum. Quid ergo mirum, si aliter in primo, quam in secundo disponatur?
 20 Adduco in confirmationem cap. quia circa extr. de priusleg. vbi, quia de tertij præjudicio non agitur, ampla sit interpretatio. Hæc sunt verba textus. *Quæsiuisti utrum Monachi omnium Sanctorum privilegium prædecessoris sui super episcopilibus decimis retinendis indulsum extendere valeant ad possessiones acquisitas, & postmodum acquirendas. Super quo tale damus responsum, quod si decimorum illarum remissio facta existit secundum canonicas sanctiones, prædecessor tuus indefinitè decimas episcopales monasterio remittendo, cum nihil exceperit, & potuerit excepisse, ac in beneficijs plenisima sit interpretatio adhibenda, nec debeat una, eademque substantia diverso iure censeri, intellectu videatur non solum de decimis possessionum illius temporis, sed futuri. Si cui ergo non arrideat hæc conciliatio, quam velit, sequatur. Multas apud Gloss. reperiet; interim illud certum sit, ly meum, suum, &c. in donationibus induere tantummodo bonorum præsentium naturam.*
 21 Sic ergo probata nostra sententia ex argumentorum solutione, firmatur tamen ex praxi in omnibus Tribunalibus iam inueterata, adeò, vt contraria aula recesserit. Vnde superfluum arbitrari hinc enumerare Doctores, qui pro hac opinione steterunt. Vbique occurrunt decisiones. Videat qui vult.
 22 Hinc deduco non valere donationē hanc, quamvis iuramento firmata in,

Frontem quisque contrahet contra dictum hoc, vt potè contra omnes penè nostræ sententiæ Doctores, præcipue
 23 Clarum in §. donatio quest. 20. Etenim, aiunt. Quod contra bonos mores ciuiles est, iuramento firmari potest. In testem aduocant textum in *Auct. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. ibi. Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis immutabilitè custodiuntur, &c.* De hoc nulli dubium; sed donatio omnium bonorum est contra bonos mores ciuiles, ergo iuramento firmari poterit. Consequentia sequitur. Vis est in minori, quæ quidem probari posset; nam, cum certum sit eam esse contra bonos mores, ergo vel ciuiles, vel naturales; non naturales, ergo ciuiles; quod non sit contra naturales. probatur, quia sic adinisceret peccatum. ex l. probrum ff. de verb. signif. ibi. Probrum, & opprobriū idem est. Probra quadam natura turpia sunt, quadam ciuilior, & quasi more ciuitatis; vt puta furtum, adulterium natura turpe est; enim vero tuncle dannati, hoc non natura probrum est, sed more ciuitatis; nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere. Sed peccatum in donante omnia bona sua præsentia, & futura non repertiri palam est.
 24 In cōtrarium autem est veritas; nam, vt suprà fati firmauimus, peccatum consistit in prodigalitate, quam intervenire iam vidistis. Vnde in contrariū adducta corrunt, cum potissimum aduersarij non reperiant, obligationes factas per puberes esse cōtra bonos mores; quid ergo mirum si iuramento firmari queant?
 Sed textus in d.l. probrum præbet iterum occasionem explicandi, quamvis breuitè, quod suprà innuimus, quid scilicet significet stipulationem esse cōtra bonos mores? Qua supèr re, vt verum fatetur, diù quidem anceps fui, tandem, vt vidistis, dixi, importari legis dispositionem arbitrantem, vel fingen tem, illam esse cōtra bonos mores na-

turales. Dixi *singensem*, non quod iura nostra possint fingere actum peccaminosum, qui in se talis non sit, sed ex eo, quod sit talis regulariter, talem arbitrari. Exemplum habemus in d. l. *probrum*, vbi adulterium appellatur contra bonos mores naturales. Cum ergo alibi reperimus in iure dispositum, adulteria esse turpia, contra bonos mores, & cetera huiuscmodi, anno intelli-
gi debent ea talia esse ex turpitudine naturali, & malis moribus pariter na-
turalibus? Hæc igitur dispositio legis, quæ ciuilis dicitur, non tollit turpitu-
dinem naturalem è vitijs. Cum ergo ademptio liberæ facultatis testandi in-
ducat, & induat vitium prodigalitatis, quod natura peccatum est, talis adép-
tio est contra bonos mores naturales, vndè iura ciuiliter disponentia eam esse
contra bonos mores non auferunt, sed declarant eius naturam. *Textus* autem
in d. l. *probrum* dicit eæ esse turpia ciuiliter, quæ contra morem ciuitatis sunt;
& *Gloss.* ibi ait, comprehendendi etiam, quæ quoquenque iure positivo prohibentur,
ut in §. *penale*, *irrl.*, *de pæn*, *tem. lirig.* vbi
damnati actionibus directis non con-
trarijs descendenteribus ex contractibus
ibi numeratis infames appellantur,
quæ infamia ciuilis, non naturalis est;
at verò, cum prodigalitas natura sua sit
talis, videtur esse contra bonos mores
naturales; vndè si in ademptione libe-
ræ facultatis testandi quandoque con-
sisteret, talis ademptio est contra bonos
mores naturales, cuius naturam, ut di-
ximus, explicant iura, non mutant. Hoc
mihi luce meridiana evidenter vide-
tur. Quare, cum diximus tales donationem
esse contra bonos mores ciui-
les, non sumpsimus ly, *ciuiles*, nudè, &
simpliciter prout in secundo casu d. l.
probrum, sed quatenus importat iuris
ciuilis declarationem. Tota ergo diffi-
cultas est, an verè huiusmodi donatio
trahat vitium prodigalitatis, quod sati-
probatum suppono. Superest ut videa-
mus, an, quando non importat aperte
vitium prodigalitatis, firmata iuramen-

to valeat; & breviter dico non valere,
quia ad obuiandum fraudibus iura etiā
in illa tunc fingunt prodigalitatē. Vn-
dè nota semper talem donationem à
nobis appellari non solū contra bo-
nos mores naturales, verū etiam ci-
uiles, prout per ly *ciuiles*, importatur
semper non modò declaratio naturæ
prodigalitatis, sed fictio quoque, qua-
tenus videlicet iura fingunt semper actū
prodigalitatis, vbi regulariter adesse
solet; Nec nouum est verbum, *ciuile*,
sumi pro legis fictione, ne supèr verbis
erroris nota mihi inuratur, consulite
*textum in l. bonorum 49. ff. de verb. si-
gnis*, vbi appellatio bonorum vel ciui-
lis, vel naturalis est & ly, *ciuiles*, ex-
pliatur à *Gloss.* per iuris fictionem. Hæc
dicta sint in speculantum intuitum, non
sciolorum gratiam. Cum ergo, vt ad
propositum reuertar, talis donatio sit
contra bonos mores naturales, iura-
mento non firmatur. *ex cap. non est obli-
gatorum de reg. iur. in 6. ibi.* Non est
obligatorum contra bonos mores præstitum
juramentum. Sed quid dicemus de tali
donatione facta Ecclesiæ? coherenter
respondeo valere; etenim, si actum pro-
digalitatis non ostendit, qui se ipsum
Deo tradit, multo minùs qui bona; vndè
talis donatio non ostenderet actum
prodigalitatis, & consequenter non
esset contra bonos mores naturales, ne-
que ciuiles per iurum fictionem; quia
non cadit fictio supèr re, quæ, aperte
apparet, quod non sit. Sic le haberet res
in casu nostro, vbi nullus locus prodi-
galitati.

25 Hinc colligo secundum communem
opinionem huiusmodi donationem
substineri sicutem quoad bona præsen-
tia, si minùs futura. Ita *Domin. Donat.*
Anton. de Marinis *resol. quotid. cap. 196.*
vbi multa num. 42. ea videlicet ratione,
quia duplex censetur facta donatio,
altera bonorum præsentium, futurorum
altera. Quæ sanè acceptio firmat supe-
riùs relata; nam dicta *Domini Regensis*,
ipso teste, in tantum vera sunt, in quan-
tum donatio iuramento firmetur. Quæ-

ro igitur ego, cur iuramentum non operatur, ut ea valeat etiam quoad bona futura? Evidèm nullam reperio efficaciorem rationem, nisi quia iuramentum non comprobat factum contra bonos mores, igitur, cum donatio isthac talis reddatur, quia iuramento firmari nequit, ne hoc irritum sit, mesito assertur, eam valere tantum quoad præsentia tanquam malos mores non.

SYM MARI V M.

- 1 Reditor negligens in exigendo à principali debitore non potest deinde compellere fideiussorem.
- 2 Probatur primò ex l. si fideiussores in id fl. de fideiuss. & mandat,
- 3 Textus examinatur.
- 4 Quandoque particula negativa proposita adverbio cadit supra verbum.
- 5 Proponitur argumentum in contrarium deductum ex l. si fideiussor creditoris ff. eod.

arguentem.

Hæc sunt, quæ partim è Doctorum scriptis, partim è mei ingenioli lacunis exhausta in veritatis intuitu breuissimè scribenda sum opinatus. Cetera apud scriptores videre est penè innumeros, quos sequi arbitrariū, cōsulere verò optimum. Ego iurium omnium verba fideliter transluli, ne quen error detineret arbitrantem latere quod patet.

- 6 Fideiussores de iure antiquo quomodo cōueniri poterant?
- 7 Soluitur argumentum adductum duplice modo.
- 8 Probatur secundò nostra sententia ex l. pupillus ff. quæ in fraud. creditor.
- 9 Probatur tertio ex l. tutor, qui reppor torum S. si post ff. de administr. tu tor. ex l. si bonam. C. eod.
- 10 Probatur quartò ex l. si cum venditor ff. de euictionibus.
- 11 Probatur tandem ratione naturali.
- 12 Tua praxis pro fideiussoribus.

Q VÆSTIO XXVII.

An creditor, qui negligens fuit in exigendo à principali debitore, cum esset soluendo, possit posteà fideiussorem conu nire, cum ille soluendo non est? ad dilucida tionem tex in l. si fideiussores, in id. ff. de fideiuss.



Vñm frequens sit ca sus hic, nemo vel cæctiens est, qui non videat, cuius primos authores patet iam præterulisse Surd. de alment. tit. 1. quest. 45. num. 73.

& Burf. conf. 224. num. 27. Rouitus autē in dec. 43. addidit Socin. Senior. conf. 233. vol. 2. & Foller. de cens. in vers. huīsmodi censualia num. 84. apud quos Dominus Consiliarius Staibanus iunior nil de hac quæstione inuenisse assertit in cens. 2. refel. forens. 176. num. 93. Alterutru

hic defendere, impertinenter arbitror se habere; etenim quid ad casum? Authorum dicta ni probentur, frigescunt.

- 1 Dico igitur à creditore in exigendo negligente non posse fideiussorem conueniri.
- 2 Probatur primò ex l. si fideiussores in id 42. ff. de fideiuss. ibi. Si fideiussores in id accepti sint, quod à curatore seruari non posse, & post impletam legitimam atatem tam ab ipso curatore, quam ab heredibus eius solidum seruari potuerit, & cessante eo, qui pupillus fuit, soluendo esse deserit, non temere veilem in fideiussores actionem competere. Quoniam verò texus hic

varias patitur difficultates, idcirco ad nostram comprobacionem illum iuuat examinare.

- 3 Et quidem casus ab *Accurs.* hic bene proponitur; decisio verò male deducitur; ait enim quod *Pampillus* adultus habens curatores, ab eis accepit fideiussores, rem pupillam saluam fore, post legitimam ætatem curatores, eorumque hæredes erant soluendo, verum postea desiere; vnde queritur, an fideiussores teneantur, hucusque bene proponit; Respondet deinde, fideiussores teneri. Quod placet *Domino Staibano loc. cit.* Mihī autem non arridet, ne verò gratis afferam, quod cūdēns arbitror, referam iterum *textus decisionē*, non temere videlicet in fideiussores actionē competere. Hanc *Gloss.* sic explicat in verbo non temere. Temere esset si duretur, itaque ly, non, cadere nequaquam debet supra, temere, sed supra ly, competere, quasi *textus* dicat, non competere temere actionem in fideiussores; quamvis alia *Gloss.* dicat ly, non temere, accipiendum pro, non facile. Quicquid verò sit de istis acceptib⁹, utraque pro nostra sententia facit. Quod autem huiusmodi decisio sic se habeat, probo primo ex *text. in l. si quis liberum ff. de probat.* ibi. Si quis liberum hominem vi rapuerit, & in vinculis habuerit; indignissimè commodum possessionis consequetur. Quę decisio quidem sic per *Gloss.* resoluenda est. Indignissimum esset, si conquereretur alioquin enim iura aliquid indignissimum permetterent. Quid ergo mirum, si sic quoque resoluenda sit decisio in casu nostro? Probo secundò ex *l. nec ex vera. C. de acquir. posses.* ibi. Nec ex vera venditione possessionē, quae non fuerat emptor adoptus, improbè retinere potest; ex qua patet ly, nec, non stare super aduerbio, verum super verbo, retinere. Sic nostro in casu discurrendū. Probo tertio ex *l. uxores ff. de dinari. & repud.* vbi iisdem particulis licet aliter dispositis *Iulianus* nostram comprobat sententiam. ibi. Quod alij temere nubere non possunt. Et tandem probo euide-

evidētissimè ex *textu in l. ea, que raro 15. ff. de reg. sur.* ibi. Ea, que raro accidunt, non temere in agendis negotijs computantur. En quomodo & bene particula negotiua modo propriè, quo in casu nostro, licet aduerbio præponatur, verbo tamē concordatur. Firmum ergo remaneat temerarium esse, si in fideiussores, utilis actio competet. Sed non ignoror acriter insurgere *Dominum Staibanum* adducentem argumentum ex diametro oppositum, vt patet deducetur ex *l. si fideiussor creditori ff. de fideiussor. & mandator.* ibi. Si fideiussor creditori denunciarerit, vt debitorem ad solvendum pecuniam compelleret, vel ut pignus distraheret, isque ceſauerit, an posset eum fideiussor doli malis exceptione submouere. Respondit non posse. Equidem, vt verum fatear, *textus* hic diu me anticipitem reddidit ita, vt in contrariam iam iturus essem sententiam; sed, melius re perpensa, à prima non recedere tandem sum arbitratus, quę vt verior appareat, supponendum breuissimè est de iure ff. & C. duplice modo potuisse fideiussores conueniri, simplicitè scilicet, prout in hac lege, & in subsidium, vt in d. l. si fideiussores in id differentia verò int̄ primū modū fideiubendi, & secundū, hæc est; nam in primo poterat fideiussor nulla facta discussione principalis debitoris, compelli, vt in *l. non recte C. de fideiuss. & mandator.* ibi. Non recte procuratores nostri, si allegationi sua fides adesset, audire se voluerunt ex bonis fideiussoris, que ad fisca peruererunt pecuniam repetensem, sed reum principalem conuenire inferunt, cum electionis potestas permittatur creditoris, & c. & in *l. iure nostro C. eod.* ibi. Iure nostro est potestas creditoris, relatio reo, eligendi fideiussores, nisi inter contrahentes aliud placuisse doceatur. In secundo verò compellebatur fideiussor, facta prius principalis Rei discussione; vnde, vt videtis, erat hoc creditoris arbitrio relictum; Quoniam autem poterant contrahentes aliter pacisci, & potestatem creditoris coarctare ita, vt prius

priùs esset facienda discussio principalis, in subsidium verò compellendus fideiussor, vt apparet ex d. l. iure nostro, vbi. *Nisi inter contrahentes aliud placitum doceatur.* idcirco cum in d.l. fideiussores in id, se obligassent fideiussores in subsidium tantummodo ibi. In id accepsi sunt, quod à curatore seruari nō posset. adeòque conueniri non potuissent, nisi, facta principalis Rei discussione ex pacto sic inter ipsos inito, merito, dum principalis erat soluendo, & creditor in exigendo negligens fuit, si ille deindè soluendo non sit, periculum creditoris est, non fideiussorum, qui, dum in subsidium se obligarunt, in casu videlicet, quo principalis soluendo non esset, compelli nequeuntur, si quo temporis intervallo ille soluendo fuit; at verò in d. l. si fideiussor, non se in subsidium obligavit fideiussor; Etenim ibi nullum pactum appositum in spicio, sicque quid mirum, si ille, dum vigore iuris antiqui poterat simpliciter conueniri, quamvis debitör esset soluendo, non iuvetur nunc ex denunciacione facta creditori. *A iuribus hisce sic explicitis per Gloss.*; quam inter ceteros sequitur Paul. de Castro in d.l. si fideiussores in id; non vrget argumentū Domini Staibani; Etenim, cum de iure nō duo sempér fieri debeat discussio principalis debitör, ita, vt fideiussor in subsidium tantummodo teneatur ex auth. presente C. cod. ibi. Prasente tamē utroque non permittitur intercessorem conueniri prius, quam reus invenitus est unius idoneus, siue in totum, siue in partē, casus iam pro nostra sententia deciditur; quandoquidem, si fideiussor vigore pacti in subsidium obligatus non poterat conueniri, si semel principalis debitör soluendo fuit, non obstante iure antiquo electionem creditori permittente, quantò fortius hoc asserendū in casu nostro, attento iure nouissimo *Authentic.* vbi sempér fideiussores in subsidium obligantur, ne asserere cogamur minus valere iura generaliter disponentia, quam pacta specialiter

inita? Quod præterea patet ex eo, quia hoc importat aliquem obligari in subsidium, videlicet, in defectum principalis debitör; si ergo semel debitör fuit soluendo, in fideiussores temere asserisur utiles actiones competere. Ceterum non dotem tantam tribuere debemus rex, in d.l. si fideiussor, qui casum nostrum non includit, sed disponit tantummodo, vt ad libitum creditoris liceat, vel fideiussorem, vel principalem debitorem conuenire, quamvis fideiussor denunciasset creditori, vt debitorem compelleret, idque ex eo, quia de illo iure dabatur creditori electio, ecùs nūc de nouissimo iure *Aust.* de quo huiusmodi electio denegatur, sed fideiussor in subsidium conuenitur. Sic primò firmata nostra sententia.

8. Probatur secundò; nam negligentibus iuris nostra non subueniunt l. pupillos, ff. que in fraude creditorum; ergo si creditor negligens fuit in exigendo à principali debitör, cum fuit soluendo, frustra recurrit ad fideiussorem, cum is soluendo non est.

Probatur tertiu, quia iura sempér à negligentia abhorrent, eamque puniunt, vt patet primò in l. tutor, qui repertorium S. si post, ff. de administr. iur. ibi. Si post depositanem pecunie comparare prædia tutores neglexerunt: incipient in usurias conueniri. Quanquam enim a Prætore cogi eos oportet ad comparandum; tamē siccissent, etiam usuris plectendi sunt tarditatis gratia. Secundò ex l. se bonam C. cod. ibi. Si bonam causam ea, cuius tutores habuit, & aduersus latam sententiam non appellasti, seu post applicationem provocationis solemnia implere ceperis: tutele iudicio indemnitatem pupilla præstare debes. Cum igitur, vt iam videtis, iura negligentiam puniant, prout paxim quoque videre est ex ceteris, quæ breuitatis studio desero. dicendum est, per creditorem in exigendo à principali negligentem, non posse deinde fideiussorem conueniri.

10. Probatur quartò ex l. se cum vendor 66. ff. de evictionibus, vbi si tibi fundum ven-

vendidi, de euictione promitterendo, & tu deindè sine culpa è possessione cecidisti, ego verò dixi, vt publiciana, vel vtili in rem actione ageres, nec credes egisti, sed fortassis directa in rem, qua succubuissest, non teneor de euictione. ibi. *Sic cum venditor admonisset emptorem, ut publiciana, vel potius ea actione, que de fundo vestigiale proposita esset, experiretur, emptor id facere superscederit, omnimodo nocebit ei dolus suus, nec committetur stipulario:* Ergo iure optimo arguere possumus non compellendum fideiussorem à creditore, qui valēs debitorem, cum soluendo esset, conuenire, non conuenit.

¶ 1 Probatur tandem ex eo; nam aliquin absq; creditoris utilitate fideiussor damnum pateretur, quia, creditore non exigēt à principali debitore, cùm est soluendo, compellente deinde fideiussorem, hic soluere teneretur quod debitor priùs poterat, imò debebat si ne creditoris damno, ast maximo fideiussoris mox, qui sua dat, nec à qua repetat, habet, dum debitor soluendo non est. Vndè ad danna hæc euitanda procūdibia dicendum est, credigorem negligentem non posse à fideiussoribus petere quod immitterit non exigit ex negligentia à principali debitorre.

¶ 2 Hinc ex d. l. h fideiussores collige non opus esse, vt fideiussor moneat creditorem, vt à principali debitore exigat, qui tunc est soluendo, cum, vt in d. l. apparet, ad hoc non teneatur; sat enim est, vt tempore exactionis faciendæ debitor soluendo reperiatur; Si tunc non exigit creditor, sibi imputabitur; Attamèn ad obviandum fraudibus, aduertat fideiussor æquum esse, vt creditorem moneat, ne in posterum hic excipiat, debitorem nunquam fuisse soluendo, varijsque supterfugijs, quæ tēpestatis nostris non desunt, id comprobet. Et hæc præcipiti calamo scripsisse satis.

SUMMARYM.


- 1 **F**unda vel hereditaria sunt, vel ex pacto, & prouidentia.
- 2 Eorum differentia:
- 3 Melior est conditio filiorum, si feudum sit ex pacto, quam si sit hereditarium.
- 4 In feudo ex pacto succedunt filii, quoniamque heredes non sint.
- 5 Probatur ex multis.
- 6 Objicitur cap. i. an agnat.
- 7 Sed solvitur.
- 8 Filius succedens in feudo ex pacto, & prouidentia tenetur esse heres etiam in burgensisaticis, quotiescumq; agitur de honore patris conservando.
- 9 Secus, si aliter. Quod multis probatur.
- 10 Non implicat feudum esse hereditarium, & ex pacto, sed quomodo? vide nu. 31.
- 11 Feuda de iure Regni dicuntur hereditaria.
- 12 Ex Doctrina Napod. in Consuet. & fi testator.
- 13 Idque lex. in uestitura, damus tibi, & heredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus.
- 14 Quæ fenda Andr. in cap. i. §. præterea ducatus de prohib. feudi alien. per Fed. appellavit ex pacto, & prouidentia.
- 15 Quoniam aduersetur explicatio Liparuli.
- 16 Quotiescumque feudo hereditario qualitas additur, dicesur illud ex pacto.
- 17 Quod multis probatur.
- 18 Feudum, quo vivitur iure Francorum, dicunt ex pacto, & prouidentia.
- 19 Status questionis.
- 20 Occasio dubitandi.
- 21 Questio hæc est, attenta etiam solita in uestitura in Regno,
- 22 In Regno Neapol. succeditur iure frācorum.
- 23 Sententia nostra facit Affl.
- 24 Sed est contra Dominum Reg. Don. Ant. de Marinis,
- 25 Cuius argumenta expanduntur.
- 26 Dif-

- 26 *Differentia, quam Dom. Reg. dat inter feudum ex pacto, & hereditarium.*
- 27 *Ordo nostra questionis.*
- 28 *Respondetur ad eius argumenta.*
- 29 *Adiectio nova qualitatis non infirmat primam dispositionem.*
- 30 *Quod multis probatur.*
- 31 *Licet in Regno feuda sint hereditaria; etiam non desinunt esse ex pacto, & prouidentia.*
- 32 *Quod probatur:*
- 33 *Feuda in Regno habent esse hereditaria à iure Francorum.*
- 34 *Suaderetur nostra opinio ex pulcherrima aduersione.*
- 35 *Feuda hac non dicuntur hereditaria simpliciter.*
- 36 *Probatur ex verbis ipsiusmet Domini de Marinis.*
- 37 *Explicatur quomodo feuda in Regno habeant esse hereditariorum à qualitate ex pacto, & prouidentia?*
- 38 *Referatur distinctio feudorum tradita à Rouito in Rubr. ad pragmat. de feud.*
- 39 *Quae non bene complectitur feuda in Regno.*
- 40 *Successor in fendo dicitur heres.*
- 41 *Non autem est particularis ad insar legatarij, sed uniuersalis.*
- 42 *Feudum dicitur legitima primogeniti.*
- 43 *Reiecta nostra sententia, non potest explicari quomodo in Regno feuda dicuntur hereditaria, & in illis succedatur iure Francorum.*
- 44 *Potest optimè defendi feuda in Regno non esse hereditaria.*
- 45 *Referuntur dicta Camill. Salerni quibus impugnat Napodan. dicentem in Regno feuda esse hereditaria.*
- 46 *Cur Carolus Secundus extenderit successionem?*
- 47 *Corradinus, & Dux Austriae intercesserunt Carolo Secundo.*
- 48 *Inscriptio pro eorum obitu.*
- 49 *Pramia belli Nafragium, & sepulcrum.*
- 50 *An cap. considerantes, loquatur de feudo nostro, antantum de antiquo?*
- 51 *Non ex eo, quod Regnum est hereditarium, deducitur, omnia feuda esse similiter hereditaria.*
- 52 *Error Archiepisc. Moysis.*
- 53 *Regnum in rigore iuris est ex pacto, & prouidentia.*
- 54 *Error nonnullorum addentium ad Napolitanum.*
- 55 *Fendum hereditarium vix in iure repetitur expressum:*
- 56 *Questio nostra potest esse etiam de mero nomine.*
- 57 *Referantur dicta Rouiti in pragm. 4. de feudis,*
- 58 *Rouitus uult in Regno feudum dici hereditarium tantummodo in filij primogeniti prauicidium.*
- 59 *Impugnantur eius dicta.*
- 60 *Quamuis in investitura qualitas hereditaria sumenda sit stricto modo, non elicit nostram questionem.*
- 61 *Implicitum feudum esse mixtum, sed vel debet esse hereditarium simpliciter, vel ex pacto.*
- 62 *Sed in regno feuda non possunt esse hereditaria quatenus opponantur feudis ex parte.*
- 63 *Nostra sententia firmatur duodecim argumentis.*
- 64 *De iure communi feudorum filij, salua sexus prarogativa, succedunt patri, nulla manente eius ordinatione super feudo.*
- 65 *In Regno vivitur iure Francico introdueto à Constitutione, ut de successoribus, & à cap. considerantes.*
- 66 *Dispositio cap. 1. de success. feud. non est correcta per constit. & capitula Regni.*
- 67 *Probatur nomen, haeres, in feudis accipio pro filio.*
- 68 *Explicatur opinio Ilernic super hoc.*
- 69 *Non licet è non feudalibus ad feudatione arguere.*
- 70 *Legitima primogeniti in Regno est totum Regnum.*
- 71 *Sed hac legitima quomodo sit accipienda?*
- 72 *Qualitas hereditaria non operatur in feudo, ut nequeas quis venire contra fa-*

- factum defuncti.
- 73 Primogenitus non potest renunciare iuri primogenitura in favorem secundogeniti in præiudicium verò liberaram.
- 74 Vassallus nequit in proximioris agnati præiudicium feudum cedere agnato remotori.
- 75 Dominus feudi non potest præiudicium inferre primogenito admittendo ad fidelitatem secundogenitum.
- 76 Primogenitus Francia etiam ex causa ingratitudinis nequit priuari Regno.
- 77 Stante statuto, prout in Regno nostro, quod statibus masculis, fæmina non succedant, non potest pater vocare fæminas in masculorum præiudicium.
- 78 Mathematicè demonstratur Iserniam stare pro nostra opinione.
- 79 Opinio nostra est de feudo antiquo.
- 80 Sed posset subtiliter etiam in feudo novo.
- 81 Feudum hæreditarium impropriè dicitur feudum.
- 82 Sententia, quam sectamur, reddit per spiculas, & locupletiores familias.
- 83 Soluuntur argumenta, que obici possent.
- 84 Feuda hæreditaria imputantur in legitimam, secùs illa ex pacto.
- 85 Licet aliter videatur disponi super feudo novo ex pacto.
- 86 Nos autem idem sentimus de novo, & antiquo.
- 87 Feuda hæreditaria non modo in legitimam, sed etiam in Trebellianam imputantur.
- 88 Explicatur decisio relata à De Ponte.
- 89 Si in feudo succeditur iure Francorum, il lud non imputatur in legitimam debitam iure naturae.
- 90 Secundogenito debetur vita, & militia.
- 91 Dispositio Pragmat. ultimæ de feudis faciat nostra sententia.
- 92 Cumulantur autores qui de rebus ad questionem nostram perinéribus scripserunt.

Q V Æ S T I O XXVIII.

An feudum concessum sub hac inuestitura, concedimus tibi, & heredibus ex tuo corpore legitimè descendenteribus, ita, ut maior natu minori, & masculus fæmina preferatur, sit hæreditarium, an ex pacto, & prouidentia? vbi euidenter demonstratur, feuda in Regno vel esse ex pacto, & prouidentia, vel si hæreditaria, ita tamèn, vt hoc totum esse habeant ex pacto, nil autem ex propria feudi hæreditarij natura.



Antus est in studijs omnibus amor, vt, Seneca teste, virtus quidam sua, & intelligent, & amē. Ego int̄ hos adscribi non erubescō; non enim ignoro quæstionem hanc à tot primæ notæ doctoribus agitatam denuò ad examen, ne ad trutinam dicam, recuo-

care, temeritati potius tribuendum; quam virtuti; Attamèn quem nosco, errorem amo; hunc non excuso, ne, vt alterum euitem, in alterum incidā; non effugio, ne fuga maiora præparet pericula. Pugnantibus hostes tantummodo timendū; fugientibus & hostes, & sui. Minus turpe inermem reuerti, quam armatum fugere. Quot sicut nostra in hostes tela, quæstionis decursus ostentabit. Quod si dubia timeatur vi-

cto-

etoria ; hæc gloria , pro re dubia pugnasse . Eia igitur fugam persequamur pugna , error fugam expellat, errorem pugna corrigat .

Hanc ergo questionem omnium primus in medium adduxit *Affl.* in cap. 1. s. i. an agnati , & uberrimè in const. ut de successionibus , cuius sententiā acriter impugnat *Dominus Reg. Donat. Antonius de Marinis* in lib. 2 resol. quodid. cap. 86. per totam . Nos autem , vt videamus quænam probabilior sit , multa debemus supponere in materia de feudis ad Tyrorum intelligentiam , & questionis facilitatem , ac

- 1 Primò supponendum est inter cæteras feudorum diuisiones illam esse , vt alteri dicatur feudum hæreditarium; ex pacto , & prouidentia alterum . Hæreditarium illud dicitur , quod alicui , eiusque hæredibus conceditur ; & hoc venit in hæreditatis petitione per *Gloss.* in l. & non tantum , ff. de peti. hered. l. & non tantum ; *de peti. hered. l.* quam allegat *Andr.* in cap. 1. in fin. Qui success. teneant in cap. 1. post n. 1. De alienat. feud. pater. cæterisque in locis cumulatis per *Jacobut. de French.* in pralud. feud. quest. 2. n. 108. Vnde in his feudis non succedit nisi qui hæres est , quamvis filius , vel quilibet agnatus sit . *Id loc. cit.* Feudum verò ex pacto , & prouidentia illud est , quod alicui , & filijs conceditur ; sicq; absque filiorum consensu à patre alienari non potest , pro vt pleno ore omnes feudistæ fatentur , & expressè voluit *Andr.* in cap. 1. de alien. feudi pater. n. 10. vbi hæc . Quid ergo si dictum sit , tibi , & liberis , vel filijs suis : an alieni pater sine consensu filiorum ? videtur enim filijs dari ex pacto , & prouidentia concedentis ; & ideo non valet ordinatio in testamento in feudo , &c. Et hinc apparet , meliorem esse filiorum conditionem , si feudum sit ex pacto , & prouidentia . quæ si sit hæreditarium ; nam in primo casu licet iij hæredes non sint ; nihilominus in illo succedunt , & quæcumque alienatio absque eorum consensu nulla est , iuxta disposita in cap. 1. de Success. feud. ibi . Succedant ramèn filii lo-

co sui patris , nulla ordinatione defuncti in feudo manente , vel valente . idque ex eo , quia à concedente filijs tantummodo , nec alijs datur , præscindendo , an illi hæredes sint , nec ne ? In secundo autem casu necessariò sint hæredes oportet ; quare nec queri poterunt de alienatione feudi per defunctum facta , eaque reuocare , licet hæredes sint , quia hæredes alienatoris sunt ; poterat nāq; defunctus illud alienare , & in cæteris bonis eos hæredes instituere . Audite quæm benè diuersitatem hanc explicet *Andr.* in cap. 1. de alienat. feud. pat. post n. 1. secūs (inquit) si esset feudum hæreditarium , in quo succedunt hæredes alienatoris , & tunc venit in petitione hæreditatis , ff. de peti. hered. l. & non tantum ; licet enim debeatur hæredi hoc feudum ex prouidentia concedentis ; ramèn ex alio capite , & alia ratione non reuocabis etiam sine consensu suo factam alienationem ; scilicet quia est hæres alienatoris . C. de rei vendic. l. cum à matre . Hæc ille . Hinc

- 4 Secundò suppono contra *Iacobutum* loc. cit. n. 115. in feudis ex pacto , & prouidentia non opus esse , vt filij sint hæredes . Quod probo primò ex ipsius *Jacobutū* dictis ; etenim inquit is in feudo hæreditario non succedere filios , nec agnatos , nisi iij hæredes sint ; ergo è contra in feudo ex pacto , & prouidentia possunt succedere filij , quamvis hæredes non sint ; cum cæteroquì nulla esset differentia inter huiusmodi feuda . Secundò dicit ipse non opus esse , vt agnatus hæres sit , ergo neque filius . Quæ consequentia mihi euidens videtur , ni obstat sex. quem adducit in cap. 6. 1. an agnas , ibi . Si contigerit vassallū fine omni prole decedere , agnatus , ad quem uniuersa hæreditas pertinet , repudiata hæreditate , feudum , si paternum fuerit , restinere poterit ; nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine soluere cogitar , sed in fructibus , si quos reliquis , vt de eis debitum solvatur , quo tempore deceperit , secundū quod supra diximus , considerabitur . Vbi verò filium reliquis , ipse non potest

- potest hæreditatem sine b. neficio repudiare, sed aut utrumque retineras, aut utrumque repudiatur, quo repudiatio, ad agnatos, si paternum sit, pertinebit, & licet alterum sine altero retinere non possum; agnatis tamen consentientibus, poteris Dominus eū, si voluerit, quasi de novo beneficio innestire, quo facto, licet ei repudiata hæreditate, feudum tenere, nullo onere ei hæreditario imminentie. Sed textus hic non officit; nam quamuis requirat, vt filius sit hæres in successione feudi ex pacto, & prouidentia, secūs autem agnatus, qui poterit hæreditatem repudiare, & in feudo succedere, accidit id ex eo, quia filius in casu legis repudiatur hæreditatem, ne creditoribus soluat; vnde cum pater iniuria afficiatur a filio, qui strictius eius honorem tueri debet, quā quilibet extraneus, meritò, ne feudum perdat, totam hæreditatem tenetur acceptare. Quod docuit Andr. in d. cap.
8. 1. S. ubi verò num. 4. è cuius dictis probatur tertio nostra sententia. ibi. Si hic feudatarius habens creditores, & legatarios moritur, reliquo filio, licet filius proximus agnatus sit, ff. de suis, & legit. l. filius; non tamen poteris repudiare hæreditatem, & habere feudum; quanquam sit ex pacto, & prouidentia; & iadè tenebitur creditoribus, & legatarij; habebit quidem necesse, aut utrumque repudiare, vel utrumque retinere; & si repudiatur feudum paternum, erit agnatorum sine hæreditate; filius ergo erit deterioris condicōnis, quam agnatus; sic & suprà si uaff. feud. pri. c. 1. licet Gloß. habeat promissio, quia eras feudum ex pacto, & prouidentia; non tamen mirum debet videri, quia hic repudiabat hæreditatem proper creditores: & sic patre defuncto sine hæreditate, afficiebatur defunctus iniuria. inst. quia manu. non pos. S. 1. nam & iniuria fit cädaveri ff. de iniur. l. 1. S. quoties. strictius autem debet defendere honorem patris filius, quam extraneus, quia habet esse à patre. Ceterum filius quamvis hæres nō sit, quotiescumque de patris iniuria non agitur, feudo nō carebit, vt ipse Andr. fatetur primò paulò post, ubi haec. Feu-
9. fuisse loquutum de iure Regni, quo feuda semp̄ censentur esse hæreditaria, vt nonnulli explicant Andream in cap. 1. de alien. feud. patr. ibi. Sed quid si acquisiuit pro se, & hæredibus suis, sicut est forma priuilegiorum hodie in Regno Sicily.

dum habebit tunc precipuum, quia & si non sit hæres, illud habere debet, ex quo non est hæreditarium, sed ex pacto, & prouidentia. Secundo in tit. quis successione, in fine. ibi. Et feuda paterna non hæreditaria, sed ex pacto, & prouidentia filii debita etiam si nō sint paucis hæredes, &c. Tertiò in tit. cod. num. 7. Hac feuda habent descendentes, & si hæredes nō sint, Quartò in tit. ex quibus caus. feud. amic. num. 9. Et habebunt liberi illud etiam si paucis non sint hæredes. Quintò in tit. de alien. feud. pat. num. 1. Filius tamen licet sit hæres, quia ex pacto, & prouidentia non hæreditibus, sed liberis datur, inventarium faciendo revocaret feudum alienatum sine suo consensu, & in eod. tit. diuersis in partibus. Etiam si hæredes patris non sint. Etiam si nolit ex persona patris. Filius habebit, si nolit esse hæres; ceterisque in locis, prout videre est apud Lsparul. ad Andr. in tit. an agnat. qui benè ait, non posse filium habere feudum, si hæreditatem patris repudiet, quam vt hæres ex testamento, vel ab intestato erat cōsequuturus; nam dum illi prodest inventarij beneficium, videtur eam repudiare in patris iniuriam, vt suprà firmavimus. Ex his

10. Suppono tertio, quamvis non opus sit, vt filius existat hæres in feudo ex pacto, & prouidentia; nihilominus non implicare feudum esse hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia ita quidem, vt filius succedere nequeat, ni hæres sit, vt iam vidistis (quod quādo repugnantiam non arguat, infrā suo loco videbitus) Non ergo duo hæc inter se pugnant. Et sic arbitror intelligendum fore Iacobium ubi supranimirū filium in successione feudi debere necessariò esse hæredem, quotiescumque de patris iniuria vitanda agitur; ni fortassis velimus asserere illum.
11. fuisse loquutum de iure Regni, quo feuda semp̄ censentur esse hæreditaria, vt nonnulli explicant Andream in cap. 1. de alien. feud. patr. ibi. Sed quid si acquisiuit pro se, & hæredibus suis, sicut est forma priuilegiorum hodie in Regno Sicily.

Sicilia, damus tibi, & heredibus tuis ex suo corpore legitimè descendenteribus, cùm dixit, heredibus, videtur exponi, id est liberis, secundum easum Ioann. ff. de usufruct. accresc. l. si quis Titio, & tunc videtur filius habere partem. Ex quibus dictis latissimè concludit Loffred. consil. 1. cons. 46. in 2. dub. in regno nostro omnia feuda esse hæreditaria. Sic referuntur Afflct. dec. 240. num. 10. de Franch. de cis. 1. & decis. 387. Omnes verò ex auctoritate Nepod. sic assententis in consuet. Neap. incip. & si testator verb. disponere, ubi post num. 8. ait omnia feuda in Regno esse hæreditaria, cum concedantur heredibus ex suo corpore legitimè descendenteribus, vt in cap. Regis Caroli secundi incip. considerantes, ex quo colligit non posse successores venire contra proprium defuncti factum, cuius hæredes sunt. Quare si dicta hæc Napodani non conuincent, eius asseclæ victoria non sortientur, ut potè fragilibus pugnantes armis. Sed ea esse minus conuincentia, videbimus infrà, cùm referremus impugnationem Camilli Salern. Interim ad nostræ questionis facilitatem.

*3 Suppono quartò ideò in Regno exortam esse hæfitationem, an feuda sint hæreditaria, nec ne? quia attenta fuit inuestitura, *damus tibi, & heredibus ex suo corpore legitimè descendenteribus*, vt videre est apud authores in tertia suppositione citatos. Hinc Iacobutius loco citato num. 117. dicit Andr. in cap. 1. S. præterea ducatus. verò sed si dicatur. de prohib. feud. alien. per Feder. dixisse, attenta etiam hac inuestitura, in Regno feuda esse ex pacto, & prouidentia. Il-*

34 lum ergo audite. Sed si dicatur feendum concessum Titio, & liberis, vel heredibus suis descendenteribus, sicut est forma concessionum hodie in Regno Sicilia, quod est ex pacto, & prouidentia, &c. tunc ad omnes filios aequaliter pertinebit, si non de- sur, ut habeat iure francorum, sicut sunt hodie insuperationes noue in Regno, in quibus primogeniti preferuntur, & tunc quoniam aequaliter ad omnes filios, &c. Sed Lipa-

15 rulus inquit ly, quod est ex pacto, & prouidentia, referri tantum ad ly, concessum Titio, & liberis, cum verba inclusa in illa parenthesi non includantur sub eadem sermocinatione, vt docent Grammatici, sed referuntur quidem ad alia, illa scilicet, tunc ad omnes filios aequaliter pertinebunt. Hæc sunt verba Lipparuli. Et præterea considerabam primò, quod verba hac, vel heredibus suis descendenteribus, sicut est forma concessionum hodie in Regno Sicilia debent includi parenthesi hoc modo (vel heredibus suis descendenteribus, sicut est forma concessionum hodie in Regno Sicilia) & sic verba sequentia, quod est ex pacto, & prouidentia, referuntur ad verba superiora, concessum Titio, & liberis. Et hoc modo dicit hic, quod feendum concessum Titio, & liberis est ex pacto, & prouidentia. Et ad hoc, ut verba inclusa parenthesi non videantur impertinentia apposita, habeantque verba, quibus coniunguntur, dicas, quod tam ad illa inclusa parenthesi, quam ad alia referuntur verba sequentia, tunc ad omnes filios aequaliter pertinebit, &c. nam siue dicatur, tibi, & liberis; siue tibi, & heredibus, feudum ibit ad omnes. Hæc Lipparulus, ex quibus collige ad nostrum propositum, etiam feendum, in quo omnes filij succedunt esse ex pacto, & prouidentia, modò illud concessionem sit liberis; an autem si concedatur cum qualitate hæreditaria, prout in Regno nostro, sit ex pacto, & prouidentia, ex verbis Andrea supra relatis dicerem quod sic, cum intellectus Lipparuli non sit eius verbis consonus; etenim particula illa alternativa, non videtur includi parenthesi, vt consideranti patere poterit; quare illum loquutum esse secundum solitam inuestituram formam in Regno, benè interpretatum fuisse arbitror Iacobutium loc. cit. Hinc

Suppono quintò cæteras inter differentias inter feendum hæreditarium simpliciter, & feendum ex pacto, & prouidentia illam esse præcipuam; vt scilicet feendum hæreditarium non concedatur nisi heredibus; vnde si quis illum alicetar

nare vellet, optimè posset; etenim cum, vt diximus, hoc in hæreditatis petitio-
ne veniat, quicunque sint qui succedūt, hæredes alienatoris dicuntur, vt satís
supèrque in prima suppositione dixi-
mus; feudum verò ex pacto, & prouiden-
tia concedatur etiam nō hæredibus;
idque ex pacto, & prouidentia conce-
denteris; vnde, vt quæstionem postremò
enodemus, est aduertendū, quod quo-
16 tiescunque feudum hæredibus conce-
ditur, hæreditarium dicitur; quoties
verò qualitas additur, dicitur ex pacto,
& prouidentia. Feudum ergo, in quo
de iure Francorum succeditur, adeo-
17 que francicum dicitur ex pacto, & pro-
videntia; nec meum arbitremini figmē-
tum, sed veram, aureamque Andreae
doctrinam in cap. 1. §. & olim de success.
fend. ibi. Si vero viuens iure Francorum
vendit feudam cum consensu primogeniti,
& moriatur primogenitus; an alius adue-
niens post eum, qui non concessit reuocet?
dic; aut moriatur primogenitus, viuo patre,
aut post. Si viuo patre, est primogenitus
ante tempus mortis eiusdem, de cuius agi-
tur feudo, prematur ageretur de feudo
viventiis ff. de valg. & pupill. l. 2. §. 1. &
ideo ille renocaret. d. tis. de alien. feud. pat.
Si verò post mortem patris, secùs, quia
ille contractus perfectus fuit ab alienante
cum consensu illius, qui erat successurus,
&c. Quæ dicta aduertit Iacobus de Franc.
in suis pralud. & sequitur in quest. 2. nu.
123. cuius verba ad nostrum proposi-
tum referre non displicet. ibi. Sed an
ubi viuatur de iure Francorum ita, quod
primogenitus succedit, an dicatur feudum
ex pacto, & prouidentia? Andr. in cap. 1.
§. hoc quoque col. 2. vers. si ergo de success.
feud. videtur dicere quod si ex pacto, &
prouidentia, ex eo, quia lex de iure primo-
genito, & ubi à lege, & eius prouidentia
feud. her. dicitur ex pacto, & prouidentia
iuxta l. si erogator §. 1. & l. cum patronus
præallegatas; verum successio est limitata
ad primogenitos, quod non est in feudo cō-
cessio liberis, sive descendenteribus, & ideo
decidit, quod si feudatarius vendidit cum
consensu primogeniti, qui in vita patris est

mortuus, alienatio renocatur per secundò-
genitum, quia dicitur nunc primogenitus,
quia tunc non revocat sanguinum hæres pre-
mogeniti, ergo respectu alienus, quāns
primogeniti non dicitur ex pacto, & pro-
videntia, & non includuntur agnati in
enumeratis. l. liberorum §. 1. ff. de verb.
signis. In simili vide Andr. in cap. 1. §. pra-
terea 1. col. quid sit inuest. & procedit,
quando primogenitus consentit, aliis secūs,
ut colligitur ex verbis Andreae ibidem, &
quod repuso subtile, & pulchrum, licet
non inueniri alibi declaratum. Hæc ille.
Referamus ulteriùs verba Leparuli
ad Andr. in d. cap. An Rex possit conce-
dere feudatario in præiudicium primogeni-
ti, quod non obstante iure Francorum,
possit diuidere bona feudalia inter filios? &
Dico sic, ut voluit Luc. in l. Dñe memo-
ria col. fin. C. de decur. lib. 10. & ita
etiam tenet Tiraquell. in tract. de iure pri-
mog. quest. 22. & Afflct. in §. præterea
ducatus num. 7. de probib. alien. per Fed.
& Ant. Capyc. hoc in loco in eius apostil-
lis ad Andr. de Isern. refert ita fuisse alias
decisum per Sacrum Regium Consilium die
10. Iunij 1519. in causa Domini Baronis
Bonatorum contra Dominam Cristallano
eius neptem filiam primogeniti, cui Baronis
à patre cum Regio assensu fuerunt casalia
donata; & decisio Isernia hic fuit in intel-
lectu, quando concessio erat facta sibi, &
liberis, & sic quando erat feudaria ex pa-
cto, & prouidentia, & viuebatur iure
Francorum, ut declarat, & sentit idem
Isern. in consil. comitibus circa fin. Com-
missarius causa fuit illustris Episcopus Bi-
finianus, Magister actorum Nicolaus, & pro
eo Antonillus Falangonus Secretarius Sa-
18 cri Consilij. Hæc ille. Ex his ergo, ut
ceteros omittam authores, aliaque ge-
nera feudorum ex pacto, & prouiden-
tia, apparer feudum, quo viuatur iure
Francorum, esse ex pacto, & prouiden-
tia. His ita dilucidatis.
19 Quærimus hic, an si inuestitura dicat,
Concedimus tibi, & heredibus ex tuo cor-
pore legitimè descendenteribus ià, ut maior
natu minori, & masculus fæmina præ-
rat, feudum sit ex pacto, & prouide-
tia,

20 tia, an hæreditarium? Et dubitandi occasio ex eo oritur; nam, cum, ut satis vidimus, in Regno feuda sint hæreditaria, cumquac regulariter secundum nouas infeudationes successio sit de iure Francorum ita, ut maior natu succedit, videtur ex una parte, attenta inuestitura superius relata, feudū hoc nō esse hæreditarium, sed ex pacto, & prouidentia, quia videlicet additur particula illa, *ita ut maior natu minori &c.*, per quam succeditur iure Francorum. Vnde cum, prout in ultima suppositione explicauimus, huiusmodi feudum dicatur ex pacto, & prouidentia, indubitate iuris videtur idem in casu nostro asserendum: ex altera vero, dum, ut diximus, in Regno, feuda sunt hæreditaria, quamvis iure Francorum succedatur, dicendum videtur, et si in hac inuestitura reperiatur illa particula, quæ francicum constituant feudum; nihilamē minūs hæreditarium esse ex paritate feudorum in Regno, in quibus licet succedatur iure Francorum; ea tamē hæreditaria sunt.

21 Ego vero ad maiorem huius questionis facilitatem vnum aduerto; videlicet, attentis nouis infeudationibus in Regno, quæ feudum francicum constituant, non distinre communem inuestitram, *damus tibi, & heredibus ex tua corpore legitimè descendentibus*, ab illa alia superius proposita, in qua additur particula, *ita ut maior natu &c.* cum hæc in Regno, ut vidimus, materialiter se habeat; etenim licet per *const. incip. puritatem*, viuatur iure Longobardorum, ut optimè *Iacobut. in suis pre-22 ludijs quest. 6. num. 40.* eius tamē dictane te decipient, sed illa limitabis de iure Regni Neapolis, quo non viuitur iure Longobardorum, sed Francorum, ut *Gloss. ad d. conf. puritatem in vers. prone litiganium qualitas*. Vnde quæstio hæc in Regno, ut iam vidimus, materialiter se habet, & sic quæstio, quæ cadit super vna inuestitura, cadit & super alia. Quare indistincte assero quodcum-

que feudum francicum, & sic illud comprehensum sub inuestitura in titulo nostræ quæstionis proposita, esse ex pacto, & prouidentia, ita tamē, ut hæres dicatur maior natu succedens, qui, confessio inuentario, possit revocare alienationem illius feudi factam per defunctum absque eius consensu. Ita *Affl. loc. cit. num. 23.*

24 Hæc sententia displicet *Dom. Regen. de Marinis loc. cit.* afferit enim *Affl. loc. cit.*

25 pro ea stantem hac vice maximo errore fuisse detentum, ad quem ostendendum inquit in Regno certum esse barones alio iure non viuere, nisi francico, & tamē indubitatum esse ad feudi illius alienationem per patrem faciēdam non requiri consensum filij primogeniti, cum id caustum non reperiatur in *const. ut de successionibus*, nec in *cap. considerantes*, per quæ iura nostrarē asserunt fuisse statutum ius generale Francorum. Vnde concludit *Affl. loc. cit.* hoc gratis asserere, cum præcipue quotidiana praxis contrarium doceat. Quod si *Affl. loc. cit.* in contrarium quid vidisse dicat, id accidisse respondet, cum vigeret vetustissima illa opinio Siculorum, potissimum asserentium, feudum censeri ex pacto, si in illo Francorum iure viuebatur. Quare, cum fatuus hodie redideret Regnicola, qui diceret, feuda in Regno esse ex pacto, ut potè quæ sūt omnia hæreditaria, fatuus quoque esset habendus, si pro eorum alienatione filij primogeniti consensum requireret. Postremò praxim dat ad dignoscenda feuda hæreditaria, & ex pacto; ut nimis rūm hæreditaria sint, quotiescumque in inuestitura *heredis* nomen reperitur; ex pacto autem, vbi simpliciter facta est concessio alicui pro se, & filijs. Hec sūt *Domini Regen's* fundamenta fideliter relata. Reliquum est ut videamus primò, an nostram sententiam elidant; deinde vero ut nostras quoque rationes ad assertionem superius positam corroborandam proponamus; Tandem ut varia soluamus argumenta, quæ hinc inde obijci possent.

Et

28 Et quidem do libenter Barones in Regno non viuere nisi iure Francorum ex nouis infeudationibus, quarum meminit iam *Andreas*, ut supradidicimus, in cap. 1. S. praserea ducatus vers. sed si dicatur; nego tamè indubitatum esse, in huiusmodi feudorum alienationibus non requiri primogeniti consensum; Quoniam verò affirmantis, non negantis est probare; idcirco probabimus hoc, solutis Ipsiis *Damini de Marinis* argumentis.

Do vterius, verum esse in Regno nostro omnia feuda esse hereditaria, nego autem non esse ex pacto, & prouidentia; quæ duo inter se minimè pugnant, sed benè coalescunt, ut vidimus in tertia suppositione, ubi filius succedens in feudo ex pacto, & prouidentia ad euitandam patris iniuriam tenetur totam hereditatem acceptare; en quomodo diceretur feudum hereditarium; nec proinde propriam naturam amitteret, dum feendum illud ut potè quod esset ex pacto, & prouidentia, alienari non potuisse à patre sine filij consensu, ut satè explicuimus. Cum ergo de iure Regni viuatur more Francico, quæcumque sit inuestitura, in qua particula, heredes; continetur, hæc particula superueniens nequit

29 primæuam feudi naturam mutare; cum adiecit nouæ qualitatis non infirmet primam dispositionem, ut egregiè pro nostra sententia tenuit insignis Doctor *Decius in conf. 185.* & firmavit *Signorelli.* in suis consilijs ex l. si eum S. fin. ff. de

30 exercit. act. ibi. Item si seruus meus nam exercebit: & cum magistro eius contraxero: nihil obstat, quo minus aduersus magistrum experiar actione, qua minime vel ciuilis, vel honorario competet; nam & cuiuslibet non obstat hoc editum, quo minus cum magistro agere possit: hoc enim editio non transferitur actio, sed adgreditur, si unus ex his exercitoribus cum magistro natus contraxerit, agere cum alijs exercitoribus poterit. Ex l. senator. ff. de senatoribus. ibi. Senatores licet in urbe domicilium habere videantur: tan-

mè & ibi, unde oriundi sunt, habere domicilium intelliguntur, quia dignitas domiciliū adlectionem potius dedisse, quam permuttere videtur. ex l. si fundus S. si res, ff. de pignor. ibi. Si res hypotheca data postea mutata fuerit, eque hypothecaria actio competit, veluti de domo data hypotheca, & horro facta sit, idem de loco dato, deinde vineis in eo positis. Ex l. quoties. ff. de action. ibi. Quoties lex obligationem introducit, nisi nominatim caneris, ut sola ea actione utamur, etiæ veteres eo nomine actiones competere. Et ex alijs, quæ apud *Deciam* videri poterunt. Ergone, inquam, tenebitur magister contrahenti secum, licet inter exercitorem, & eum non cadat obligatio per *Barsal.* in d. l. si eum, necnon dignitas senatoria proprium domiciliū non mutabit ex eod. in d. l. *Senatores*; ergone additio, vel detractio qualitatis circa rem non extinguet hypothecā ex eod. in d. l. si fundus, S. si res. & res afolebit nouam inducere obligationem, veterem verò non remouere ex *Gloss.* in d. l. quoties, nos vero nequibimus dicere, particulam, heredes, non mutare primam feudi naturam, sed dum lex illum non mutat, nos mutaram afferemus. Firmum ergo remaneat, quamvis in Regno feuda sint hereditaria; nihilo 31 tamè minus non definere esse ex pacto, & prouidentia.

32 Quod vterius suadetur ex eo; nam si noua conuentio informatur à causa prima; eiusque naturam induit, ut optimè *Bald.* in cap. 1. S. *conuentio. col. 11. de pac. iuram. firm.* & statutum continens ius commune non definit esse ius commune cap. 1. de const. in 6. quæ omnia mirificè licet consulo ordine copulat. *Affl. loc. cit.* dubium non est, quin, cum in Regno hoc viuatur iure Francorum, per quod feuda dicuntur ex pacto, & prouidentia, licet hereditaria, non definant esse ex pacto, cum esse hereditarium habeant à iure Francorum tanquam causa primæua, ut mox uberrimè explicabimus. Patet ergo *Affl.* non

non errasse, sed sententiam iuribus vni, formem sequutum; nemo enim negare poterit, illum optimum fuisse feudistam, necnon notas ei fuisse nouas infeudationes, & priuilegia Regni, per quæ feuda dicuntur hæreditaria. Et inior quidèm, *Andream in Regno nostro Euangelistam in cap. 1. de alien. feud. pa-*
ter. & cap. 1. S. præterea ducatus. de pro-
bib. feud. alien. per Feder. non ignorasse huiusmodi inuestituras in Regno solitas acrouumque succedendi modum, de iure Francorum, & tamèn, his non obstantibus, appellasse hæc feuda ex pacto, & prouidentia, vt videre est in *d. S. præterea ducatus superius ad-*
ducto. Quæ animaduersio rem benè perpendenti non displicebit. Ex quibus arguitur, in errorem non incidisse *Affl. prout Dominus Reg. de Marin.* volebat. Vndè, vt quæ diximus, perstringamus, licet in Regno feuda sint hæreditaria; tamèn hoc esse hæreditariū non operabitur, vt desinant esse ex pacto, & prouidentia; adeòque ap-
pellentur merè, & simplicitè hæreditaria, vt scripsi. Vinc de Franch. in doc.
387. ità, vt extranei etiam modò ha-
redes instituantur, succedant; sed ap-
pellanda erunt hæreditaria ex pacto, quod pactum deindè operabitur, vt alienari nequeant sine primogenitorum consensu. Quod autem huiusmodi feuda dicantur hæreditaria ex pacto pro-
36 bo ex ipsiusmet Domini de Marinis ver-
bis, qui benè pro me sic loquutus est in loco citato. Dic ergo Regnicola, &
non errabis in eternum, quod quoties feu-
dorum leges inuestituras; in illisque ha-
redis nomen innenes, vel simplicitè her-
editaria, vel ex pacto cum qualitate ha-
reditaria feuda illa indicabis, &c. En quo-
modo Dominus Regens optimè aduertit, feuda hæc non esse simplicitè hæreditaria, si inuestitura diceret, ita ut ma-
ior nati, &c. sed esse ex pacto cum qualitate; igitur si in Regno particula hæc materialiter se habet, vt diximus, ex eo, quia regulariter succeditur iure Francorum; huiusmodi feuda non

dicentur hæreditaria simplicitè, sed ex pacto, & prouidentia.

37 Placet ad rem nostram vberius ex-
plicare quomodo feuda in Regno ha-
beant hoc esse hæreditarium à qualita-
te illa ex pacto, & prouidentia. Quæ explicatio quidèm iuuabit, ne arguamur quociuscunque dicetur in Regno feuda esse hæreditaria, cum sic se habere, nec secùs posse, mox videritis, attento ger- mano, stricto, puroque iuris rigore, vt consideranti patebit. Ad maiorem

38 autem explicationis facilitatem, sciendum est, Rouitum in rubr. ad pragm. de
feudis num. 21. (nam ea, quæ asserit in
Pragm. 4. infra dicam) ad tres species
feuda hæc reducere, nimirum, vt ali-
qua sint feuda omnino hæreditaria, quæ
transeunt ad quemlibet hæredem etiā
extraneum; de quibus loquuntur sex.
& DD. in cap. 1. de feud. non habent. pro-
pr. feud. nat. Aliqua sint ex pacto, &
prouidentia simplicitè, prout hæreditarijs
opponuntur, quæ conceduntur alicui pro se & liberis, vt supra satis ex-
posuimus; & appellantur ex pacto, &
prouidentia, quia in ijs quilibet successor
succedit ex propria persona, quāvis
hæres ultimi defuncti non sit; suffi-
cit enim sibi pactum primi acquirentis
ex prouidentia concedentis sub illa
forma, in qua tot censemur esse con-
cessiones, quot sunt personæ, quæ or-
dine successu succedunt ad sex. in l.
quoties C. de donat. que sub modo. Aliqua
denique sint ex pacto, & prouidentia
hæreditaria, seu feuda mixta, quæ ea-
dem sunt cum illis ex pacto, & prouiden-
tia; vna tamèn qualitate superad-
dita operante, vt successor teneatur ha-
bere ratum defuncti factum, ex doctri-
na Cameray in cap. 1. en agnat. in 1.
quest. n. 42. in fin. & 44. his ità expo-

39 sitis secundum mentem Rouiti, sicuti
certum est in Regno feuda esse hæreditaria, sic quoque indubitatum est, ea
non esse hæreditaria simplicitè ita, vt
ad quoscunque hæredes veniant. Quod
satis suadetur ex inuestitura, concedi-
misi tibi, & hæredibus ex tuo corpore de-
scen.

scendentibus, vbi per particulā illā, *ex tuo corpore*, &c. excluduntur hæredes extranei. An autem dicantur hæreditaria ex pacto? affirmatiū respondeo, sed non ita se habent, quasi hæredes teneantur habere ratum defuncti factum, & consequenter ratam quoque feudi alienationem. Hoc euidenter demōstro ex ipsa inuestitura, quæ alioquin frustratoria esset; pater enī posset in filiorum præiudicium supèr feudis hæredem extraneum instituere, & supèr burgensaticis filios, qui vtpote obligati ad habendum ratum factum defuncti patris, non possent ordinationem in testamento factam reuocare. Ad quid ergo huiusmodi inuestitura, *concedimus tibi, & heredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus?* Igitur feudum esse ex pacto hæreditarium non importat obligationem non reuocandi alienationem factam per defunctum. Quod si dixeris, non posse patrem in filiorum præiudicium instituere hæredem extraneum in feudo, adeoq; nec illud alienare, sed necessariò debere instituere filios, vel si viuatur iure Francorum, prout in Regno nostro, instituere primogenitum; non poteris aptius pro nostra sententia respondere; Vndē concludas oportet in Regno feuda esse ex pacto, & prouidentia simplicitè; & eatenū dici hæreditaria, quatenū feudum, vt infrà mathematicè demonstrabo, dicatur totum legitima primogeniti. Quare hæres diceretur in feudo, & quidem non particularis, ita, vt tanquam legatarius esset habendus, sed vniuersalis, prout egregiè discurrit *Vinc. de Fräch. in decis. 1. circa finem*, qui in nn. 22. ait esse indubitabilem decisionē, quod

42 feudum hæreditarium nemo possit habere, nisi sit hæres in ipso feudo. Cū igitur feudum dicatur primogeniti legitima; adeoque hæres in feudo ratione successionis sibi ex pacto, & prouidentia concedentis debitę, meritò huiusmodi feuda in Regno appellanda sūt hæreditaria non quatenū excludant qualitatem ex pacto, & prouidentię,

sed potius quatenū ab illa originem, qualitate inque hæreditariam trahant. Quare bene dicimus, rigore iuris attēto, feuda esse in Regno hæreditaria non tamē simplicitè; sed ex pacto, modo videlicè à nobis explicato, cum secūs explicari nequeat, quomodo in Regno feuda dicantur hæreditaria, & in ijs succeditur iure Francorum, per quod ea ex pacto, & prouidentia appellantur. Quam explicationem licet nullibi repererim, consonam tamē arbitror vero intellectui inuestituræ in Regno nostro solitæ, *damus tibi, & heredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus*, vbi si tibi non arridet sensus, quem infrà dabimus ly, *'heredibus*, vt nimirū pro liberis explicetur, poteris hunc aliū adaptare, videlicè, vt ly, *heredibus*, intelligendum sit de veris hæredibus, qui ex pacto vt tales succedunt in feudo tanquam in legitima sibi ex pacto debita, adeoque per defunctum inalienabili. Vndē alteruter ex his sensibus aptius erit pro nostra sententia, quę, vt consideranti patebit, negari non poterit, quia in iure, & vera praxi firma reddatur. Et quidem hæc dicta sint, vt explicemus proclama illud nostris tēpestatis ab omnibus recentioribus receptum, feuda scilicet in Regno esse.

44 hæreditaria. Cæterum, si vlla absque explicatione è medio nomen hoc tollere vellemus, non credamus oportet nimium *Napodino*, è quo error hic descendit. Quarè iuuat ad recentiorum aduersariorum mentes sedandas impugnationem *Camill. Salern.* vt suprà proximus, referre. Hic doct̄or igitur vt distinctè procedat, inquit *Napodani* sententiam posse primò suaderi ex eo, quia sub illa concessione, *pro se, & heredibus ex suo corpore legitimè descendentibus* comprehenduntur fratres. Secundò, quia per dicta *Andreae* videntur hodie, attenta illa inuestitura, feuda concedi hæredibus, vndē hæreditaria dici debent. Tertiò ex eo; nam indubitati iuris est, Regnum hoc hæreditarium præferre ex prima inuestitura facta *Caro-*

40 Duci Andegavensi, & Comiti Prouen-
tie nomine Carolus Primus A.D. 1266.
4. Kal. Iuly in alma Vrbe; quæ erat,
pro se, & hæredibus. Ad cuius dicti cō-
firmationem adducit hic *Camillus cap.*
Regis Caroli Secundi filij Caroli primi incip. *Pralatis Ecclesiarum*, vbi hæc inter
cætera, ut peculiare Domini patris pra-
dilectū nōstrū hæreditariū regnum Sicilia.
Quare, cū certū sit, Regnū esse hæredita-
riū, cæteræ partes etiā esse debet hære-
ditaria. ex sex. in l. que de tota, ff. de rei
vēdic. vbi ius in tōto cōsideratur in par-
te totius. Hæcita pro *Napodano* firmata
a ærea tādēm arbitratur. Vndē ex ordine
respōdet per d. cap. cōsiderantes, nō mu-
tari ius commune, nec illi derogari, nisi
in eo, quod successionem proroget in
frates, facta inuestitura pro *Titio*, &
hæredibus ex corpore legitimè descé-
dentibus, vt arguitur ex rubr. que est,
de successione proroganda; cæterum ex
nullo ipsius cap. loco deduci feuda esse
46 hæreditaria, cum tantummodò volue-
rit *Carolus secundus* prouidere, vt in ta-
li casu etiam fratres succederent, idque

in subditorum intuitum, qui sibi, suo-
que parenti innumera præstitere serui-
tia, inter quæ duo selegit, quæ nos in
eruditorum gratiam rescribemus. Pri-
mum ergo fuisse ait, cum *Carolus Pri-*
mus ab Urbano IV. fuit inuestitus, nec
non à *Clemente IV.* confirmatus in prē-
lio cum *Manfredo* in multis Italæ locis,
quem in vrbe Beneventana deinde inter-
fecit. Sic quoque cum *Corradino* victo
iam in campo *Palentino* propè *Mariscos*
montes A. D. 1268. qui, profligato exer-
citū, aufugit vna cum *Duce Austriae* na-
uiculæ confusus, quæ eximijs maris flu-
ctibus illos *Terra Asturi* reddidit. Verū
47 deindē capti à *Ioanne Frangipane Caro-*
lo traditi, vltimum iam clausere diem,
ferro vindice die 26. Octobr. 1269. in
Neapolis Emporio, vbi nunc eorum cor-
pora seruantur; sententia lata fuit per
Robertum de Bari. Indē supèr eorum
obitu *Comes Flandriae* oppugnans eundem
Robertum propria dextra interfecit,
quare, vt à iuribus distrahamur, ad
posterioris memoriam, eorum tumulo
hanc figerem inscriptionem.

48 Viator, siste gradum,
Frontem contrahe. Iacent hic *Corradinus*, & *Dux Austriae*,
qui, dum aufugerent, nauis fluctibus cedente, capti à
Ioanne Frangipane, ex sententia lata per *Robertum*
de Bari, *Caroli* iussu interempti sunt.

His vna nauis vnum præstitit tumulum. Iudex è dextra
Comitis Flandriae eandem subiit poenam.

49 Hæc sunt bellī proemia, naufragia, sepulcrum.
Si eorum obitus causam ignoras,
hæc est,
pugnasse in *Carolum*, & victos fugisse.

Victoriā
virtuti tribue, inscitiae sententiam
sceleri necem.

Militum prima, secunda *Iudicis*, postremum *Caroli*.

Duas aduerte victorias
alteram *Caroli*, *Comitis Flandriae* alteram.

Illa minor, quia reos interemis; maior hæc, quia
iudicem.

Hinc disce,

Quam improbum Vincere, & Interimere. Quam
decorum,
Interimere, & vincere.

Tunc ergo, ut ad propositum reuertar, inquit *Salern.*, multos ex Regno singulatim in quadam prouisione, quam vidisse refert, enumeratos, maximam pecuniarum copiam dedisse *Carolo I.* in militum subsidium, ex qua animi ostentatione fidelitatem non modicam arguit. Alterum est, cum *Carolus II.* primi filius bellum gessit cum *Rege Iacobo*, tunc enim fideles presulculere Regnico-læ, Vnde grati animi ergo huiusmodi prærogatiuam baronibus tribuit, ut nimirum collaterales succederent. De-
50 scendit deinde ad quæstionem illam, an scilicet *d. cap. loquatur de feudo antiquo tantum, an etiam de novo?* & bene concludit loqui de utroque (quaæ quæstio non est huius loci, cum nos hic loquamur de feudo, quod veram feudi ex pacto naturam habeat, hocque mensus exerceat, præscindendo an anti-
51 quum sit, nec ne?) Inquit vltreius non obstat, quod hoc Regnum sit hæreditarium; non enī ex hoc deducitur, feuda omnia esse hæreditaria, que illatio *n. ipso*, induceret nos in errorem *Archiepiscopi moysi* dicentis, *Ecclesia est privilegiata, ergo & parientes;* & hinc varia adducit loca, vbi *Andreas* scripsit, multa feuda in Regno esse ex pa-
cto, & prouidentia ex varijs inuestitu-
rarum generibus; alioquin enim Rex obligaretur facere inuestituras hæreditarias tantum, quod nemo dixit, cum quilibet infeudans rei suæ legem imponat, quam cupit, per *Andr. in pra-
lud. feud. n. 5.* aliosque, ut ibi. Ex qui-
bus errasse concludit *Napodanum*. Vnu
verò aduertatis velim, per *Iserniam* hic
reprehendi *Bald. in cap. 1. nu. 3. de fil.
nat. ex matr.* dicentem regnum non,

53 esse hæreditarium; dicit enim *Bald.* no-
tas non fuisse historias, quibus hoc he-
reditarium esse ostenditur. Hæc re-
prehensio videtur esse contra ea, quæ
infrà dicti sumus, vbi probabimus
non posse Regnum in primogeniti præ-
judicium alienari; vndè in hoc non
conuenio cum *Salern.* eius autem opini-
onem apposui, ut, qui velit, can-
sequatur; ego illam non dicerem iuri-
bus consonam, ut inferius videbitis.
Sed ut ad eius dicta reuertamur, dedu-
cit ex ijs, quæ dixerat, verbum, *her-
edes*, non officere in casu nostro; illud
enim vtpotè à lege prolatum filios in-
dicat, variosque authores ad hoc fir-
mandum adducit. Tandem aliorum
doctorum additiones refert contra *Nap-
odanum* dicentium, feuda, quæ deuce-
niunt ad collaterales, dici ex pacto
& prouidentia, quæ dicta quidem quæ-
54 uis nesciam quomodo saluari queant,
cum non videam disparitatem, cur idē
dicendum non sit de feudis deuenienti-
bus ad descendentes tantum, tamè
ostendunt, cum feuda in Regno etiam
ad collaterales extendantur, ea dici ex
pacto.

Ex his ergo videtis, non tantam fidem
præstandam *Napodani* doctrinæ, cū eius
dicta bene à *Camill.* *Salern.* soluantur.
Et profecto mirum, cur tantam dotem
dederint *Napodano* Doctores, cum cō-
trariam opinionem optimis fulcita-
rationibus nemo sit, qui non aduer-
rat. Et ut penitus eius opinio euane-
scat, vnum noto, quod *Camill.* *Salern.*
aduertit in *conf. Neap. incip. in bonis quō-
dam mariti*, videlicet *Camerarium*, ex-
terosque feudistas nulla reperisse iura
de feudo hæreditario loquentia; & li-
cet

cet ipse dicat loqui de hujusmodi feudo
sex. à nemine hucusque allegatum, in
extraordinarys collationibus feud. quæ
reperiuntur impressæ post Sum. Ardz,
cap. 139. incip. summopere mandare cu-
ramus column. 3. §. cum plures. vers. ser-
uissimam verò. ibi. Cum feudum heredita-
rium unius ex cohæreditibus, &c. tamèn cap.
illud legatis velim. Quicquid autem
sit, miror ego, cur, non obstante dubia
in iure feudi hereditarij natura, illam
nostro Regno tribuant nonnulli recé-
tiores. Ut ergo ylterius procedamus,
pro solutione argumentorum Domini
Reg. de Marinis, vel dicas, in Regno feu-
da non esse hereditaria, sed simpliciter
ex pacto, & prouidentia, prout op-
timè contra Napodanum vidistis iā scrip-
sisse Camil. Saler, vel, si illa velis heredi-
taria, non ita se habere, ut opponan-
tur feudis ex pacto, & prouidentia, sed
confundantur cum istis, vndè in tan-
tum hereditarij dicerentur, in quantū
primogeniti essent heredes in feudo?
An autem sint appellanda hereditaria,
56 an ex pacto, & prouidentia, quæstio
est de mero nomine, vndè illam No-
minalibus relinquamus. Ne autem pe-
nitùs feudi simpliciter hereditarij na-
turam exterminemus, vide differentias
inter hoc, & feudum ex pacto apud
Lui, Marg. qui 135. differentias nume-
rat; concordantias verò apud Camill.
Salern. in d. confuet. in bonis quondam ma-
ximi, ad finem, vbi fusissimè 36. concordan-
tias cumulaç.

Sic ergo trutinata Napodani doctri-
na, facillimè aliorum dicta, quæ supèr
illa fundantur, diluuntur; adeoque bre-
vissimè repetenda sunt quæ scripsit Ro-
ninus in Pragm. 4. de feudis supèr hac re;
57 ait enim à n. 95, heresim in iure esse
asserere, feuda concessa cum inuesti-
tura alicui pro se, & heredibus ex suo
corpo legitimè descendētibus, esse
ex pacto, & prouidentia præcipue ap-
pud Regni huius Neap. Tribunalia,
etenim quāvis olim opinio hæc recep-
ta fuerit a plerisque præsertim Siculis;
hodie tamèn ab aula recessit laudans

in authorem Napod. & Aff. in decisio-
nibus relatis, & potissimum in dec. 195.
quoniam verò heresim hæc non in cor-
pore iuris stat dæcisa, eam iple conatur
probare in nu. seq. ex argumentorum
solutione adductorum pro nostra ten-
tentia. Inquit igitur, totam nostram
fugam in eo consistere, quod ly, heredibus,
explicemus pro filiis ex euidenti
sex. in d. §. & sibellum; attamen non
posse nos negare, quod filius teneatur
esse heres, & sic dicatur vocatus cum
qualitate hereditaria; Iam verò ex Pe-
tr. de Greg. Sicut, de concess. feud. par. 6. qu.
2. n. 4. concludendum est, idem esse di-
cere de iure communij feudorum, con-
cedimus tibi, & heredibus, ac de iure
Regni, tibi. & heredibus ex suo corpore
legitimè descendētibus. Varia deinde
Andrea loca, ut ibi videre est, explicat,
nescio an ad rem; hic eius explicatio-
nes non appono, ut potè quas arbitror
non modicas iniquolucere contrarietates;
adeoque lector ex seipso eas redargue-
re poterit: quare ne papyrus replea-
mus, ijs parentemus. Tandem, ut be-
nevolo animo aduersarium stringat,
inquit, negari non posse, quin saltē
feuda hæc dicantur mista; adeoque ex
pacto, & prouidentia hereditaria; &
conuenit in hoc nobiscum, ut scilicet
filius non possit venire ad hæc feuda,
nisi heres sit, sicque teneatur ratum ha-
bere defuncti factum. Ceterum negat
ea non venire in hereditatis petitione,
nec valere dispositionem factam per
feudatarium in successoris præiudiciū,
pro ut est propria natura feudi ex pa-
cto simpliciter. Vndè, ut breuitè mo-
re nostro loquamur, videtur hic vel-
58 le Rousus feudum in Regno dici her-
editarium in præiudicium filij primoge-
niti, quatenus scilicet teneatur hæres
esse, non autem quod possit venire cō-
tra defuncti factum.

59 Quandoque bonus dormitat Ho-
merus. Rousus, salua eius pace, vel
errauit; vel nimis ingenium lacescuit;
nam, an hæc nostra sententia heresim
in iure contineat, ex ijs, qnæ diximus,
& per

& per totam hanc quæstionem dicemus, facile quisque videre poterit. Deinde an tota nostra vis consistat in explicando ly, *heredibus*, nemo est, qui non videat, præsertim ex infrâ dicendis, nos huic argumento tantam dotem præstare nullo prorsùs modo teneri; nam illum particulâ explicari posse pro *filiis*, mox videbitis; sed esto, inuestitura lo-

60 quatur de veris hæredibus; accepistis iam quomodo filius primogenitus succedens in feudo ex pacto, & prouidetia dicatur hæres. Vnde, hic repetere, quod suprà diximus, impertinentē factum habet. Quod si quis diceret per ly, *heredibus*, intelligi *filias*, qui necessariò debent esse hæredes, non per hoc *Ratis* dicta officerent; & vt veritas elucescat, recolèda sunt, quæ in secunda suppositione diximus; nimirùm ex dispositione cap. i. de alien. fœd. teneri filium succedentem in feudo ex pacto, & prouidentia esse hæredem etiam in burgensaticis, modò aliis institutus non sit, idque ad patris honorem conservandum, prout ibi latiùs scripsimus. Ex his igitur videre quisque poterit, an, quamvis filij necessariò debeant esse hæredes etiam in burgensaticis, destruantur natura feudi ex pacto ita, vt nequeat iij venire contra alienationem factam per defunctum rerum feudalium (nam in alienatione burgensariorum conuenitus) ceterū *Rouiss* præbet hic iterum occasionē explicādi naturā feudi misti.

61 Et quidem dico in Regno feuda vel dicenda esse simpliciter hæreditaria, vel simpliciter ex pacto, & prouidentia; nec posse appellari mista, dummodò ly *hereditaria* importet, vt reus ratum habeat defuncti factum) ne contra rationis lumen, omniumque philosophorum sensum cogamur assere dari à parte rei entia rationis; etenim hæreditarium dicit, posse deuenire ad quoscumque licet extraneos, modò hæredes instituantur. Feudum vero ex pacto necessariò filios respicit, & in eorum defectum, collaterales, vt suprà ex *Ca-*
mill. Salern. diximus; ergo si feudum

esset ex pacto, & hæreditarium, respi-
ceret filios, & non filios, posset, & non posset alienari; adeoque in terminis feudum hoc contradictionem admitte-
ret. Ne ergo dicas in tantum feuda in-
Regno dici ex pacto, in quantum ex inuestitura descendantibus debeantur, in tantum vero hæreditaria, in quantum debeantur ijs sub conditione, vt teneā-
tur ratum habere defuncti factum; nam quodcumque feudum sic constitutum destrueret se ipsum; Nam, si descendentes tenerentur ratam habere feudi alienationem factam per defunctum, ergo defunctus poterat feudum alienare, si poterat alienare, ergo non debe-
batur ex pacto descendantibus, si non poterat, ergo descendantes quamvis hæredes non tenentur ratam habere, huiusmodi alienationem. En quomodo feuda, si appellantur hæreditaria ex pa-
cto destruant se ipsa necessariò oportet. Igitur aptius dixisse arbitror eos, qui voluerunt ea esse simpliciter hæ-
reditaria; sicque deuenio ad dictum *Petr. de Greg. Sicul.* relati à *Rouis*, in cuius in-
tuitum multos refert Doctores, prout
62 ibi. Sed neque hæc opinio subsistit, cujus absurdum videatur, assere eandem esse inuestitram, concedimus tibi, & *heredibus*, ac istam, *Tibi, & heredibus ex two corpore legitimè descendantibus*; nā hæc verba materialiter, & impertinen-
tē se haberent, quod nemō fortalsè assere audebit. Quare, vt considera-
ti patet, dicendum erit in Regno feuda esse ex pacto, & prouidentia; vel si hæ-
reditaria, ita quidem, vt esse hæredita-
rium idem sonet, ac esse ex pacto, prou-
ut hucusque explicauimus. Postremò igitur aduertendum erit, elisa iam *No-
podani* doctrina, elisas pariter redi cæ-
teras autoritates adductas, ut potè quæ ab illa dependent. Quare ad has, quas diximus rationes confirmandas, solutis iam *Domiini de Marinis* argumentis, cæ-
terisque, quæ ad illa facere videbantur, ne diutiis iminoremur, vtque promis-
sis stemus, firmanda est nostra assertio superius exposita, pro qua probandum est,

est, feuda hæc siue comprehensa sub illa inuestitura cum particula superaddita, id ut maior minori &c. siue sumpta sub ordinaria inuestitura in Regno, in quibus semper maior natu succedit, esse ex pacto, & prouidentia, nec posse alienari absque primogenitorum consensu; que duo idem sonant, & sic, alterutro ex istis probato, utrumque euincetur.

63 Firmatur ergo primò nostra sententia ex eo, quia de communi iure feudorum filij, salua sexus prærogatiua, suc-

64 cedunt patri in feudo, nulla manente patris ordinatione super illo, sed per

65 constitutionem ut de successionibus, ceteraque Regni capitula, per quæ in Regno de iure Francorum succeditur, non corrigitur ius commune feudorum in reddendo nullam quamcumque ordinationem factam per patrem in feudo; ergo, attento etiam iure consuetudinario, nulla erit huiusmodi ordinatio.

Consequentia sequitur. Maior est cap. *r. de succ. feud. ibi. Si quis deceperit filios, & filiabus superstibus, succedunt eis sibi filii aequaliter, vel nepotes ex filio loco sui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente. Minor probatione non indiget; etenim ostendat quæsto aduersarij, ubi nam hæc correctio? Hanc non considerarunt *Reg. de Ponte* in vol. 1. conf. 22. num. 6. & *Dominus Consiliarius Staibanus junior.* in cent. 2. resol. forens. resol. 99. n. 8. expressè asserentes in Regno nostro nullam valere dispositionem super feudo spectante ad primogenitum vigore *Constitutionis*, ut de successionibus iuxta d. cap. 1. Sed dicent fortasse, correctionem illius *capitali* oriri ex eo, quia feuda in Regno omnia sunt hereditaria, ut potè quæ dantur alicui pro se, & hereditibus ex suo corpore legitimè descendebitibus. Verum alias diximus non re-*

pugnare, ut feendum dicatur ex pacto, & prouidentia, & hereditarium, siue, ut illud appellauit *Domin. Reg. de Marin.* quamvis contra nos, ex pacto hereditarium, cum ita sit oporteat, ut supra vidistis. Vnde cum benè vlla absque

correctione queamus sensum accommodare inuestituræ in Regno solitæ, cumque expressè ius commune non corrigitur, sic iuxta l. *præcipimus. C. de appellatione.* discurrendum erit, ut mindus ius commune feudorum lædatur.

67 Cæterum non per hoc, quod inuestitura dicit, *damus tibi, & hereditibus ex suo corpore legitimè descendebitis, ly, hereditibus operatur, ut feendum dicatur hæreditarium,* cum nomine heredum veniant filij in feudis ex cap. 1. S. & si bellum de alien. feud. pat. prout intèr cæteros sensere *Afflict.* in cap. 1. ex quib. cau. *feud. amm. Peregrin. de sidei commiss.* art. 32. num. 10. & *Dominus Consiliarius Paulus Staibanus junior*, qui hanc explicationem, indubitatam asserens, paucis se expedit. Contraria autem explicatio est nonnullorum Doctorum nostri temporis, ut scripsit *Afflict.* in *constit.* ut de successionibus num. 68. Quare, cum optimis rationibus nostra sententia fulciatur, cumque varijs primæ nostræ Doctoribus cōprobetur, nescio an cōtraria queat subsistere. Quin imò contra *Affl.* in d. *const. Andr.* in cap. 1. S. & si bellum post num. 9. sic explicuisse ly hereditibus. Illum quæsto audite. Sed siquid acquisuit pro se, & hereditibus suis ex suo corpore legitimè descendebitis? cùm dixit, hereditibus, videtur exponi, id est, liberis, &c. Quoniam verò dici possit, quod non sit hæc sententia *Andrea*, sed mea dubij expositio, quia per verbum, videtur, loquutus fuit; idcirco, ut penitus quæcumque hæsitatio euaneat, ostendam ego, Iserniam uti solitum illo verbo in suis decisionibus. Et patet hoc *ibid. paulò post.* Quid ergo si dictum fuit tibi, & liberis, vel filiis tuis, an alieni pater sine consensu filiorum? (notate) videtur enim filiis dari ex pacto, & prouidentia concedentis, & ideo non valet ordinatio in testamento in feund. ut sup. de succ. *feud. in princ. ff. de leg. 2. l. cum patronus de adopt. l. si primum, & l. si arrogator S. 1. Idem* (notate) videtur si probatur, quod intellexit de filiis, quando dixit, hereditibus. Quæ ultima verba ne te deci-

decipient, aduerte tunc *Iferniam* loqui, cùm dubium est, an nomine hæredum veniant filij; an extranei; secùs autem de iure Regni, quo per ly, *ex suo corpore legitimè descendensibus*, nulli dubium est, quin nomine hæredum veniant filij, vt suprà benè expressit. Quare ad maiorem vberatatem nota, quod, cùm ibi, *Audr.* dixit, liberum esse vendere, rem, quæ hæredem sequitur, loquuntur sicut in non feudalibus. En eius verba. *Hodie forma contractum in non feudalibus est, vendo tibi ad proprietatem tuam, & hæredum tuorum, & tamen ista res venduntur per emporem, & sic tibi placet, alienantur.* Quare non valet argumentum è non feudalibus ad feudalia.

69 Et hæc satìs ad ostendendum posse, & benè defendi *Audream* pro nostra explicatione adstare. Cæterum poterit alter sensus superius expositus adaptari, cum ad hunc tantum non cogatur. Quare ad ea, quæ hucusque diximus, comprobanda,

Firmatur secundò nostra principalis assertio; Nam *Domin. Reg. de Marin.* loc. cit. num. 7. ait feuda censi hæreditaria ad instar Regni, quod est caput, & est hæreditarium ob formam inuestituræ concessam *Carello I. ab Urbano, & Clemente IV.* ex multorum authoritatibus, prout ibi. Sed legitima primo-

70 geniti in Regno est totum Regnum, ita, vt ab eo auferri nequeat ex *Hostien.* in cap. licet de voto, & *Audr.* in const. dignum; ergo si omnia feuda in Regno ad instar Regni considerari debent, nō poterunt ea ut potè quæ primogenitis in legitimam dantur, absque eorum consensu alienari. Hoc argumentum meo iudicio conuincens est, si vera est minor, quæ ni sufficientè probata redditur ex omnium penè Feudistarum dictis, illam probo ex d. cap. licet. ibi. *Et iure quod tibi, si dictus Rex sine prole decederet in Regno Vngaria competit etate ordine genitura, priuandum, & Regnum ipsum ad minorem fratrem tuum, appellatione postposita, devoluendum.*

Neque hinc re nata obijcias Tyrun-

culorum argumentum deductum ex paritate burgensaticorum, videlicet, quod, sicuti burgensatica, super quibus legitima filii debetur, nec ab eis auferri potest, poterunt nihilominus à patre viuente omnia alienari, ita etiam feuda hæreditaria, quamvis super illis nulla sit testamentaria ordinatio. Nam apud mediocriter sapientes ridiculum reddi debet ex eo, quia burgensatica non sunt concessa patri ex pacto, sibi scilicet, & liberis. Unde quid mirum, si poterit pater ea alienare viuens, secùs in ultima voluntate ratione legitimæ filii debitæ post patris obitum? At vero feuda, quia ex pacto, & prouidentia patri, liberisque conceduntur, neque viuens pater poterit alienare, & sic ordinatio defuncti, quæ ex relatis iuribus inualidam praefuerit, non est nulla ex eo, quia ab illis detrahi debet filiorum legitima, sed ideo, quia illa ex pacto filii sunt concessa. Quare confunduntur hæc duæ propositiones. *Feudum ex pacto solum est legitima primogenitus, & Feudum debetur ex pacto primogenito.* De hoc nulli dubium, sed retulisse non nocteat,

Firmatur tertio ex cap. Regni incip. considerantes, vbi adest mentio primogenituræ; vnde cuin ab illo inductum sit in Regno ius francicum, non debet dici simplicitè, & merè hæreditaria, sed ex pacto. ibi. *Hac lege valitura perpetuò sancientes, quod in successionibus eorumdem ad hujusmodi comitatus, baronias, & feuda, illo prorsus abolito, & cassato iniqua interpretationis abusu, quo per illa concessionum verba, per qua donum factum principaliter exprimitur; hoc adieci, & tuis heredibus ex tuo corpore legitimè descendensibus: fratres, vel sorores à primogeniti fratribus, vel sororis successione erant in eisdem comitatibus, feudis, & barony's exclusi: frater, vel soror fratri, vel sorori succeedat primogenitura, ac (notate) masculini sexus prerogativa seruata, &c.* Unde iure optimo infert Nicol. ibi. *Et sic prausus est intellectus illorum, qui per hoc capitulum dicunt bodie, feuda*

feuda hæreditaria esse, iām vigore præsentis capituli, quod ex forma concessionis, quia hoc esset impropter loqui, & contra naturam propriam feudorum, cum sint insestabilita, & non veniunt ad primogenitos ordinatione testatoris, sed iure successionis vigore præsentis capituli. Quare ex his quoque colligitur, feuda in Regno non esse hæreditaria, si qualitas hæc hæreditaria sumatur, ut aduersans qualitati ex pacto, & prouidentia, cum iure successionis feuda ad primogenitos veniant; esse verò hæreditaria, si qualitas hæc sumatur, ut eadem cum illa ex pacto, & prouidentia, prout ve-rè accipiendam esse secundum iuris rigorem hucusque demonstrauimus.

Firmatur quartò; nam nulla eu-idens ratio, ne probabilis quidem assignata fuit, cur maiorem vim habeat particula illa, *hæredibus*, quam illa alia, qua masculus præfertur foeminæ, & mai-or minori; vnde, cum certum sit in Re-gno hoc viui iure francorum. ex const. vs de successionibus cap. considerantes, nec certum sit, feuda esse simplicitè hæ-reditaria, cumque hæc duo feudorum genera inter se pugnant, ex eo, quia alterum dicit posse alienari sine primo-genitorum consensu, secùs verò alterum, debemus stare pro eo, quod cer-tum est; sicque afferere feudum, quo iure francorum viuitur, retinere præ-priam naturam, adeòque inalienabile esse.

Firmatur quinto, quia, vt in secunda suppositione vidimus, cùm agitur de-quitanda patris iniuria, eiusque honore seruando, tenetur filius esse hæres; vnde sic poterit factam à patre alienatio-nem reuocare; ergo qualitas hæreditaria non operatur, vt nequeat quisque venire contra factum defuncti; & con-sequentè si feudum primogenito debi-tum inalienabile est, non poterit sine eius consensu alienari, quamuis qua-litas hæreditaria superaddatur, ergo, explicata illa modo, quo suprà, adhuc inalienabile redditur, & sic parum refert, si aiant verbum, *heres*, ab homi-

72

ne intellectum constituere feudum in-esse hæreditario.

73 Firmatur sextò; etenim si primoge-nitus non potest renunciare iuri primo-genituræ in fauorem secundogeniti in liberorum præiudicium, vt expresse fir-marunt Alex. in cap. 1. co.. ultim. tit. de-fend. marchi. per no. per Iohann. Andr. in cap. licet de voto, cæterique, quos refert, & sequitur Tiraqu. de iure primog. quæst. 26° num. 5. neque poterit pater alienare feudum primogenito debitum in sui præiudicium.

74 Firmatur septimò paritate vassalli, qui nequit in proximioris agnati præiudi-cium cedere feudum agnato remo-tiori, licet possit in sui ipsius præiudi-cium ex cap. Titius. si de feud. fuer. com. ubi DD. & Tiraq. loc. cit. num. 3. ergo à pari nequibit pater in primogeniti præiudicium feudum cedere, vel vendere, cuilibet, quamvis queat in sui ipsius præiudicium,

75 Firmatur octauò; nam dominus feu-di admittendo ad fidelitatem secundo-genitum, non potest præiudicium in-ferre primogenito, vt expresse docuit Alb. post Denum. in l. inter quos. S. alio-no ff. de damno infecto, quem refert, & sequitur Tiraq. cod. tract. quæst. 22. n. 3. & tamèn fidelitas recipienda dependet à Domino directo, ergo à fortiori non poterit pater alienare feudum in primo-geniti præiudicium, duni feudi conces-sio ab ipso non emanauit. Quod autèm alienatio non dependeat à patre, agno-uit Tiraquell. ipse. in cod. tract. quæst. 21. num. 12. cuius verba vt potè quæ nostræ sententiæ fauent, quia referre placet, placeat & vobis audire. An au-sem (inquit ipse loquens de filio) posse priuari regno, vel legitima ex quacunque erga patrem inobedientia, non est præce-ris tractationis, cum ea res non magis re-spiciat ius primogenitura, quam legitimam. En quomodo benè distinguit tanquam intèr se diuersa iura primogenituræ, quæ à patre non dependet, & legitimi-mæ, quæ ex causa auferri poterit ab ip-so patre. Quare D. Benedict. in rep. cap.

A a Rai-

Rainutius verb. in ead. testam. num. 207.
de testam. in 6. ait, Primogenitum Franciæ etiam ex causa ingratitudinis non posse priuari Regno. Quod quidem cōsideratu dignum est.

Firmatur nonò; nam, cum in Regno nostro vigeat statutum, quo masculis extantibus, foeminae excluduntur, non 77 potest pater foeminas vocare in masculorum præiudicium. *Paul. de Castro in l. vñima. C. de pactis*; ergo si feudum ex Principis concessione primogenito debetur, non poterit pater in eius præiudicium alios vocando illud alienare.

78 Firmatur decimò ex dictis ab Andr. in Regno nostra Evangelista in const. Constitutionem Diuina memoriam, ibi. Et primò examinabuntur dicta Gloss. de questione, quam mouet de patre feudataria instituente filios, & disponente de feudo ob cap. de succ. feud. in princ. ubi dicit nullam defunctionem ordinationem valere, vel manere; nam se vñiuit iure Longobardorum, omnes filii aequaliter succedunt; si iure francorum, solus primogenitus, & in hoc non est dubium; ergo pater dedit plus uni, quam alijs, quando omnes succedunt, vel dedit de feudo alijs, quam primogenito, quando de iure Francorum dispositio hæc non valeret, etiam si Princeps consenseret, si erat feudum paternum antiquum, nisi consentiant successores legitimi, ut in eis. de alien. feud. pat. cap. 1. Si nouum feudum esset, volente Principe, posset alienare in alios, ne dum inter filios, ut d. cap. 1. diximus; & tunc non deberetur ultimatio, sed res dimissa, & relictæ per patrem. Item si fuit heres in burgensaticis primogenitus, bona hereditatis legata alijs per patrem cogitur heres dare. C. de rei vendic. l. cum à matre. Hoc posset ei usq; heres, si aderit cum beneficio inuentarij, & tunc non teneretur ultra id, quod haberet de burgensatico C. de iure deliberandi. l. fin. sed cum sit alienabile feudum, ut dictum est &c. Hæc ille. Non est ergo amplius dubitandum de Andreæ sententia, vt videtis, dum in nostram pedibus ire illum nemo vel cœcutiens est, qui non videat. Quare si optima, necnon ius faciens in feudis

est eius opinio, nostra iam firmissima, in iure redditur. Neque tē auertant dicta eiusdem *Andrea*, dicentis aliter se habere feudum nouum; nam, quamvis in hoc cum illo non conueniam; vt fortassis, Deo dante, si tempora largiantur in aliqua alia quæstione dicemus, nihilominus quæstio nostra, vt supra 79 etiam innuimus, est de feudo antiquo; nam de novo est aliqualis dubitatio, que oritur ex eo, quia feudum nouum licet ex pacto, videtur hereditarij naturam sapere, dum vñimo morienti succeditur, ut potè qui primò acquisiuit, quod non est considerare in antiquo, in quo succeditur non vñimo morienti, sed primò acquirent i, prout omnes ferre Feudistæ voluerunt, uno, aut altero excepto, vt videre est apud Merlin. cent. 1. cap. 1. num. 18. & seq. De his ergo non est sermo noster, quamvis hec opinio redargui possit, quia feudum annorum curriculo absq; eo, quod ad concordem reuerteretur, naturam mutaret, dum primò haberet feudi hereditarij naturam; deinde verò illam ex pacto indueret, quod absque fundamento assereremus. Sed de hoc satis dixisse obit; ne ergo à nostra quæstione diuertamur,

81 Firmatur vñdecimò nostra assertio; nam per Feudistas omnes feudum hereditarium impropriè feudum est, adeò vt ad instar burgensaticorum alienari queat; ergo potius dicendum est, in Regno feuda retinere propriam eorum naturam, quam impropriam,

82 Tandem firmatur politico discursu; etenim nostra sententia perspicuas reddit familias, locupletioresque, dum feuda ut potè inalienabilia, semper successores respicerent, Quinimò Principem eminentiorem reddit, qui antiquissimas familias ad servitia præstanta obligatas haberet; sicut autem illa in extraneū alienarentur; Nam cum nobilitas ista oculi non oriatur, nec feudum nouum nobilitet, nouum seruitum minus noble antiquiore redderetur. Vnde, cum aduersariorum sententia nec Vassallis, nec

nec Principi saucat, rei cienda procul-dubio est. Nec te auertant tot sapientissimorum virorum dicta nuncupantiū feuda hæreditaria; nam ex ijs, quæ hucusque diximus, nec non dicemus, prout quoque ex Doctoribus, quos postremò afferemus. videre est, sunt nobiscum non modicē famae authores, & præcipue (quod pluris astimo) vrgentia argumenta; præterquamquod feuda esse hæreditaria nos vltro concedimus, negamus verò modum, quo ea explicantur, quicquid sit, si nostra explicatio detractiones sortiatur.

Sic firmata nostra sententia, reliquā est, vt argumenta, quæ in contrarium obijci possent, soluamus, &

83 Primo quidē obijci poterit cum Gizzarello in decis. 36. nū. 43. in fine sex-tus in cap. 1. de feud. non hab. prop. ne. feni. ex quo ille colligit, quod, quotiescunq; de hæredibus fit mentio, prima natura feudi ex pacto non hæreditarij transfū-datur in naturam hæreditarij, vt eius terminis vtar, & statim ac pro se, & hæ-redibus alicui conceditur, hæreditariū efficiatur. Sed quām diuersus sit capituli casus à nostra quæstione, vestrū erit ex eiusdem dispositione colligere. ibi. Si quis alicui ea lege feudum dederit, ut ipse, & sui hæredes, & cui ipse dederit, habeant. Respondeo, iste, quās sic accepit, posserit iam vendere, vel donare, vel aliter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate Domini alienare; & ille etiam, cui datum fuerit, non habebit ipsum profundo, nisi fecit ei datum est; sed qualitercumque ei da-tum fuerit, sine ad proprium, siue ad libellum, lucis propriam feudi naturam non habeat, iure tamē feudi censembitur, ut ex his causis ipsum amittat, quibus & verūm feendum: si ergo sic datum est feendum, & tñ in feendum dederis, aliud est, & propriā feudi naturam habet. En tota capitule ser-mocinatio, ex qua apparet primò argu-mentum superius adductum nimis probare, posse videlicet in Regno alienari feendum sine Regis assensu ex ipsius cap. dispositione; & consequenter secundū regulam philosophicam. tanquam ni-

mis probans nihil probare. Secundò, vbi nam prima natura feudi ex pacto in casu legis? An non ab initio hæreditarium tempèr fuit? ita sanè; ni fal-lor. Igitur falsum redditur, & mai-nis conuiacens argumentum hoc, per quod intendebatur, qualitatēm hæ-reditariam aduenientem operari, vt feudum propriam naturam ex pacto desereret.

Secundò obijcies; nam feuda imputantur in legitimam, ergo sunt hæreditaria. Consequentia sequitur, quia legitima debetur iudicio defuncti. Tora ergo vis est in antecedenti, quod probatur ex decisione S. C. relata per Vinc. de Franch. in decis. 368. ad finem. Sed hoc argumentum, vt iam vidistis, de-pendet ab ardua illa quæstione, an feuda in legitimam imputentur? pro qua, ne à nostra diuertamur, illud certum,

84 est, feuda nempe hæreditaria imputari in legitimam. An autem sic se habeant illa ex pacto, & prouidentia, dubium videtur; & Vinc. de Franch. in dec. 368. de hoc pūcto verba faciens inquit feu-dum ex pacto nouum imputari in legiti-mam, vtpotē de bonis vltimo moriē-tis; secūs autēm antiquam. Vndē ait in feudo novo nū operari pactum, quia istud quomodo cumque se habeat, ha-betur vt hæreditarium ex doctrina Iulij Clari in tit. de feud. quast. 41. dicentis

85 feendum nouum quānus sub quacun-que verborum serie acquisitum posse, sine filiorum consensu à primo acqui-rentē alienari. Hac Vinc. de Franch. ait ad superabundantiam. Cæterum feuda illa, supèr quibus erat quæstio, hæ-reditaria, ipso testo, erat. Idē tenet Sard. in decis. 235. ad quam nouissimè Domi-nus Consiliarius Ioannes Baptista Hodier-na, qui à teneris vnguiculis vix legem-assequutus opus illud miro construxit

86 ingenio. Ego autem cum Canvili Saler. ad d. consuet. & si testator. dicere in nul-lam constiuentiam differentiam intèr feendum nouum, & antiquum, modò vtrumque sit ex pacto, & prouidentia comprehensum sub illa inuestitura, con-

mus tibi, & heredibus ex tuo corpore legitime descendenterib; etenim quamvis nouum dicatur feudum; nihil tam minùs inalienabile erit, quia per illam inuestituram consulitur non minùs sibi, quam filiis. Hæc dicta sunt incidenter. Ceterum, ut suprà dixi, non est hic locus de ista quæstione agendi; sed sat sit tantummodo nos loqui de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo; & sic quæstio est, an feudum in Regno sub illa inuestitura antiquum sit ex pacto, & prouidentia, an autem hæreditarium, & consequenter alienabile in successoris præiudicium? Patet igitur feuda ex pacto non imputari in legitimam, sive que dirutum aduersariorum argumentum. Quarè deducitur, feuda imputari 87 quidem nondum in legitimam, sed etiam in Trebellianicam, ut optimè aduertit *Dominus Hodier*, *vbi supr. modò scilicet hæreditaria sint*, secùs si ex pacto, vt diximus, quæ non debentur ex testatoris mente, sed ex pacto, & prouidentia concedentis, ut optimè innuit *Nicol. ad cap. Regni considerationes*.

Tertiò obijcies *Rosatum in d. Pragm. q. de fenis nro. 63*: dicentem feuda esse sufficientia pro legitima omnium bonorum, adeoque burgensaticorum; igitur sunt hæreditaria. Sed iam dixi, dicta hæc intelligenda esse de feidis hæreditariis, secùs de feidis ex pacto, & prouidentia, quæ nullo modo in legitimam imputari possunt.

Poteris quartò obijcere *Reg. de Ponte in decis. i i. & Regen. Rosat. in rubric. ad Pragm. de fenis*, referentes decisum in S. C. omnia feuda in Regno esse ex pacto, & prouidentia hæreditaria, igitur mista, & per consequens prout hæreditaria, dicunt posse alienari, prout autem ex pacto, deberi filiis. Evidèm ignorarem quancunque aliam explicationem ad dictas decisiones, niquam totiès dedi, sufficientem agnoscere; cum, ut iam vidistis, implicet in terminis, feudum esse hæreditarium, & ex pacto, modo, quo vtitur *Rosatus loc. cit.*

non secùs ut & diceremus, dari à parte rei entia rationis; liceat ergo sensum iuribus consonum, veræ philosophiæ, & lumini naturæ non repugnare de cisionibus hisce accommodare svt, scilicet, cùm Domini voluere feuda in Regno esse hæreditaria ex pacto, noluerint ea conflare ex duabus his naturis iatè se contrarijs, sed tantummodo ijs simplicem dare eatit item, que explicetur per pactum, ex quo feuda filiis debeantur, vt satìs supèrque suprà exposuimus.

Poteris quintò obijcere *Dominum Hodiernam vbi sup. dicentein*, feudum imputari in legitimam, quamvis solus primogenitus succedat; sed vbi primogenitus succedit, feudum dicitur ex pacto, & prouidentia; igitur feudum hoc ex pacto, & prouidentia, quia in legitimam imputatur, erit quoq; hæreditarium. Sed facilis præest responsio, nam nego ego feudum, in quo solus primogenitus succedit, imputari in legitimam iure nature debitam, ex eadem ratione ab aduersariis assignata, quia videlicet est ex pacto, & prouidentia; vndè in hoc non conuenio cum *Dominio Hodier*, qui fortè loquitur de feidis hæreditariis. Quod suaderi quoq; poterit ex eo, nā indubitari juris est, vbi primogenitus succedit, secundogenito deberi viram, & militiam secundum communem Feudistarum lensem, ergo feudum ex pacto non imputabitur in legitimam, dum ab illo detrahatur vita, & militia, quæ forsitan in legitimam non imputatur.

Sexto obijci poterit quod suprà diximus, videlicet feudum esse primogeniti legitimam, igitur verè imputatur in illam, & consequenter non censabitur ex pacto, & prouidentia, sed merè hæreditarium. Hoc argumentum ex ijs, quæ loquuti sumus, vilescit; quādoquidem feuda ex pacto non debentur primogenitis iure institutionis, neque legitimæ successionis, sed iure successionis ex pacto concedentis debitæ; alioquin si iure legitimæ successionis de-

deberentur, non minus primò, quām secundogenitus succederet. Quare imputanda nostra sunt in legitiām; quae sibi iure legitimæ successionis, & institutionis debetur; prout adiūctio *Nic.* in d. cap. considerans. Quae bene sunt attendenda, ut facilius ex his principijs minus conuincētia videantur aduersaria argumenta.

Tandem rotulicies *Pragm. ultimorum* in ultima compilatione sub sis. de feudis, vbi possunt omnes feudatarij iure contrahens inter viuos super feudis, & de illis disponere in testamento in beneficium masculorum in gradu successibili existentium, quām sc̄mina proximior existat, non obstante, an ea sit quoque in gradu successibili, q̄o tamē contenta esse debet de dose, & disponentis liberalitate. Deindē in supplicatio-ne pro hac re hæc habentur, *asseco che come succederia la femina, succede il mascolo, ne meno si causaria moleo danno alle dette femine, potendo oggi it feudatario granarle sopra al fendo usqne ad valorem feudi, &c.* Ex quibus patet feuda hæc posse alienari in favorem masculorum; igitur assensus Regis super hoc quāvis sit favore masculorum, non operatur, vt feudum sit ex pacto, sed hæreditarium, quia facit illud alienabile; ergo non ex eo, quod inuestitura dicit; ita ut maior nati minori; & masculus sc̄mina preferatur, feudum censebatur ex pacto, & prouidentia; & consequenter idem dicendum est de iure Regni, vbi maior nati præfertur. Quare tam illud concessum cum inuestitura in titulo nostra questionis posita, quām quolibet Regni feudum, dicitur hæreditarium, & per consequens alienabile.

91 - Subtilissimum sane argumentum, sed fallax; etiam non ex eo, quod Rex afferetur huiusmodi supplicationibus, feudum dicetur ex pacto, cum non prouideat super successione, sed super alienatione, & sic potius declarat illud hæreditarium, prout patet in fine d. *Pragm.* ibi. *Places sua Regie, & Catholi-*

ca *Monastici quoad (notate) feuda hereditaria, loquitur ergo de feudis hereditarijs. Ex quibus verbis robur sumit nostra sententia; nam dum Rex assentitus est super feudis hereditarijs tantum, igitur in Regno non sunt omnia feuda hereditaria, sed adsunt & aliqua ex pacto, illa scilicet, in quibus masculus sc̄mina præfertur, & maior minori, ad differentiam, vt patet, istorum ab hac *Pragm.* expressorū, quae sunt hæreditaria, quia non minus masculi, quām sc̄mina sine sexu, & ætatis prærogativa dicuntur successibiles, ex quibus evincitur iam, rāma feuda sub illa inuestitura posita in titulo concessa, quām secundūm inuestiturā in Regno solitam, vbi de iure Francorum viuitur, esse ex pacto, & prouidentia. Tandem ad nostrā sententię veritatem, consule ea, quae ait *Nic. de Franch.* in decis. 6.*

Hæc sunt, quæ in veritatis intuitum breviori, quām dōpotebat calamo, coadunauit. Ceteruni in tam ardua quæstione tne mangis immiscuisse, temeritati, non solertia tribui palam est. Verum hæc scripsisse innoretat, disputādi, non impugnandi animo; sicq; nec temeritati, nec solertia tribuenda opinor ea, quæ ingenij peccata appellare non erubesco, sed errori, quæ correctionem aduocat in potentiā. Alia ad 92 quæstionem pertinentia videre apud *Dominos de Marinis, Affiliat. Andr. Statian. Tiraq. Martin. Napoden Ronit. Reg. de Pöt. Hodicorn. Vinc de Franch. locis cit. præter quos Sanfelic. tom. I. decis. 100. Alex. conf. 10. vol. 3. Minad. ad conf. in aliquibus n. 27. Brun. cons. 24. Paris. conf. 23. n. 164. Frecc. de subfend. lib. 3. in 3. for. inuest. Thom. de Marin. tit. de feud. ex pact. & prouid. Reg. T apie decis. 2. Pest. de Greg. de concess. feud. part. 6. quæst. 2. & part. 2. quæst. 10. n. 2. & 53. Instrigat. in sua cent. quæst. 49. Minad. conf. 10. n. 24. Capyc. decis. 64. n. 2. Cennet. in cap. si aliquem S. & incipiendo. Card. Paris. conf. 2. nu. 2. 1. lib. 1. Rosent. de feuda. 7. conf. 13. n. 4. Alb. conf. 3. sol. 2. Camill. de Curt.*

Cert. diuers. feud. part. i. n. 11. Ioann. An-
dr. de Georg. alleg. 20. n. 2. Thed. alleg. 13,
n. 11. Annam alleg. 4. n. 23. Reg. Merlin.
contr. for. cont. i. cap. 1. nn. 10. & 18. Bam-
macar. in cap. Tilius S. omnes n. 64. si de
feud. def. Ciceron. decis. 38. Reg. Con-
stant. l. unica n. 39. C. de consul. lib. 12.
Cumiam in pralud. ad cap. si aliquem à n.
68. usq; ad 293. Anton. Villan. in respi-
post comm. Cann. n. 25. & 26. Pistor. q. 3.
n. 4. lib. 2. part. 1. Method. cons. 498. nn.
6. vob. 5. Thor. in comp. decis. varg's in la-
cis. Mangil. de impus. quæst. 37. n. 28. Sum-
dum in decis. 235. Capyc. Latr. com. i. deci-
cis. 70. & egregie in decis. 57. n. 4. alioſ
que apud citatos.

SYNOPSIS.

- 1 **D**ecisio relata ab Affl.
- 2 **D**ecisio Merlini.

Q VÆSTIO XXIX.

*An si quis ita legauerit, Lego tibi omnia bona mobilia, & super-
lectitia domus mea, huiusmodi legatum contineat
merces, ceteraque venalia?*



- 1 Occidit casus hic in
S. C. controvèrtē-
das, vt refert Affl.
in decis. 106. tan-
tusque fenatus pro
affinitatiua arbitria,
eius est; à quo non
recessit Sacra Regia Cœlestas, quam-
vis plerique ex consiliariis in voto con-
trario fuissent. Iterum verò in eodem
Senatu deducto, aliter arbitratos fuisse
Dominos scripsit Reg. Merlin. in cont. 2.
contk. forens. cap. 65. qui, vt reor,
- 2 non bene perlegit ea, quæ decisio refert
Affl. in d. decis. 106. dum ait, fuisse deci-
sū contra Affl. opinionē, prout ipse mor-
fatur. Et quidē, ni meioculi cœcutiāt,
non sic refert Affl. Itum audite. Sed
superlex includitur sub verbo, omnia mobi-
lia, ergo non refringit; & ita fuit iudi-

- 3 Cuius dicta refutamus; & saltem ut
ordine.
- 4 In intellectus adl. seruos, s. de legatis
tertiō.
- 5 Demonstratur, suppellex non coartat
re legatum.
- 6 Nomine suorum non veniant mer-
ces.
- 7 Natura legati indefinitio.
- 8 Propositio indefinita, an semper equi-
te universali?
- 9 Legatum coartatum hoc, an comprehen-
deret venalia?
- 10 Examinatur textus in l. prædia S. li-
berto, s. de fundo instruct.
- 11 Particula, &c., an aquipollas particula,
cum?
- 12 Nostra sententia firmatur ex textu in
contrarium adducto ab aduersariis.

cerum per S. C. licet multa fuerant in voto
contrario, & propterea fuit reclamatio
ad Regem, & Dominus Rex cum suis au-
ditoribus indicauit, quod bene fuit pronun-
ciatum secundum predictum votum. Sub-
dit Ursilius. Aspicis hinc secundum opinionē
Affl. quam posse adicere consilium, securum,
&c. sed credo ly, vosum, decepisse Mer-
linum purantem referri ad votum, in la-
quo plerique fuere, sed aduertere de-
bet quod ait Affl. ibi. Quod bene fu-
it pronunciatum secundum predictum vot-
um; igitur votum predictum illud e-
rat, secundum quod fuit pronunciatum
per S. C. ni velimus dicere Merlinum
deceptum potius ex ijs, quæ Affl. an-
te dixerat n. 1. ipsum scilicet tantum
pro hac opinione stetisse; sed ex hoc nō
eruitur, non potuisse S. C. aliter arbi-
trari, cum quandoque Domini, perpe-
tuis

sis rationibus, illisque bene auditis, re-
licta propria sententia illam sequantur,
quam iuribus consonam censem. Pa-
tet ergo ex his errasse *Reg. Merlin.* pu-
tantem *S.C.* pro se fuisse arbitratum.
Hæc dicta sint non ad comprobandum
Affl. opinionem, sed ad hoc, ut di-
gnoscatur non minus *Merlin.* quam *Af-
fl.* argumenta fulciri *s. C. decisione.*
Interim

Sequor ego *Affl.* & antequam eius
comprobem opinionem; liceat illa
referre, quæ in contrarium obici
possent, eaque præcipue, quæ *Merlin.*
refert; omniaque ex ordine impugna-
re; nouum nanque non est profligatum
exercitum hostibus victoriæ pare-
re.

3 *Merlin.* ergo in n. 2, afferit primò in
legato mobilium suorum indefinitè con-
cepto non comprehendendi venalia, &
quæ testator mercis causa solitus fue-
rat in fundo reponere. Pro qua asser-
tione producit *Iulianum in l. cum quare-
retur 60. §. Lata de leg. 3.* vbi, legatis
lana, oleo, vel purpura, non veniunt
quæ testator solitus fuit vendere. *Anto-
ninum Imperatorem in l. C. de verb. si-
gu.* vbi legatis prædijs instrutis indefi-
nitè, non veniunt fructus venales. *VL-*
pianum in l. seruos 71. vers. proinde. de
legatis 3. vbi legatis indefinitè seruis,
non veniunt, quos testator mercis cau-
sa emerat. Quam sententiam sequun-
tur *Decius*, aliiq; prout ibi,

Vt autem ex ordine procedamus, ex-
aminandus est primò *tex. per Merlin.*
adductus in d. l. seruos, quem solueret co-
natur *Pinell.* ad d. l. quem sequuntur *Me-
noch.* alijque apud ipsum; & postremò
Gaius de credito cap. 4. n. 149. Ait ergo
Pinellus ideo in casu d. l. non venire
seruos, quos testator emerat, vt statim
distraheret, quia legatum non fuit ge-
nerale, sed potius ex certa specie ho-
norum expressa. Hæc solutione displicet
Merlin. in n. 5. aitque rationem, qua-
Iurisconsulus ad sic decidendum moce-
tur, esse generalem, scilicet, quia po-
tius mercis causa, quam suorum habuit

testator; vnde cum suorum nomine non
veniant, non comprehenduntur in le-
gato. Deinde quæstio nostra non est
de legato generali bonorum, sed de
certa specie, idest mobilium. Tandem
cum *Vlpianus* ibi exponat individuum
sub illa specie comprehensum, videtur
in ea specie modum dare, aliaque non
censere legata. Quarè tenendum con-
cludit, in legato indefinite facto non ve-
nire ea, quæ venditioni sunt parata vt
potè quæ inter sua non constituam-
tur.

Conuenio in hoc cum *Merlino*; Ete-
niam, cum legatum indefinite concep-
tum non sit generale de se; facilimè
videtur coarctari per particulam, suum,
meum, &c. quæ operatur, vt in huiusmo-
di legato non veniant quæ mercis loco
habentur, ex optimo tex. per ipsum
allegato in d. l. seruos. Sed hoc primū
Merlini dictum non est contra nostram
sententiam, cum nos loquamur non de
legato infinito, sed generali, prout
loquitur quoque *Affl.* in d. decis. 106.
Quare injuria ipse laudat in authorem
contrarie opinionis *Pinellum*, qui nun-
quam de legato indefinite concepto
particularizato per aliquam subsequen-
tem particulam loquutus fuit. Acce-
damus ergo ad solidiorem difficultatem
propriam quidem nostræ questionis.
Cætera verò iura per *Merlinum* addu-
cta proprio loco, vbi examinanda sūt,
solvemus.

Afferit secundò *Merlinus* ad impu-
gnandum *Affl.* in legato generali nō
venire ea, quæ loco mercis asseruantur;
nam, licet sit generale, viget tamè nō
eadem ratio, quæ suprà. Subdit quo-
que in n. 11, Ex doctrina *Hieronymi Ga-
brielis in conf. 98.* in legato generalissi-
mo, illo scilicet omnium honorum,
quamvis concepto verbis restringenti-
bus, meum tuum, &c. venire etiā mer-
ces. Quod dictum displicet; nam si ra-
tio suitatis operatur, ne veniant mer-
ces, ceteraque venalia, ita vt hæc
ratio fuerit attenta in d. l. seruos, vt ipse-
met fatetur n. 5. cur nō operabitur eū-
dem

dem effectum in legato generalissimo , quem operatur in generali & Sed vt ad examen secundè huius conclusionis per Merlin. firmatæ deueniamus; dum ipse eandem tradit rationem in legato indefinito , quām in generali desumptam ex particula; meum suum , &c. repentina sunt iura per ipsum superiùs relata , & breuitè examinanda , vt videamus an Affl. sententiam , quam incontrovertibilem arbitror, elidant, & priuò sex. in d.l. seruos ,

4 Ego , vt verum fatear , diu sex. hūc speculatorus , Merlini interpretationem tanto viro dignam arbitratus sum , non ita tamèn , vt Pinellum desererem . Et quidèm , vt rem ad trutinam reducamus , referre iuuat ea , quæ firmat Merlinus , qui nimis laborat in probando , non venire in legato nomine suorum , ea , quæ mercis loco substant ; cum sua verè non dicantur ex d.l. seruos . Veram habeo expositionem hanc ex dispositione d.l. ibi . Eum , qui venalitatem vitam exercet , puto suorum numero non facile contineri velle eiusmodi mancipia , nisi eiusdēs voluntas fuerit etiam de his sentientis . Quid ergo sequitur contra Affl. adeste in legato mobilium particula , suorum , meorum , &c. Non ita sapnè . Quod vt evidenter demonstrem , iuuat Affl. fundamenta reproducere , quæ unico medio cōtrariam impugnabunt opinionem , nostramque insimul probabunt ; sicque nè à promissis recedam , afferam solutionem ; quæ ad nostra dicta cōprobanda deseruiet . Tota igitur ratio , qua ingeniosè Affl. probat , supellectilia non coarctare legatum , ea utique desumitur ex l. quæcum S. si quis fundo , ff. de fundo instruet . ibi . Si quis fundum ita , ut instructus est , legauerit , et adiecerit cum supellectiliis , vel mancipijs , vel una aliqua re , que nominatio expressa non erat , verum minuit legatum adiiciendo speciem , an verà non , queritur ? Et Papinianus respondit non videti minutum , sed posicis ex abundanti adiectum . Idem Papinianus lib. 7. responsum ait , instructis artis filia legatis ,

mater argenteum muliebre filia legauerat . Respondit etiam id argenteum muliebre , quod in ortis habuit . vt sibi esset instrutor , ad filiam pertinere . Ex hoc ergo textu Mathematicè demonstratur , per supellectilium adiectionem non diminiui legatum generale . Tora igitur difficultas ad hoc redigitur , an scilicet qualitas suitatis operetur , ne in legato veniant ea , quæ defunctus mercis loco possidebat ? Et in casu nostro facilis est responsio ; nam si supellectilia non coarctant legatum , ergo neque particula suum , &c. quæ refertur tantummodo ad supellectilia , nec ad mobilia ; quare d.l. seruos ad summum probaret , in illis supellectilibus non includi ea , quæ mercis loco possidentur , cum nomine suorum hæc non habeantur , vt infra dicam . Cæterum si contendatur , neque contineri in mobilibus omnibus legatis , gratis hoc afferitur , dum in illis non adest qualitas suitatis merces excludens ; aliud enim est dicere , lego tibi omnia Mobilia , & supellectilia domus mea , aliud verò , Lego tibi omnia mea mobilia , & supellectilia domus mea , quæ duo legata longè inter se differunt . Quod si dixeris , in nostræ quæstionis casu ly , domus mea , referri etiam ad mobilia , profectò diuinabis , cum nullam inspiciam rationem , cur testatoris mens non sit seruanda secundum ab illo disposita , sed alias chimerizandus sit sensus . Ex his apparet subtilem fuisse Pinelli interpretationem ad d.l. seruos part. I. n. 40. vers. nec satis facit , dicentis nostram conclusionem procedere in legato generali ; in casu verò d.l. seruos non esse generale , sed restrictum ad certam bonorum speciem , inter quæ maxima est differentia ; nam primum vti generale comprehendit venalia ; secundum verò secūs , vt post Alex. in l. si confitent n. 24. ff. soluto matrimonio . Quæ interpretatio fauet sanè nostræ quæstioni ; etenim , cum legatum hoc sit generale ut potè quod claudatur verbis , omnia mobilia , & sic non includat ea tantum mobilia , quæ ad vsum de-

deseruiunt, sed ea quoque, quæ mercis loco asseruantur, non minuitur per additionem *superlectilia domus sua*, quæ, ut ait, *Affl. loc. cit.* ad superabundantiam adduntur. *Causa vero tex. in d. l. seruos* aliter se habet, dum ibi queritur, an suorum nomine continetur mancipia, quæ erant vendenda; & *Iurisconsultus subdit*, non contineri, dum loco mercis asseruantur; sicut legatum est mancipiorum suorum tantum. Quid ergo mirum, si mancipia, quæ loco mercis habentur, non veniant in huiusmodi legato? Secùs verò in nostræ quæstionis casu, ut vidimus, ubi non tantum legantur *superlectilia domus sua*, quæ excludunt ea, quæ loco mercis habentur, sed etiam omnia mobilia, quæ illa includunt. Vnde legatum dicetur generale, particulare verò in casu *tex.* Quare subtilissima *Pinelli* interpretatio firma in iure remanet.

Et hinc comprobatur quod suprà diximus, nimirum, si legatum sit indefinitum conceptum verbis, *meum, suum, &c.* non continere merces. Quare ad vberiorem notitiam aduertendum est, quod si legatum sic diceret. *Lego Tito omnia bona mobilia mea, & superlectilia domus mea*, in tali legato non venirent merces, quia per particulam, *mea*, illa excluduntur. Idem dicendum, si diceretur, *Lego tibi bona mobilia, & superlectilia domus mea*; Etenim cum tale legatum sit indefinitum, videntur bona mobilia referri ad ultima verba; & sic ad particulam, *mea*; vnde, illud parati ratione merces excluderet. Quoniam autem in casu nostro legatum non est indefinitum, sed generale, expositum videlicet per particulam, *omnium*, non refertur ad ultimam particulam. Et ratio rationis est, quia illud, quod habet propriam naturam, nullam aliam assumit, secùs id, quod alienam naturam induit; sicutque, dum legatum indefinitum non est nec generale, nec particolare, sumit particularitatem à verbis sequentibus, non ita legatum generale, quod ex suis intrinsecis, nec ab alio

naturam habet; an autem legatum indefinitum absque alijs verbis, quæ illud vniuersale, vel particulare reddant, sit generale; infra videbimus. Interim

Soluendus est secundò *tex. in l. cum quereretur 58. S. Lana. de leg. 3.* qui, ni fallor, diuersam patitur solutionem ab illa, quam dedimus suprà *d.l. seruos*, dum ibi aderat particula, *suos*, quæ hic non est. En *d.S. sermocinatio. Lana, li-* no, *purpura uxori legatis*, que eius causa parata esset: cum multam lanam, & omnis generis reliquias, querebatur, an omnis deberetur? Respondi, si nihil ex ea destinasset ad usum uxoris, sed omnis commissa esset, non dissimilem esse deliberationem, cum penus legata esset, & multitudo res, que penus essent, reliquias, ex quibus pater familias vendere solitus esset; nam & si vina diffidisset, habiturus usum ipse, & heres eius, tamè in penum omne existimari. Sed cum probaretur cum, qui testamentum fecisset, partem penus vendere solitum esse: constituum esse, ut ex eo, quod ad usum annum opus esset, hares legatario darent, sic mihi placere, & in *Lana fieri*, ut ex ea, qua ad usum anni mulieri satis esset, easumeret; non enim deducto eo, quod ad viri usum opus esset Reliquum uxori legatum esset, sed quod uxoris causa paratum esset. Hic ergo *tex.* in legato indefinitè sumpto videtur declarare, ea tantum contineri, quæ ad proprium legatarij usum deseruiunt. Quarè adaptari posset responsio *Pinelli*, ut nimirum *tex.* non loquatur in legato generali, quod nec *Merlinus* negat; vnde *Affl. sententiam* non stringeret; quoniam verò adebet euidens *tex.*

in l. si pluribus, ff. de legatis secundo: vbi demonstratur, propositionem indefinitam equipollere vniuersali; idcirco alia procedendum via est ad soluendū *Merlini* argumentum, nec illam adhibere, qua vtitur *Pinellus*. vt autem veritas eluceat, appono hic verba *d.l. si pluribus*. ibi. *Si pluribus heredibus institutis, ita scriptum sit.* Hares meus damnos effodare aureos quinque, non quilibet heres, sed omnes videbuntur damnati, ut una

quinq[ue] dene, igitur verbum *heres*, omnes heredes indicat; & hinc dico, legatum indefinitè conceptum, ni sint verba aliqua sequentia, quæ specialitatem indicent, esse generale; vnde & merces, ceteraque venalia continere.

Stringit ergo *Pinellum Merlini* argumentum. Etenim in hoc textu ex una parte adest particula, *meum, suum, &c.* ex altera est legatum generale, quia indefinitum, & tamè non debentur, nisi quæ ad *vsum* deseruiunt; igitur in generali legato non veniunt ea, quæ ad negotiandum sunt parata. Ut ergo illud soluamus, videndum est, an in casu *d. l. cum quereretur S. lana*: adsit particula aliqua, quæ legatum illud ut potè indefinitum reddat non *vniuersale*, sed particolare. Et mihi videtur euidentè adesse huiusmodi particula in principio *d. S. ibi. Lana, lino, purpura uxori legatis, qua (notate) eius causa parata essent*. Quid ergo mirum, si non quæcunque, nec omnis lana debeatur, dum ea tantummodo erat legata, quæ vxoris causa parata fuerat? Vnde meritò *Iureconsultus* concludit, illam deberi, quæ vxoris causa parata erat; at vero in casu nostræ questionis legatum generale est, non indefinitum, nec illi derogatur per sequentia verba, quæ, ut vidimus, non referuntur ad mobilia, sed ad supellecilia tantum: & hinc, ut *Pinellum* quoque tueatur, nec stringi illum dicendum est, cum dixit in casu *d. l. cum quereretur*, legatum non esse generale, cum ita quidem se habeat, licet satius fuisse, ut diuersam adaptasset responsonem ab illa, quam *d. l. seruos* tradidit, nec diuersa immiscuisse.

Soluendus est tertio *textus in L. 1. C.*, de verb. significat. quem optimè arbitrator solutum à *Pinello*; iuuat tamè eius dispositionem referre, ut clarior appearat solutio, & *Merlinum* impugnemus. ibi. *Pradys instructis legatis, quamvis ex fructibus vinum, & oleum in eodem fundo habuit: tamè si id venale fuit, itē ea, qua ad tempus proper incursionem la-*

*tronum tuncle causa in pradium transclusa sunt, legato non cedere iuris autoribus placuit. Vinum vero, quod in Apothecis fuit, si ideo illic habuit, ut cum in predium venisset, materfamilias eo viceretur: legato cedere, ignorare non debes. Hunc sextum non allegari ad rem responderet *Pinellus*, cum, dum prædia tantummodo legata sunt, non veniant ea, quæ prædia non sunt; sicutque neque vinum, neque oleum, modò non appareat, testatoris animum fuisse, ut vinum ibi maneret, non ut venale exponeretur, sed subesset eius dispositioni. Quæ interpretatione quidem mihi euidens videatur; alioquin hoc argumentum tenetur soluere ipsem *Merlinus*, qui assignare nequirit differentiam inter legatum in specie, & in genere; nam si quis vnum tantum possideret fundum, quem legaret, si in illo vinum adesset, an non posset testator genericè, & specificè bona sua legare? Ita profectò; nec nullum alium modum reperirem ad specificè rem legandam, quam illam tantummodo explicando. Quarè, cum testator fundum legauit, non intelligitur legasse vinum, quod per accidens ibi reperitur; poterat nanque ibi non reperiri; & quod per accidēs in tali loco reperiatur, non explicandū est; alio modo, prout *Merlinus* explicat verè somnians supèr vero *Pinelli* somnio. Vnde, legato fundo instructo, non veniunt ea, quæ per accidens se habent; veniunt tamè, quæ ad fundum instruendum deseruiunt, tanquam fundo instructo accessoria. Sat hoc demonstrat. l. 2. C. de verb. signif. ibi. Fundo, sicut instruetus est, legato, sine per fideicommissum reliquo: villicum quidem, hominesque, & omnia, quæ vel ipse paterfamilias, cum ibi ageret, vel ut fundus esset instructus, non temporis causa in eo habuit, reliqua esse, iuris autoritate definitum est; etiam, quæ tam fructuum colligendorum, quam seruandorum, item pecora stercorandi, vel pascendi causa ibi constenta, ut de his fructus capiantur, vel ut fundus sit instructus, fideicommisso cedere, certis iuris*

iuris est. Iuribus hisce sic solutis, reliquum est, ut & aliud explicemus, quod Merlinus adducit in num. 10. ex Pauli responso in l. pediculis 34. §. item cum quereretur, de auro, & arg. leg. ibi. Item cum quereretur de tali legato. Hoc amplius, filia mea dulcissima è medio sumito, tibique habeo ornementum meum omne, muliebre cum auro, & si qua alia muliebria apparuerint. Cum testatrix negotiatrix fuerit: an non solum argentum, quod in domo, vel intra horreum usibus eius fuit, legato cedat, sed etiam quod in basilica fuit muliebre? respondi, si testatrix habuit proprium argentum ad usum suum paratum, non videri id legatum, quod negotiandi causa venale proponi soleret, nisi de eo quoque sensisse is, qui petit, probet. Sed cum in dicto legato adsit particula, meum, eandem applicare debemus responsionem, quam suprà dedimus loquuti de d. l. seruos, cum Pinellus eodem, quo ibi dixerat modo, hic unico actu respondeat.

His omnibus solutis, nihil est in contrarium obijciendum, quod statim evidenter non soluatur, ut optimè aduertit Gaius in cap. 4. quæst. 5. num. 140.

Tertio Merlinus firmat aliam cōclusionem, quæ afflictum prima fronte premit, asserens legatum loco restrictū, ut in nostro casu, ubi legantur supellecilia domus, non continere venalia, pro qua assertione evidentem sextum producit in l. generali. §. uxori. ff. de usu, & usufructu legato. ibi. Uxori usumfructum domuum, & omnium rerū, qua in his dominibus erant, excepto argento, legauerat; item usumfructum fundorum, & Salinarum, quæ situm est in lana cuiusque coloris mercis causa parata, item purpurea, quæ in dominibus erant, ususfructus ei deberetur? Respondi, excepto argento, & ijs (notate) qua mercis causa comparata sunt, ceterorum omnium usumfructum habere legatariam. Ex hoc tex- tu clare deducunt Doctores omnes apud Gaium in d. cap. 4. quæst. 5. num. 141. & sequentibus, legatum certo loco designatum non continere merces, ceter-

ra que venalia, quæ certo loco non videntur circumscribi, dum ibi perpetuò mansura non sunt. ad text. in l. si venditor ff. de pignoribus. Quam doctrinam magistraliter docet Bartolus in d. §. uxori ab omnibus approbatus; sed cum, si meministis, dixerimus, ly, dominus sue, non referri ad legatum mobilium omnium, corruet totum argumentum; etenim dicet Afflictus, quod, si supellecilia non coarctant legatum mobilium, ut plenè probauit, neque coarctabit certus locus, qui supellecilia circumscribit.

Hæc dicta sint pro opinione magis communi; ceterum, si sentire n. cum Fabro in lib. 1. conséct. cap. 6. dicentes, hoc in sextu legari usumfructum, qui in venalibus considerandus nō est; nescio an benè responderet Merlinus, dicens, non ideo sic decidi in hoc textu ratione usumfructus, qui in venalibus non consideratur, cum in suprà relatis iuribus nullus sermo sit de usumfructu, & tamèn venalia non veniunt; nescio inquam, an benè responderet, dum in iuribus superiùs productis cur venalia non veniant, abundantè vidistis; non ergo, ut Merlinus ait, gratis asserit affl. supellecilia ad superabundantiam else exposita, cum evidentè cautum reperiatur in d. §. si quis fundum.

Firmat vltérius Merlinus quartam conclusionem, qua asserit, quoties dubitari continget, an vinum, trumentū, ceteraque huiusmodi è proprijs prædijs collecta, non empta, ut negotientur in domo testatoris. sint proprij usus ergo, an ut vendantur, illa tantum legato cedere, quæ ad usum anni sunt necessaria, ex doctrina Hieronymi Gabr. conf. 98. num. 36. argumento l. cum quereretur §. lana de leg. 3. l. nam quod liquidè §. item si quis de pen. leg.

Conuenio in hoc cum Merlino, ut scilicet non veniant in legato ea, quæ testator solitus erat vendere, quamuis non empta, sed collecta sint ex eius fundis, ut venderentur, ijs exceptis, quæ ad usum anni deseruiunt; verum

eodem modo secundum mea principia discurro hic, quo suprà de mercibus. Itaque non veniunt hæc, si legatū contineret particulas, *menum, suum, &c. etc.* nîm sicuti tale nomen non merentur ea, quæ ita comparata sunt, ut illicò distraherentur ex *text.* in d. l. *seruos,* ita & hæc ex eo, quia ideo sunt in fundo, ut illicò distrahanter.

10 Sed obstat euidens *sexus in l. pradie S. liberto. ff. de fund. instruct.* qui solueritiam debet à Merlin. qui, reiecta interpretatione Fabri, & Hieronym. Gabr. aliam ipse dubitabundus effingit; pro qua melius intelligenda, iuuat *sexus* verba referre. ibi. *Liberto, quem haren-* dem ex parte scripsit, fundum per præcep-*tionem dedit in hac verba, Pamphila li-* berta precipito, tibique habeto fundum meum Tilianum, & agellum Sempronianum cum instrumento, & (notare) yis, quæ in eodem erunt, cum moriar, familiaque, quæ in eo fundo moratur, exceptis, quos manumisero. Quæsum est, cum te-*stator in eo fundo aliquantum vini habue-* rit in dolis, quod viuus totum vendide-*rat, & partem tertiam pretij pro eo acce-* perat, an vinum in dolis remanens ad li-*berty ex causa præceptionis pertineat?* Respondi, verbis, quæ proponerentur, con-*tineri: nisi manifestè contrariam volun-* tam cobare des approbent. In eo fundo in-*strumenta, calendaria; & nummos reli-* quit; Respondi, & de nummis quoque, ut suprà responsum est. Ait ergo Merlinus, ideo in hoc casu cedere legato vinum, quia; cum per non solutionem pretij non censeatur translatum dominium, merito omnia, quæ in fundo reperiuntur tempore mortis testatoris, spectant ad legatarium ex eius dispositione. ibi. *Ex yis, quæ in eodem erunt, cum mo-* riar.

Sed ad veram, & ubiorem doctrinæ Merlini explicationem notandum est, testatorem in casu d. S. liberto no-*luisse, vt inter venalia numerarentur* ea, quæ tempore eius obitus reperi-*bantur in fundo, vnde tanquam verè* sua voluit; & sic patet cur in d. S. uxo-

ri merces, carteraque venalia non ee- dant legato; ex eo, quia certo loco il-*lud coarctetur; & cur in dict. S. liberis.* cedat vinum legato, quamvis certo lo-*co hoc circumscríbatur. Disparitas er-* go in eo consistit; nam in primo casu verè venalia sunt ea, quæ legato non cedunt; in secundo verò secus ex dis-*positone testatoris volentis tanquam* sua haberi ea, quæ tempore mortis re-*periebantur; Quid ergo mirum, si di-* versimodè disponitur in primo, ac in secundo casu?

Nostra ergo sententia, quæ eadem est de mercibus aliundè collectis, quæ de venalibus collectis ex eodem fun-*do optimè probatur ex sexu in dict. S.* uxori, vbi Scuola sic respondet. *Idem* quasit, cum in salinis. quarnus usus fructus legatus esset, talis iumentus sit non minimus modus, an ad uxorem ex causa fi-*deicommissi usus fructus pertineat? Respo-* di de yis legandis (notare) quæ venalia ibi essent, non sensisse testatorem. En-*quomodo & benè Scuola* hic eodem modo discurrat de fructibus venalibus è fundo perceptis, quo anteà dixerat de mercibus aliundè acquisitis. Vnde tales adaptando sensum huius textui, nullam reperio contrariatem, quam Merlinus adiuenit in num. 21. Etenim non ex eo, quod Scuola merces ex alijs fundis collectas excludit, deinde se-*quitur, includere eas, quæ ex eisdē fun-* dis collectæ sunt, cum & has quoque in sequenti sermocinatione excludat, vt vidimus, nec opus erat, vt Iureconsul-*tus* eas omnes vnica oratione compre-*hendisset. Quare vt Gabrielis sententiā* comprobemus, aduertendum est, nos ea venalia mercibus assimilare, quæ ad proprium usum nō deseruiunt; alioquin erroneè loqueremur; nam venalia ea dicimus, quæ quocunque modo ad negotiandum pertinent. Porro quæ ad usum proprium deseruiunt, ad ne-*gotiandum non spectant. Ut autem* ad nostrum propositum reuertamur, cū in casu relato ab Affict. & in nostra quæstione exposito merces legato ce-*dant*

dant, cedant etiam oportet, venalia, quæ earum naturam, ut hucusque vidi-
mus, sapiunt.

Firmat tandem *Merlinus quintam* conclusionem, qua probat sub huiusmodi legato, quamvis factio personæ coniunctæ non venire venalia. Sed de hoc punto verba non facio, cum, ut supra probauimus, in tali legato veniat venalia, & merces, præscindendo cuiam personæ illud factum sit.

His omnibus solutis, optimè probata remanet opinio *Afflicti* primò ex sexta illo superius citato in l. quæsum *S. si quis fundum ff. de fund. instruc.* Neque cū Tyronibus obijcias disparem esse casum d. S. vbi ponitur dictio, cum, à nostro, vbi dictio &, nam ridicula est difficultas, quia tam coniunctio, cum, quam &, utraque copulat, ut optimè *Bart.* ab omnibus approbatus in l. si cui fundum ff. de fund. instr. Quæ lex expresse hoc cauet. ibi, *Si cui fundum, & instrumentum eius legare vis, nihil interest quomodo leges, fundum cum instrumento, an fundum & instrumentum &c.*

Probatur secundò, quia verba à testatore prolata ita intelligi debent, ut aliquid operentur ex d. l. generali. *S. filios ex Saio,* vbi *Bart.* ergo cùm ille dixit, *lego tibi omnia bona mobilia, & supellecilia domus mea,* ly omnia aliquid debet operari, & consequenter tale legatum non limitandum ad supellecilia tantum.

Probatur tertio; nam si in dubijs stati debet scripturæ, etiam si aliud actum sit ex textu. in l. si alij fundum ff. de usu, & usufr. leg. vbi *Bart.* quamvis casus noster sit dubius, prout certus hucusq; apparuit, decidendus erit pro legato. Sic tripliciter firmata *Afflict.* sententia, non dubito, quin funiculus triplex difficitur; nihilominus tamèn firmatur quartò ex textu ipso in contrariū adducto ab aduersariis in d. l. seruos, cū concordantibus. Quapropter gloriofiorem præfereret victoria; ibi enim disponitur, ut merces cedant legato, si appareat, talia fuisse testatoris mentē;

sed hæc apparet in casu nostro, vbi ille legavit omnia mobilia, idque ex particula, *omnia*, ergo verè huiusmodi legato cedunt merces, cæteraque venalia. Et ex tali probatione apparet, facile redargui, quod ex aduerso aiunt; nimis in casu dubio supponendum, testatorem minus grauasse hæredes; cum, an dubium reddatur legatum hoc, iam videritis. Vnde ne vos terreat *decisa S.C.* relata per *Merlinum*, quia, dum ibi legati verba non exprimuntur, fortassis ea talia erant, ut illud coarctasset, & hæc satis; cætera videri poterunt apud *Pinell.* & *Gaium* celeberrimos doctores. Hæc me pro *Afflicto* iuabit breviter prælibasse.

SUMMARIUM.

- 1 **N**ostra sententia probatur semicantonaria argumentorum.
- 2 *Cur mater non gaudet dignitate filii concessar?*
- 3 *Vxores virorum radjys coruscant.*
- 4 *Fili⁹ fruuntur dignitate obtenta à patre.*
- 5 *Parentes, & liberi in eadem causa sunt.*
- 6 *Nobilitas sedilis transit ad collaterales.*
- 7 *Mulier transit in viri claritatem.*
- 8 *Mulier ignobilis nubens nobili, nobilis efficitur.*
- 9 *Filius in veritate, non in honore patrō exequatur.*
- 10 *Habens filios præfertur non habensi.*
- 11 *Pater, & filius censetur eadem persona.*
- 12 *Ascendentes sucedunt in feudo.*
- 13 *Filius est una vox cum patre.*
- 14 *Et dicuntur pars corporis patris.*
- 15 *Pater in filio habet ius proprietatis.*
- 16 *Pater magis periclitatur in pæna filii, quam filius.*
- 17 *Filius representat personam patris.*
- 18 *Nomen, pater, est nomen honoris.*
- 19 *Pars paterni corporis in filium transfunditur.*
- 20 *Privilegium personale patris transit in filium.*

- 21 *Pater habens filium inutilem, dicitur carere filio,*
 22 *Filiū crimen nocet in fendo patris ipsi patri.*
 23 *Patris suffragium prodest filio honorem petenti.*
 24 *Potest pater habere filium suum, qui suis sit seruus.*
 25 *Filius non potest patris honorē lacerare.*
- 26 *Afficitur textus contrarius à nomine ad dictis in nostram sententiam, qui pro nobis resorquetur.*
 27 *Filius sapiens patris gloria.*
 28 *Nostra sententia comprobatur exemplis, aliorumque dictis.*
 29 *Et tandem decisione relata ab Antonio à Gamma,*

Q V Æ S T I O X X X .

An filiorum nobilitas transeat ad ascendentēs?



Ccidit quæstio hæc, Gizzarello teste in *dict. 10.* controvētenda in *s. C.* quam fortuitus rei obitus indecisam reddidit. Placet ergo pro affirmativa opinione semicenturiam argumētorum adducere è medijs iuridicis, historicis, policitisque de promptam, ne vlla in posterum hæsitatio iudicū mētes perturbet. Ut autem ea, quæ in contrarium producuntur, parui pendatis, iuuabit & ijs nostram munire sententiam, quæ

I.

Probatur ex evidētissimo *textu in l. 1. ff. de senatoribus* in contrarium adducto per *Tiraquell. tract. de nobit. cap. 16. in princip.* vbi præter matrem, cæteri ascendentēs gaudent filiorum dignitate. ibi. *Adicit Saturninus & matres, quod nec usquam retatu est, nec unquam receptum;* cum ergo exceptio regulam firmet, si mater hic excipitur, regula est, vt omnes ascendentēs prærogatiua matri non concessa gaudeant. Cui nostra explicationi videtur fauere *Glos.* licet alijs terminis. Sed, vt verū fatetur, miror quidem *Tiraquellum* aliter sensisse in *d. cap. 16. num. 2. diuersum* applicando intellectum *d. textui.* Quod vt clarius patet, indaganda est ratio, cur mater dignitate filijs concessa non,

fruatur, quam hucusque apud nullum doctorem reperi.

2 Hanc ego desumo ex eo, quia, cum partus ventrem non sequatur quoad dignitatem, licet alijs quoad statutus conditionem per *l. partum C. de rei vendit.* vbi *Bald.* alijsque *DD.* communiter, par est, vt sicuti filij non gaudent matris dignitate, ita nec mater dignitate filiorū; quoniam verò aliqualem erga matrem amorem ij ostendere debent; idcirco disponitur, vt, volentibus filijs, matres eorum dignitate fruantur ex *Auth. de consulibus S. hoc istaque.* ibi. *Coruscans radys maritorum, hoc lege dante, matres verò si consul hoc voluerit, &c.* Et ita concordandos arbitror *textus* hos, nec aliquando, prout somniauit *Gizzarel. in d. dict.* Quare, vt ad propositum reuertar, cum filij patrum nobilitate fruantur, sic de patribus dicendum est; vt nimirum & hi gaudeant nobilitate filiorū; quod & matribus damus, filijs non reluctantibus. Præterea nostra sententia suadetur

II.

4 Ex *text. in l. senator 11. C. de dignitatibus lib. 12.* vbi filij fruuntur dignitate à patre obtenta, ergo & patres nobilitate obtenta à filijs. ibi. *Cum autem paternos honores inuidere filijs non oporteat;* à senatore, vel solo clarissimo suscepimus in clarissimatus sciendū est dignitate matrūrum. Si ergo non oportet filijs paternos inuidere honores, non oportebit è con-

ē contra patribus filiorum honores inuidere. Cæterum distinctio, quæ cadit in filios natos, vel non natos ante dignitatem per patrem acquisitam, cadere nequit in patrem, ut potè qui prior filio natus vel sempèr, vel nunquam eius dignitate frui deberet; vnde, ne filio inferioris conditionis sit, sed superioris, quod cum distinctione filijs concedimus, illa absque distinctione patri concedendum est. Suadetur ergo itidem

III.

Ex text. in l. si quis in sacris i. C. de prox. Sacr. Scri. vbi, cum omnis militans in sacris scrinijs clarissimorum dignitatem, honoremque percipiat ex l. pecuniali 5. C. eod. hac dignitate eorum parentes coruscant, ibi. Militantes in sacris scrinijs, & eorum parentes, uxores, liberi, coloni adscripti, & servi eorum cuncti, & criminaliter coram officiorum magistro sunt conueniendi, &c. Vnde, cū cumulatos hic videamus seruos cum vxoribus, & parentibus, dicendum est, non eodem modo frui vxorem, parentesque, quo fruuntur serui, sed hi foro tantum, illi etiam dignitate; adeoque parentes potius cum vxoribus, quam cū seruis collocandos ratio expostulat; si ergo illæ fruuntur virorum dignitate, gaudent & hi eadem oportet.

IV.

Ex text. in l. bcc saluberrima C. de pre. pos. agent. lib. i. 2. ibi. Simili videlicet forma pro matribus ex vxoribus eorum; nec non etiam liberis sub eorum potestate constitutis &c. Si igitur filij hic cum matribus copulantur, adeoque eodem privilegio gaudent, eandem quoque nobilitatem induent ascendentibus.

V.

Ex text. in l. quoties C. de priuileb. scolar. lib. i. 2. ibi. Vt eorum coniuges, sine adhuc vinclis eorum mariti, sine post mortem eorum in viduitate permanentes, aut liberi, &c. Ex quibus sempèr videtis, id est priuilegium concedi filijs, & matribus; Neque dicas, quandoque id etiam concedi seruis; nam, vt dixi, eminentiori modo gaudere debent hoc priuilegio

filij, quo serui, vnde hi absque dignitate; feci vero illi.

VI.

Ex text. in l. hac lege C. de met. & epid. lib. i. 2. ibi. Hac lege sancimus, ut si quis consularem, ac patriciam meruerit dignitatem, tres domos proprias, dum superest, habeat hospitium immunitate securus: heredes vero eius filij, aut pater, aut mater, nepotes, &c. En quomodo ostenditur, frui eodem modo dignitate filiorum patres, matresque; matres vero filijs voluntibus, ut supra explicuimus.

VII.

Ex text. in l. ultima C. de Castris. & minister. ibi. Hac autem privilegia non in eorum tantummodo, sed in matrem quoque, & uxoram personis valere, &c. Ex quibus verbis, apparet, privilegiū vxori concessum ascendentibus concedi; si igitur uxores fruuntur nobilitate, eadem fruuntur & illi.

VIII.

Ex text. in l. 2. C. de questionibus. ibi. In solitum est; & graue exemplo audiri seruos aduersus tutores, vel matrem dominorum suorum, nisi tuncela agatur. Cum ergo priuilegium pupillo concessum in matrem transeat, transibit pariter filiorum nobilitas.

IX.

Ex text. in §. generaliter. Ausb. i. conf. qua dignitatibus. ibi. Generaliter autem sicut dictum est, sancimus, ut omnis dignitas, & omne cingulum à curia libera, re valens, hoc etiam sua potestatis præmium honoratis praestet, & nobiliores adhuc parentes ostendas. Quem textum explicare, superfluum est.

X.

Ex cod. paulò inferiùs. ibi. hoc enim multò maior patribus laus erit, &c:

XI.

Ex text. in l. moris §. parentes. ff. de patribus ibi. Parentes quoque, & liberi decurionum in eadem causa sunt. Ergo si nobiles sunt filij, cur non patres?

XII.

Ex text. in l. 2. §. in filijs ff. de decur: & cor. fil. ibi. In filijs decurionum quæstio est,

est, virum is filius decurionis filius esse videatur, qui conceptus, & natus est ex decurione; an vero & is, qui antea natus est, quam pater decurio fieret? Et quidem quantum periret ne fuitibus castigetur, & ne in metallum detur, non noces plebeio patre esse natum, si postea honor decurionis patriorum accesserit. patet ergo nobilitatem patri aduenientem filio prodesse; ergo similitè nobilitas filio adueniens patri proderit. Neque obijcias sex. huc loqui tantummodo quoad poenas. ibi. Sed si pater ipsius ordine motus sit; siquidem ante conceptionem eius mouetur, arbitror eum quasi plebeij filium in honoribus spectari. Nam textus hic assumitur à me ad probandum, non officere quod nobilitas filio adueniat, ad hoc, ut pater illa fruatur. Cæterum non eodem modo esse discurrendum de patre erga filium, & de filio erga patrem, neque ullam chimerizandam distinctionem, vidistis iam suprà in nostro secundo argumento.

XIII.

- 6 Quod si nobilitas sedilis transit ad collaterales, ut iudicatum refert *Aff. in const. intentionis nostra post n. 3.* à fortiori transibit ad ascendentēs, ut, sicut posteriores sunt ijs in succedeando, ita etiam in acquirenda nobilitate.

XIV.

- 7 Et si mulier in viri claritatem transit *L. femina, ff. de seminor.* iure optimo pater in filij claritatem transibit, ne affere cogamus, posse communicari nobilitatem extraneo; secūs verò patri.

XV.

- 8 Cumque mulier ignobilis nobili nubens nobilis efficiatur *L. cum re. l. ultima C. de mptys*, cum cæteris iuribus per *Tiraq. relatis in tract. de nobil. cap. 18. n. 1.* meritò pater licet ignobilis filij nobilitatem consequtetur.

XVI.

- 9 Quin immò, cum filius in veritate tantum, non in honore patri exæquetur. *cap. queritur 2. quest. 7.* porrò si filius nobilitatis honore frueretur, secūs verò pater, iam non solū hunc ille æqua-

ret, sed vinceret.

XVII.

- 10 Quod si verum est habentem filios præferri non habenti ex *Bart. per tex. in l. albo. C. de decurion. lib: 1 o. ibi. In albo decurionum prescriptis patrem non habent filios anteferri constat*, verum quoque sit oportet, è filijs honorem per patres trahi;

XVIII.

- 11 Eoque magis, quia, dum pater, & filius eadem censemur persona *ex l. fin. C. de impub.* & alijs subst. nobilitas filij erit & patris.

XIX.

- 12 Quod satìs dignoscitur, ni fallor, per *Constitutionem Regni, fori indicatorum bona*, vbi *Gloss. in verbo. Ascendentes*: ab illa enim deducitur, ascendentēs in feudo interdùm succedere, igitur è filijs per feudum nobilitatem trahunt ascendentēs, & consequenter non implicabit nobilitatem ascendere,

XX.

- 13 Ea potissimum ratione, quia, cum filius una vox sit cum patre, ut optimè voluit *Glos. in const. patarenorum n. 66. col. 2.* non poterit eadem vox consona esse, & dissona;

XXI.

- 14 Cumque filius patris corporis pars dicatur. *l. cum suis C. de egr.* & *cens.* dum implicat corpus partim nobile, partim ignobile esse, ex eo, quia eorum partes ad totius denominationem tendunt, implicabit quoque filium paterni corporis partem nobilem esse, alteram vero comparatem tanquam filij radicem ignabilem præferre;

XXII.

- 15 Et si pater in filio ius proprietatis habet *ex l. si filius, ff. de probat.* vnde patris res dicitur, ut notat *Gloss. in d. const. patarenorum post n. 5 o. coh. 2.* & ita, ut licitum fuisset patribus de iure antiquo filios interimere *L. in suis. De liberis & posth.* quos pater hodie propter paupertatem licet vendit, dicendum procùldubio, cest, tale ius supèr re nobili patrem nobilitare, ne nobilior sit res ipso iure, quod super

pèr eadem re habet.

XXIII.

16 Quæ nostra sententia ex eo quoque suadetur; nam cum pater in filij poena magis, quam filius periclitetur. *Instit. de noxal. circa fin.* & magis in filio, quam in se ipso terreatur, vt benè notat *Gloss. ubi supr. n. 24. col. 2.* sic è contra, ne plus timor, quam gloria operetur, magis gloriari debet de filio nobili, quam de se ipso. Iam verò quonam modo gloriaretur, si filij Gloria ipsum nou afficeret?

XXIV.

17 Et, cum filius patris personam repræsentet ex *not.* in *I. fin. C. de bare d. instit.* quomodo nobilis ignobilem repræsentaret, & pulchra imago qua talis non pulchram, sed turpem formam indueret?

XXV.

18 Cum igitur nomen hoc, *pater*, nomine honoris, & dignitatis sit, vt dicit *Arch. in cap. presens 20. q. 3. & Franc. Purpur. in I. ultima C. de edendo*, si quis nobilis filij genitor erit, prout talis genitor ab illo dignitatem trahet.

XXVI.

19 Quod confirmatur ex eo, quia, cum pars corporis patris in filium transfundatur, vt elegantè scripsit *Tiraq. d. iure primog. quest. 40. n. 100*; pars corporis paterni in filio nobilitari debet; adeo, que alia pars compartem respiciens nobilem nobilitatur, non minus quam illa in filio transfusa. Et miror quidèm *Tiraquellum* aliter esse arbitratum, dū illę sic discurrit in *d. quest. nu. 31.* Latè probauimus patrem, & filium censeri vñā, & eandem personam, vnam carnem, vñā virtusque vocem, alterū alterius esse partem, filium existimari dominum bonorum patris. Et paulo post. *Natura pater, & filius eadem esse persona penè intelliguntur*; est enim verè filius patris portio, in eoque est substantia, & caro patris, immo vñus est cum patre ipso, &c.

XXVII.

Si ergo ex eod. quest. ead. n. 100. ex eo, quod pater, & filius sit vna persona,

20 priuilegium personale patris transit in filium, eadem ratione nobilitas filij trāsbit in patrem, cum nullam hic videā disparitatem.

XXVIII.

Immò, si popularis nobilis habendus est, quia diues, adeoque pecunia nobilitatem dat (quod nos alibi negamus) cur non eandem dabunt filij, ne afferamus, pluris valere pecuniā, quam filiationem.

XXIX.

21 Nec displicet quod per omnium orationes patrem videlicè dici filijs carrentem, quamvis ij viuant, modò patri inutiles sint, ex *Gloss. in I. fin. C. ad leg. flauiam de plag.* relata ab *Eruditissimo Domino Consiliario Paulo Staibano Juniore in cent. 2. resol. 155. n. 73.* si enim, recta se habente, filiorum nobilitas non transiret ad patres, noua forma nobilitatis filijs adueniens eosdem filios patribus auferret, quia illa inutilis patri esset. Quod ridiculum est afferere; Et enim pater non diceretur habere filium nobilem, sed illo carere, quia nobilitas patri utilis non esset, adeoq; valeret quisq; dicere. Habet Titius filium, sed non nobilem.

XXX.

22 Ulterius par non est, vt, dum filij crimen nocet in feudo patris ipsi patri ex eo, quod pater sit idem cum culpante, vt magistraliter docet *Isern. in cap. unico si vassall. feud. priu. n. 4. & seq.* filij nobilitas patri non profit.

XXXI.

Eoque magis, quod, cum filius patris locum subintret, si pater ignobilis diceretur, licet filius nobilis esset, filius hic nobilitatem assequutus mortuo deinde patre, eius ignobilitatem indueret, quod nemo huc vñq; sine derisu ausus est dicere.

XXXII.

Et mirum quidèm quod, dum quicquid filius acquirit, patri acquirit, nobilitas tota sit filij, nihilque patris.

XXXIII.

Necnon, dum in patris potestate sunt,

Cc adeo

adeò ut supèr ipsius bonis etiā castrenis habeat pater commoditatem, supèr nobilitate nil habeat.

XXXIV.

Et cum vitam ab ipso habuerit, propter quam nobilitatem adeptus sit, majoris conditionis sit effectus, quām causa.

XXXV.

23 Dum ergo patris suffragium prodest filio honorem petenti per *Gloss. in l. siē eorum, ff. quod cuiusque univeritatis.* huiusmodi honor patri proderit.

XXXVI.

Quod si filius potitur Regis priuilegio, si eius pater fuerit Rex tempore conceptionis, licet secūs tempore nativitatis, per *Gloss. in cap. execrabilis vers. filij de prebend. in 6. in extraug. comon.* proderit patri filium esse actu nobilem, dum profuit filio patrē fuisse in dignitate.

XXXVII.

Et si pater in filio offenditur, cur in nobili non nobilitabitur?

XXXVIII.

24 Quin imò, si potest pater filiū habere, qui filius sit simūl, & seruus, vt in *S. eadem lege. Inst. quib. ex caus. manumitt.* non lic. vbi *Gloss. in verb. patrē*, in isto casu, si filius deinde nobilis sit, pater verò ignobilis; diceretur seruus nobilis natus à patre Domino ignobili, adeoque melior esset filiorum seruorum, quām patrum dominorum conditio.

XXXIX.

25 Quandoque verò eueniret, vt filius patris honorem lacefferet, eiisque reprehenderet pudorem, quod non permitti docuit *Gloss. in const. patr. etenim n. 70. col. 2.*

XXXX.

26 Sed obstat euidentissimus prima facie. à nemine huicunque in contrarium adductus in l. sed se unius §. nam, & cum abest, ff. de iniur. & famos. libell. ibi. Interdum tamèn putamus, et si pater remittat iniuriarum actionem filio dandam, vt puta si patris (notate) persona viles, & abiectas, filij honesta; neque enim de-

bet pater vilesimius filij suis consumeliam ad suam utilitatem metiri. En quomodo, & benè poterit esse filius nobilis; pater verò ignobilis. Quid ergo respondebimus? Eia igitur promissis stemus, & sex. hunc in nostram probationem adducamus. Et quidem, vt paucis me expediam, ex hoc euidentè deducitur filij nobilitate gaudere etiam patrem, qui ignobilis aliundè esset, etenim, vt alibi diximus, cum nobilitas per scelerata non deperdatur, quamuis per hunc textum pater in non agendo iniuriarum actione vilissimum præferat, suam tamèn nobilitatem non deperdet. Quod autem illam retineat patet, dum ei pro ipso filio iniuriarum actio competit.

XXXXI.

27 Præterea id, quod negant in contrariū authores, sermone nihilominus effugere nequeunt, cùm dicunt, filium sapientem patris esse gloriam.

XXXXII.

Quod si Diuina lege parentibus honorem debemus, porrò quinam maior honor, quām illis nostram nobilitatem communicare?

XXXXIII.

Et si nostris tempestaribus non desunt, qui aliorum proauos, abauosque induunt, vt longam nobilium parentū scriem quamuis personatam, ostendant, ne politicæ parentemus; nostram nos illi nobilitatem dabimus, non minus quām alij alienam.

XXXXIV.

28 Tandem, si aliorum dictis nostram comprobare iuuat sententiam, *Senecam in medium afferro*, qui in lib. 3. de benef. cap. 11. scripsit, nos ideo parentum conditionem sacrasse, quia expediebat liberos tolli.

XXXXV.

Illum quoque audite in cap. 32. *Alius me, inquit, pater: si idem præst, plus reddo, quia non tantum ali à se, sed à filio ubi gaudet, & maiorem ex animo meo;* quām ex ipsa re percipit voluptatē. An nō ergo fruetur nobilitate ille, qui plus de nostra, quām de sua lætatur?

XXXXVI.

XXXVI.

Nec non in lib. 6. de benef. cap. 24. Adolescentibus quoq; ac iam potentibus suis, si remedia metu, aut intemperantia regiuntur, vis adhibetur, ac seruitus. Ergone distabit politica, vt nobilitatem negemus ijs, qui tam benè nobis seruita præsticer?

XXXVII.

Et in lib. 3. de benef. prout refert Tiraq. in tract. de nobil. cap. 16. n. 6. Sunt qui parentes suos ex inferno ad summum protulerunt, & è plebe, acernoque ignobilis nūquam tacendos seculis dederunt.

XXXVIII.

Quare prout refert idem Tiraq. ibid. Primus Rex Aegypti Ptolomeus aiebat omni Regno pulchrius Regis esse patrem. Ad quod trahi optimè poterit illud Ecclesiast. 3. Deus enim honorauit patrem in filijs,

XXXIX.

Ex Homer. lib. 14. refert Castorem Hylacis filium pro Deo cultum fuisse apud Cretenses ob nobiles filios.

XXXX.

Ex his, multique alijs iuribus, diuis, & exemplis; quæ referre tædet, clarè liquet, quamlibet politicanam suadere, vt patribus dentur filiorum nobilitates, ne hi ingrati animi notam sube-
29 ant. Quare secundùm hanc sententiā decisum refert Antonius d Gamma in decif. 112. Vndè vt concludamus, non solum quoad poenas evitandas, prout

omnes voluerunt, sed ad nobilitatis nomen induendum filiorum nobilitate gaudent ascendentes. Atque hæc me sic paucis breuissimè prælibasse satis.

SUMMARIUM.

- 1 Proponitur opinio Capibl.
- 2 Nec non Paschalis,
- 3 Et Gaiti
- 4 Causa lucrativa, quamvis voluntaria ab initio, sit deinde necessaria.
- 5 Annullo contractu, nullatur & hypotheca.
- 6 Donatio non renocatur, quamvis sequuta non sit traditio.
- 7 Donatio inter viuos dicitur ab initio perfecta.
- 8 Hypotheca sequitur rem, sicuti lepra leprosum.
- 9 Constitutum transfert verum Domini-
nium.
- 10 Proponitur opinio Rouiti.
- 11 Donator non tenetur, nisi in quantum facere potest, nec non deducto are alieno.
- 12 Adducitur opinio Merlini.
- 13 Adducitur opinio Capyc. Latr.
- 14 Et tandem Domini Staib.
- 15 Dividitur nostra questio in varia capita, qua fusissimè examinantur.
- 16 Concluditur, credidores posteriores cum hypotheca titulo oneroso preferri anterioribus titulo Lucratino cū hypotheca.
- 17 Impugnatur ex ordine aliorum dicta.

Q V Æ S T I O X X I .

An creditores hypothecarij licet posteriores præferantur donatario anteriori?



Ræcedentem quæstionem
nē Iuris cōfultus qui-
dam ex recētioribus,
probabilitib⁹ rātum-
mod⁹ argumētis ful-
citam asserens, parui-
pēdere arbitratus est,
ignarus fortasē scri-
bendi Methodi, quæ non semp̄r Ma-
thematicas requirit demonstraciones.
Vt autem dignoscatur, omnibus placere
studendum, quæstionem hanc subne-
cto arduam sanè, nec non difficillimam,
vbi demonstrationes pro vtraque par-
te virgere non ignorabit. Eam in-
quam, quæ subtilissimorum iurium in-
terpretum dicta impugnanda, non de-
cidenda proponit. Ego igitur quæ di-
xerint, referam, & postremo quid sen-
tiendum, propalabo. Hanc igitur inter
ceteros in medium adduxerunt Hieron.
Gabriel. conf. 82. vol. 1. Guesier. de iur. am.
conf. par 1. 3. cap. 15. num. 19. & Man-
rit. A picell. in addit. ad iuram. paup. de-
dolat. quinquer. sit. 1. Luca. Matthæus. paup. f.
num. 231. vers. creditor: cæterique. Vbe-
rius tamē egere Capibl. sing. 1. & Pa-
scual. de vir. patr. potest. pars. 2. capit. 9.
num. 45. Aduenit deindē Ioan. Domin.
Gaius, cuius doctrina palam est. Hic
fusissimē scripsit in cap. 4. quæst. 11. &
num. 1235. usque ad 1294. per sotum,
in auro illo tract. de credito. Post hunc
scripsit Scipio Rouitus in appendic. ad decis.
48. Contra quem Merlinus in centur. 2.
controuers. forens. cap. 19. fusissimē scrip-
sit, quem Reg. Capyc. latro impugnat
tom. 2. decis. 156. Et postremo Domin.
Paul. Staiban. junior meritissimus Con-
siliarius iuxta rece. niorum debitum,
multa proprio ex Marte ad rem addidit
sequutus Merlinum in resol. 102. cent. 2.
& num. 69.

1. *Capibl. ergo loc. cit. inquit, quod, quo-*
tiescunque donator ad maiorem dona-
tionis obseruantiam bona sua, resque
donatas obligauerit, quamvis res do-
natae traditæ non sint, si deinde varia
debita, media hypotheca contraxerit,
crediteores posteriores præferri debeat
donatario licet anteriori, ea potissimum
ratione, nam cum agens ex causa one-
rofa præferri debet agenti ex causa
lucrativa, non refragabit hypotheca,
quæ ut potè contractui accessoria, illum
non alterat, sed pristino in statu relin-
quit, ad quod probandum varia alle-
gat, vt ibi; & idem dicendum inquit, si
in donationis instrumento sit facta tra-
ditio per clausulam constituti, quæ tā-
quām accessoria in statu hypothecæ con-
tractū non alterat, eoque magis, quod
facta possessio non induit naturam realis
possessionis, quam requirit donatio, pro-
ut ipse probat ex Vrsill. ad. Afflīct. in
decis. 273.

2. *Praefallis verò alijs rationibus supe-
riorem sententiam comprobat; atq; enim,*
cum certum, indubitatumque sit, do-
natorem non teneri, nisi in quantum fa-
cere potest, deducto ære alieno, & ne
egeat ex l. inter eos §. is quoque ff. de re
iud. l. qui id quod ff. de donat. alijsque
concordantibus, ad quod liquidandum
attenditur tempus exactionis, vel rei
iudicatæ; l. rei indic. ff. soluto matrimon.
indubitantè quoque deduci, credito-
res hos præferri donatario, quia priùs
deducendū est æs alienū; deinde verò
donatoris alimēta; & posteā aget dona-
tarius. Quod suaderi inquit ex eo; nā
texti. indefinitely loquitur; vndē generali-
tē intelligēdus est; alioquin casū indu-
bitabilem decideret. Tandem asserit,
doctrinam hanc contra donatarium mi-
litare, cūm patrimonium adeò tenuē
est,

est, ut ex eo percipi nequeant, quae creditoribus, & donatario debentur. Quod si amplius sit, vel ex alicuius rei dispositione donator non teneatur in quantum facere potest, pro donatario decidendum concludit; nec officere ait *text.* in l. 1. C. de iure fisci, lib. 10. ut potè qui non loquatur de donatario creditore, sed retinente, & possidente bona sibi donata, & sic de eo, qui eorum dominium adeptus iam est ante acquisitionem hypothecę factam per fiscum.

3 Hinc Gaius, antequam horum dicta impugnet, non negari inquit, quandoque lucri rationem differre à ratione damni. *Ad text.* in l. si is, rati. §. fin. ff. de fisci. caterisque cumulatis per Decimam in l. in ea ff. de reg. iur. ita, vt agentes de lucro non inveniuntur aequitate ex l. si me., & T. titum ff. p. cert. pet. Negat tamè reperiri ius aliquod speciale, quo disponatur, vt agentes ex causa onerosa, quamvis posteriores, præferantur agètibus ex causa lucrativa, vt contra Gaius. Capit. Molis. Capiblane. aliosque probarunt Hieron. Gabr. cons. 82. vol. 5. Felician. de cens. lib. 3. cap. 5. & Apicel. loco superius citato; nec non nouissimas rationibus Pisehard. Hispan. in §. quædam actiones num. 70. inst. de action. Redit. de priuile. cred. p. 2. art. 1. num. 19.

4 & 20. Etenim cum causa lucrativa quāvis voluntaria esse incipiat, deinde fiat necessaria ad text. in l. 3. S. scut. ff. cōmmed. assignari nequibit ratio, cur agens ex causa lucrativa non præferatur ex generali dispositione textus in l. 2. C. qui postor. in pign. hab. Quod ipse probat ex text. in l. de rebus. C. de donat. ante nupt. vbi donatarius anterior præfertur creditori posteriori. ex text. in l. sequidem. in 2. responso C. de donat. inter vir. & uxor. vbi Imperator decidit, vxorem donatariam præferri creditoribus posterioribus. Quod si responderetur iuria haec loqui de donatario possidentes donatas, vt suprà dixit Capiblane. tamè, inquit, hoc dici non posse de d. l. 6 quidem, ut potè quæ indefinitè loquitur, quamvis aliquod superfugium el-

set ad d. l. de rebus, & d. l. 1. C. de iure fisci. Cæterum donatarium habentes tantummodo personalem non concurrere ait cum alijs creditoribus etiam personalem tantum habentibus, nisi ille antiquior sit; idque, ne donatio valeat postquam debitor debitibus obnoxius factus est, ex doctrina Pisehardi confundentis in cæteris titulata lucratuum, & onerosum. His ita stratis, Gaius procedit ad examinanda priùs alienum dicta, vt tandem suam firmet sententiā. Et primò incipit à Capiblane, quem ex eo redarguit; nam licet hypotheca dicatur ad contractum accessoria, ita, vt annullato contractu, annulletur & hec ex text. in l. qui id quod ff. de donat. vbi Iurisconsultus respondet, actionem iudicati, & constitutæ pecuniae adiectam donationi regulari secundum eius naturam, prout quoque ex centum iuribus probatur, non propterea sequitur, hypothecam donationi adiectam suum effectum non operari quoad prælationem; etenim donatio, quamvis sequuta non fuerit traditio, regulariter non reuocatur, quia donator tradere cogitur res donatas. ex text. in l. si quis §. final. C. de donation. §. alia in stis. cod. eo magis, quod donatio inter viuos dicitur ab initio perfecta, quicquid sit, si per nouam obligationem infringatur; attamen, dato contractu valido ab inicio, hypotheca iam operata est suum effectum ab eodem contractu separatum, afficiendo nimirum, nexu hypothecario rem donatam, dum diuersos operantur effectus donatio, & hypotheca, ex T. iraq. de iure consit. par. 2. limis. 7. num. 41. Quare, cum in hypotheca diuersa sit consideranda ratio, quam in donatione licet ad hanc accessoria; nihilominus tamè principalis naturam sequi non debet ex doctrina Bartoli in l. cos. num. 6. C. de usur. & sic, inquit, constitutam semel hypothecariam, separari à principali contractu, ad text. in l. 2. C. de lu. pignor. & annullato contractu, quandoque { quod dissonū videtur, & diuersum ab eo, quod ante dixe-

dixerat) remanere hypothecariam ad text. in l. & si is C. de præd. minor. Vnde non obstat ait text. in d. l. qui id quod. dum ibi actiones regulatur secundū naturā donationis, adēq; agitur de actionibus personalibus cādem habentibus naturam cum principali obligatione. Quod si obijciatur, res nondū traditas remanere quodammodo in dominio donantis valentis illas obligare, vt probatur ex S. lucius l. fin. ff. de donat. vbi statuitur, rem donaram transire in donarium cum onere hypothecæ annexæ post donationem, sed antè traditionem, responderet ipse, militare hoc in donatione non affecta hypotheca; & sic nil mirum, si creditor hypothecarius quamvis posterior preferatur donatario anteriori solam personalem habeti ex reg. text: in l. creditor. S. Optimus. qui prior. in pign. hab. cūm hæc sit hypothecariæ natura, ius in re producere, ita, vt res

8 hypothecata transire semper cum onere suo. ex DD. in S. optimum. instit. de action. Quare inducta est regula, vt hypotheca sequatur rem, sicut lepra leprosum. Et quia sumit robur Gaius afferens, ex hoc sequi, rem donaram cum hypotheca, si deinde ea alienetur, alienari cum suo onere hypothecario; sique semper præferri donatarium cum hypotheca creditori posteriori hypothecario; natu hypotheca semel constituta non tollitur per subsequentem absque consensu illius, cui prima acquisita est. ex notatis in l. si debitor. & l. voluntate ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. & sic quamvis donatio requirat traditionem, intelligitur hoc, cūm non adest nexus hypothecarius. ex Reg. Valenz. consil. 55. num. 5. Descendit deinde ad impugnanda breviter dicta Paschalis, qui assumit, quod est in questione; etenim dicit Gaius iura superius relata, per quæ conceditur beneficium donatori, ne teneatur nisi in quantum facere potest, deducto ære alieno, & ne egeat, militare, cum donatio non est effecta onere hypothecario. Quare beneficium hoc est ex natura dona-

tionis debitum, non ex natura hypothecariæ, quæ diuersum producit esse etum, allegans Campanum Manticanum, ceterosque loquitos in terminis puræ donationis. Vnde reprehendit Capit. blanc. ex eo, quod illos pro sua opinione citauerit; & tandem solutis his argumentis, inquit in num. 1276. quod aut donator donauit bona sua absque hypotheca, & tunc pro creditoribus cum hypotheca licet posterioribus standum est, immo locum habebit beneficiū, vt donator conueniri nequeat à donatario, nisi in quantum facere potest, deducto ære alieno, & ne egeat; aut ad maiorem securitatem donauit cum hypotheca; & tunc procedit Regula, qui prior in tempore potior in iure. Tandem inquit, dato hoc, quod creditor posterior hypothecarius preferatur donatario anteriori, limitari, vbi rerum donatarum possessio translata esset in donarium, mediante clausula constituti, per quam dominium, & possessio transferuntur; nec aduersari subdit, transferri factam tantum rei obligatae possessionem; nam licet traditio fiat per actum factum; ex eo tamè oritur vera possessio, prout Traq. in tract. de iur. constit. ampl. 1. part. 2. varijs iuribus probat, quem inter ceteros refert ipse Gaius. in num. 1283. idque, quamvis instrumento facta esset metio de actuall traditione, cum quoad iuris effectum constitutum satisfaciat legi contractus; quare illam à traditione inceptam dici, asserit pluribus ex DD prout ibi, ita, vt si quis possessionem habuerit rerum donatarum per constitutum, si earumdem alteri data sit possessio actualis, & corporalis, locum sibi vendicet regula, qui prior, &c. Quod incōtrouertibile esse asserit ex Traquell. ubi sup. Hinc reprehendit Gratianum dicentem in consil. 36. vol. 1. constitutum interpositum in contractu donationis vires amisisse, si donator rem donatam alienasset; cum ceteroquin per constitutum etiam ex contractu nullo transferatur possessio. Quare concludit, quod, aut donator post

post donationem factam cum hypotheca, & constituto obligauit res donatas cum eadem hypotheca, & constituto, & tunc valet regula, qui prior, &c. aut post factam huiusmodi donationem cum hypotheca, & constituto, non modò eas obligauit, sed alienauit per realem traditionem titulo oneroso, & tunc donator ut potè primus constituarius potest possessionē interuersam recuperare ex remedio l. final. C. de acq. poss. prout dixerat in quest. 7. num. 107. vbi scripsit, quod vigore constituti, & precarij trāfertur penè creditorem ciuilis tantum possessio; quare si contingat, vt debitor alienet rem tertio obligatam, habet remedium d. l. final. de qua re Rouit. in Prags. 1. de assentia; nam constitutū singendo veram transfert possessionem. Ex his redarguit Capibl. dicentem, requiri actualem traditionem, nec sufficere fictam per constitutum, adhoc, vt in lucrativis cauletur prælario, laudando in authorem Vrsil. ad Afficit. decis. 376. qui loquutus est in terminis Consuetudinis Neap. requirentis in donacione actualem traditionem. Postremò nō obstat, inquit, quod constitutum tanquam fictitium non operetur contra creditorem agentem de damno vitando; etenim lucrum, quod prouenit ex donatione per hypothecam, ex qua constituitur ius in re, & per constitutum, ex quo donatarius verā possessionem, dominiumque consequitur, dicitur donatario acquisitum, vndè hic agit etiam de damno vitando; cæterum nullum ius reperiri ait ad probandum titulum onerosum sempèr præferri lucrativo.

10 Aduenit deindè Rouitus, qui in appendice ad decis. 48. impugnans Geitum, ait, eius sententiam, quæ donatarios cū hypotheca præfert creditoribus posterioribus cum eadom hypotheca, fundari duobus iuribus, videlicet in l. de rebus C. de donat. ante nupt. & in l. si quidem in secundo responso. C. de donat. int̄ vir. & uxor. à quibus inquit confirmari Ca-

pibanc. opinionem, dum illæ loquuntur, vbi res donatae iam translatæ fuerunt. Vndè nil mirum, si præferantur posterioribus creditoribus, quod patere ait ex eo, quia alioquin sponsa conueniri non potuisset non possidendo illas res, quæ sibi donatae fuere; ex text. in l. distractis C. de pignoribus l. hereditatis. C. de pact. conuens Aduerit ulteriùs, beneficium competens donatori, ne scilicet conueniri queat, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, nec non ære alieno, non esse fundatum in l. 4. S. si quis ff. de privil. cred. qui loquitur de tacita hypotheca, quæ competit pupillis, &c. sed in l. inter eos ver. is quoque ff. de re indic. Quod beneficiū competere ait non dum ipsi donatori, sed eius hereditibus, necnon creditoribus posterioribus, ipso donatore inuitato, & sic parum referre, an creditores posteriores sint simpliciter in actione personali, an in hypothecaria? cum sempèr deducendum sit totum æs alienum; aliás si partim, possent creditores venire cōtra donatarij alimenta, sicutque illum nudum reddere beneficio. Deinde, quod causa lucrativa præponderari non debeat causæ onerosæ, non ponderari inquit per viam principalis rationis, sed differentiæ int̄ donatorem, cæterosque, qui gaudent beneficio, ne teneantur ultrâ quam possunt, vt scilicet solus donator queat alienum æs deducere, secùs vero alij, & differentia in eo est, quia solus donatarius agit ex causa lucrativa; cæteri vero creditores onerosa. Ex quibus deducit, quod, cū donator voluerit sibi reseruare victum non minùs in ære, quod contraxit ante donationem, quam postea, quamvis in ipsa donatione strictissima sit hypotheca, sequatur sempèr, creditores posteriores præferendos donatario; nec parui pendendum, inquit, quod Gattier. ait; nimirūm hypothecam regulandam secundūm contractus naturam, cum in iuramento habeamus text. in l. fine C. de non numer. pecun.

12 Reg. Merlin. in cent. 2. contr. forens. cap. 19.

19. fusissimè nouis medijs *Gatium* sectatur: ait igitur quod, cum priuilegium donatori concessum personale sit, non solum ad hæredes non transeat, verùm etiam nec ad creditores ex persona donantis, prout multis comprobatur, ea potissimum ratione, quia beneficium hoc retinenti, non peronti conceditur; deinde *textus per Rouitum* adductos loqui, ait, de creditoribus in personali tantummodo actione; sique eorum sensum esse, ut beneficium illud deductionis æris alieni, & ne donator egeat, competat solum aduersus eos, qui personali nituntur. Inquit vterius, hypothecam, quamvis ea principalis contractus naturam sequatur, nihilominus minus suum operari effectum, dum personalis obligatio donantis nūquam cessat totaliter, sed tantum usque ad pinguiorem eius fortunam; præterquā quod nouum non est, hypothecam semel constitutam posse à principali contractu separari; Tandem re ex facto, prout ibi, nata, indubitanter afferit, ubi constitutum reperitur, nullo prorsus modo iuuari posteriores creditores, ita nec donantem priuilegio, non secus, ac si juraret. Quod multis comprobatur.

13. *Reg. Capyc. latro d. decis. 156. d. n. 52.* sectatur *Rouitum* ductus ex *text. in l. qui ex donatione ff. de donatione*. vbi qui se ex donatione obligauit, conuenit in quantum potest deducto, quod creditoribus debetur, quod confirmat *text. in cap. 1. de not. feud. in l. priuilegio ff. de priuileg. cred. & potissimum l. unica C. de pennis fiscal. credit. prafer. lib. 10.* vbi creditores ex causa onerosa præferendi sunt fisco ex causa poenæ, quæ lucratua est; quod multis ex authoritatibus deducit. Deinde nullā inquit statuendam fore differentiam, an donatio fuerit affecta hypotheca necne, cum fundamentalis ratio, quare creditor posterior ex causa onerosa præferatur donatario, illa sit, quia donans non tenetur soluere donatario, nisi quod potest, deducto videlicet ære alieno, & ne egeat, quæ ratio militat, siue sit hypotheca,

siue non. Et quanvis verum esse arbitretur, quod actio hypothecaria, postquam producta iam fuit, possit separata permanere ab actione personali, prout in iudicio assistentia practicatur, dum contra tertium possessorem agimus hypothecaria, nec proinde illum obligatum habemus, tamè non inde sequitur, iura generaliter loquentia intelligenda tantummodo esse, quando non interuenit hypotheca; & ex his deducit, donatorem viuentem gaudere huiusmodi beneficio; secus verò eius hæredes, quia personale est, quod multis comprobatur, prout ibi.

14. Tandem *Dominus Staibanus loco citat.* uberrimis medijs *Gatium* sequitur; aitque *text. in l. 1. C. de iure fisc. lib. 10. expressum* esse, neque ullam posse fugā adaptari, prout ibi pluribus tuerit. Procedit deinde contra *Rouitum* ad examinandos *textus à Gaito adductos in d. l. rebus, & l. si quidem*; assertusque contra eundem, priuilegium donatori concessum, ne scilicet is teneatur, nisi in quantum facere potest, deducto ære alieno, esse personale, adeoque illi tantum competere, nec eius hæredibus; quod probat ex eo, quia alioquin hæres donantis posset aduersus donatarium opponere defuncti exceptionem contra *l. Neßennius ff. de re indicata*, confirmans eius dicta *text. in l. sciendum iuncta Glos. ff. de re indic. in d. l. si quidem*, nec non doctrina *Reg. Constant. in l. 1. & 2. C. de fil. offic. num. 113. & Piccard. in manud. ad prax. part. 2. precept. 9. num. 19.* Tandem inquit, hoc priuilegium nec competere posterioribus creditoribus eadē ex ratione, quia scilicet personale est; ad quod probandum nonnulla iura producit per *Gatium* non adducta, nimis *l. inter eos S. is quoque l. sciendum l. & si fideiussor l. si cum procuratore l. cum ex causa l. Neßennius ff. de re indic. l. quod nomine. l. nam & mariens ff. de condit. indeb.*

Hæc sunt, quæ tot primæ notæ Doctores in veritatis intuitum opinati sunt dicere à me hic breuissimè rescripta.

Cæ-

Ceterum nonnulla alia in decursu relictæ apponam suo loco , ut quid verū , quid falsum sit , appareat ; & ne opus non meū induat , *sexus* ab alijs adductos examinabo , non nouos producā . Iraque dispositionem , & examen tan-
25 tum mea dicam , alia aliorum . Quare ut quæstionis vis appareat , & paucis veritas è suis principijs deducta innoe- scat , primò agemus de natura hypothecæ , quomodo scilicet ea contractū afficiat , Deinde de constituto . Tan- dêm de beneficio donatori concessio . Quibus clarissimè discussis , aliorum dicta singillatim examinabitur , iuxta- que nostra principia vel illa rei ciemus , vel amplectemur ; sicque clara proce- demus Methodo , variaque è medio tollendo supposita , quid firmi è tot pu- gnantium dictis tenendum sit , palam- erit .

Quoad primum , neminem latet , cō- tra debitorem , qui sua bona obligauit , oriri actionem hypothecariam , quæ , cum contra possidentem detur , vt in l. si fundus : 6. S. in vendicatione , ff. de pignor . videtur à persona originem tra- berc , licet realis sit , ex sex. in l. pigno- ris C. cod. vbi . Pignoris , vel hypotheca persequitio in rem est . Hinc emanauit proclama illud communi consensu re- ceptua : vt hypotheca rem sequatur , sicut lepra leprosum . Quoniam vero assolet ea in contractibus apponi , que- ritur hic à Iurisconsultis , an ipsa se- quatur contractum ? Et quidem secundum eius naturam fore regulandam , satis o- stendunt sex. in l. solvitur S. penult. ff. quib. mod. pign. vel hypost. ibi . Sed cum pactum convenitum exceptionem perpetuā pariat , eadem & in hoc casu possunt dici , ut & ab hypotheca discedatur . Si pacifica- tur creditor ne intra annum pecuniam pe- sat , intelligitur de hypotheca quoque idem . pactus esse . In l. item liberatur . ff. ead. ibi . Item liberatur pignus , siue solutum est de- bitum , siue eo nomine satisfactum est . In l. si deferente , ff. ead. ibi . Si deferente cre- ditore , iuravit debitor se dare non oportet .

re , pignus liberatur , quia perinde habe- tur , æquè si iudicie absolvens esset ; nam , & si à iudice quāvis per iniuriam absolutus sit debitor ; tandem pignus liberatur . In l. fac- nerator , ff. de nanc. fænor . ibi . Sed cùm tra- ctitia pecunia ita datur , ut nō alias petitio- eins creditori cōpetat , quām si sola nancis in- tra statuta tempora peruenierit , ipsius crediti obligatio , nō existēt cōditione , defecisse vi- detur , & immo pignorum quoque perse- quitio perempta est etiam eorum , qua nō sunt amissæ . Ex his ergo iuribus , ut ce- tera omittam , evidentè demonstra- tur , hypothecam à contractus natura- specificari . Quod evidentius patet ex- tex. in l. qui id , quod , ff. de donation . vbi Hermogenianus hæc asserit . Qui id , quod ex causa donationis stipulanti spönderas , solum constituit , actione pecunia constituta non in solidum , sed in quanum facere po- test , conuenit . Causam enim , & origi- nem constituta pecunia non iudicij prae- lere placuit . En quomodo actio con- stitutæ pecunia à contractu donationis specificatur . Quod si obijcas l. item illæ verba i 8. S. quod adycitat , ff. de con- stituta pecunia , vbi viderur lat esse , de- bitum fuisse tempore constituti ; licet postea definat esse ; adeoque constitutum tenere ; nihilominus ramèn aduer- tatis velim , cōstitutum referti , & tetro- trahit ad debitum , quod verè fuit , cùm constitutum appositum est : ibi . Nam primum illud efficit , ut si quid tunc debi- tum fuit , cùm constitueretur ; nunc non sit , nihilominus tenet constitutum , quia re- torsus se actio refert . Proinde ex tem- porali actione obligatum constitendo . Cel- sus , & Iulianus scribunt teneri debere , licet post cōstitutum dies temporalis actio- nis exierit . Vnde ad summum proba- tur hic , præscripto debito , non intelli- gi præscriptum constitutum , quod non refertur ad debitum iam peremptū per præscriptionem , sed ad debitum primò existens ; & hinc Bart. dixit præscribē- tem similem esse soluerat quoad damnū creditoris , nisi ex facto debitoris sibi prouideat , ut hic , scilicet per consti-

D d tu-

nitum; siveque explicandus est non quia
contrarium obiectum posset in l. 2. C. de
litione pign. ubi. et intelligere debes vincere
la pignoris durata personalis actionem sum-
mam. ut scilicet Imperator Gordianus lo-
quatur etiam de prescritione, ut op-
timè unanimitè sentiunt hic Glos. &
satice. Etenim, cum actio personalis
prescribatur spacio triginta annorum,
ut in l. 4. f. de prescr. 3. c. vel 40. ibi.
Sicut in rem speciales, ita de vniuersitate,
ac personales actiones ultra triginta an-
num spaciū minime procedantur. Cui
que hypothecaria prescribatur spacio
quadraginta annorum, ut in l. cum no-
tissimi S. quatinus & ff. ead. ibi.
Quoniam obrem subvenit hypothecarum per-
sequitionem, que veram monetur gran-
mar, vel apud debitores consistentium, vel
apud debitorem heredes, non ultra qua-
draginta annos, ex quo compescere ce-
perit, prorogari. Merito quidem ibi
statuit Imperator, ut personalis actione
summa darent pignoris vincula.
Quod si dixeris sequens in d. l. 2.
nullo pacto qui de prescriptione,
adeoque nos potius diuinare; aliam
applicemus responsionem, ad cuiusdi-
lucidationem licet exponere ea, quae
Casares dispuuerent in l. auct. ibi. Quapropter
parte heres exercita, nisi secundum debitum
excolnat, suam positionem ex pignoribus re-
cipere non posse. Erant namque duo
heredes personaliter obligati; unde
licet eorum alter partem soluerit debiti,
non preiudicem extinguitur hypothecaria,
qua sequitur personalem obligationem alterius coheredis; accidit hoc
quia hypothecaria individualia est. Quæ
explicatio est subtilissima. Cuius obser. 2. 3.
quem sequitur Gothisfred. in d. l. 2. cuius
verba referre non displicer. ibi. Quod
hic dicit, actione personali tempore subla-
ta, durare posse hypothecariam, contra iuri-
ris principia est; nam subdulta principali,
non remaneat hypothecaria, ut Cuius. 1. 3.
obser. 2. 3. Sed causangenda est lex superio-
ri, hoc modo: Debitorum pignoris duo ha-
redes fuerunt, si pro sua parte illi soluerent,
omniure actio personalis solletur; at non

hypothecaria; quæ heredes remaneant in fo-
lidam propriam indeciam pignoris sensam l
1. 6. ff. de emic. Vide Cuius. 5. obser. 3. 3 p
&c. huc ille, sic ex his deducetur respo-
sio ad id, quod forte deduci posset ex
iudicio assistentiae, cum detur contra
tertium possessorem actio hypotheca-
ria, nec illum habeamus personaliter
obligatum. Etenim vix primas iuriū
regulas edocēti respondebunt, sat esse
ut semper personalis durer, cum in tā-
tum persistat hypothecaria, in quantū
personalis adhuc perseverat. Coeterū
si exēt lex aliquam actionem inuali-
dans, si illi actioni hypotheca adnecta-
tur, dubium non est, quin hypotheca
quoque reddatur inualida, cum acce-
soriū principalis naturam sapiat, non
minus, ac si pēt̄ solutionem, vel pactū,
vel quemcūque alium modū personalis
collatur, ut suprā probauimus,
præter quā in prescritione. Quæ
nostra sententia adeo vera est, ut, cessa
personalis actione, censeri cessam & hy-
pothecariam voluntarint Boerius in decisō
3. 3. n. 1. penitentia & rēfēlē ad Affītū de-
cis. 1. 1. 1. alijq; apud citatos. Et hinc
obiter noto, accessoriū non sequi su-
um principale, quoties in accessoriū
non est eadē ratio, ut bene sentiat Glos.
ad l. 6. ff. s. 1. C. de pred. minor. ex ead. l. 5.
pignora. ibi. Pignora sane, qua ob iuriis
parciendum idem curator ex rebus pro-
pribi abrogatis, non prohiberis perse-
quia. Sed surge, minorem ipsum sua bo-
nia loca pignoris obligasse in casu
legis personalis res obligatas persequi?
non ita quidem, omni, sicut principalis
vendicta sententia Præsidis rescissa est,
ita etiam refindetur accessoria obli-
gatio, ut leges portionibus patere po-
terit. Hanc ergo hypothecariam vo-
luerunt D.D. dari cuiilibet creditori, cui
sui debitoris bona obligata sunt l. 2. C.
de prat. pign. heredibus creditoris l. 1. C.
ff. unus ex pluribus. Legatario, cui res
aliena legata fortasse sit. l. 1. C. conmu-
nia deleg. Creditori, cui creditor actione
nem cessat. A. greg. S. cum pignori C.
si pign. dat. sit, nec non dari contra-
prin-

principalem debitorem *l. persequitione C. de pignor.* Contra hæredes rei obligatæ possessores *l. 2. C. si unus ex plur. contra quemcunque extraneum rei obligatæ possesse rei leg. pignoris, ff. de pignoribus;* ea profectò ratione, quia, vt iam vidimus, actio hypothecaria realis est; adeoque rem sequitur sicut lepra leprosum. Hæc pro re nostra de hypotheca satis.

Quoad secundum breuitèr est aduentum, quamvis constitutum, & precarium de se principaliter non subsistat, nisi alicui contractui accedat ex *Tiraq. in tract. de iure const. in princ.* tamèn non solum veram, realemq; possessionem transferre, verùm etiam dominium, vt pluribus receptum in *S. collateralis consilio testatur Praef. de Franch. in decis. 215. n. 1.* tamèn aduertatis velim, *Affl. videlicet in decis. 187.* hæc asserere. Per omnes dominos fuit ita conclusum, quod, quando latum est decretum, assentiam esse præstandam, & appretium fiendum, & appretio factò, sit adiudicata res illa ad disponendum, &c. donec non est factū appretium, non est translatum dominium, babet locum in offerendi, sed si appretium est factum, cessat ius offerendi, quia tuc translatum est dominium, & propterea cessat ius offerendi. Hæc ille.

Quoad tertium palam est, beneficiū, ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest, deducto tantum ne egeat, conuenire multis enumeratis in *l. sunt qui, cum tribus sequentibus, ff. de re iudicata;* & autem alienum non deducitur. ibi. *Sunt qui in id, quod facere possunt, conueniuntur, id est non deducto ære alieno.* Sed ijs primò satisfit, qui primò ad sententiam peruererunt, nullo habito respectu, an postea conuenti debitores per alium creditorem, iterum, damnandi sint. ibi. *Inter eos, quibus eadem ex causa debetur, occupantis melior conditio est.* Is nanque primò occupare dicitur, qui primò ad sententiam peruenit, vt ex multis *Gloss.* Excipitur ab his donator, qui tenetur quidem donatario satisfacere, sed non solum, dedu-

cto ne egeat; verùm etiam ære alieno. Satis hoc suadetur ex d. *l. qui id, quod.* Et d. *l. inter eos, quibus quoque vbi. Is quoque qui ex causa donationis conuenit, in quantum facere potest, condemnatur, & quidem is solus, deducto ære alieno.* Vnde ex donatariis, melior erit occupantiū conditio, deducto quoque ne donator egeat. ibi. *Et inter eos, quibus ex simili causa pecunia debetur, occupantis potior erit causa.* Imo nec totum, quod habet, extorquendum ei puto, sed & ipsius ratio habenda est, ne egeat. Duo igitur priuilegia consideranda sunt in donatore; ne scilicet is conueniri queat, nisi in quantum potest, deducto ne egeat, nec non deducto ære alieno. Primum se tenet ex parte donantis, creditorum ex causa onerosa alterum, vt patet; Quid enim donanti prodest, vt conueniatur deducto ære alieno? Rationem igitur cur is teneatur illo deducto, eam arbitror esse, quia, cum causa onerosa præferri debeat lucratuꝝ, merito prius æs alienum deducitur; deinde verò vocantur donatarij, qui quamvis etiam agant de damno vitando, attamen dānum hoc vitandum originem trahit à lucro; sicq; cum semper lucrum inuoluat, semper etiam postponēdi sunt creditoribus, qui merum damnū vitandū respiciunt. Ex his oritur; quod, cum æris alieni deductio inducta fuerit in creditorū ex titulo oneroso beneficiū, optimè possint isti agere contra donatarios ad cōsequandas res illis donatas, etiā in uito donante; etenim licet quilibet suo fauori renunciare queat, nequibit tamèn fauori alterius. Statibus igitur duobus hisce priuilegijs, uno videlicet se ex parte donatoris tenete aduersus donatarios, per quod non possunt conueniri, nisi deducto ne ageant; altero ex parte creditorum titulo oneroso aduersus eosdem donatarios, ex quo prius es alienum deducendum est; euidēt̄ sequitur, mortuo donante, eius hæredes non posse vti illo beneficio, quod ipsi donanti competebat. Hoc naturali ratione suadetur; etenim beneficium D d 2 erat

erat, ne donator conueniretur, nisi, deducto pro victu, ne egeret. ex *tex.* adducto à *Dominio Staibano loc. cit. num. 169. in l. cum ex causa, ff. de re indicata.* ibi. *vt ipsi donatori aliquid sufficiens relinquatur.* Iam verò, mortuo donatore, omnia debentur, quia ille ut potè defunctus nihilo pro victu indiget; igitur cessat hoc privilegiū respectu eius heredum. *Quod optimè suadetur ex tex. in l. Nefennius, ff. de re iud. quē ad hoc propositum adducit Dominus Staibano post n. 109.* ibi. *Et sicuti heres donatoris in solidum condemnatur. In l. scindum, ff. eod. ibi. sciendum est heredes earum personarum, non in id, quod facere possunt, sed in integrum teneri.* In l. si cum procuratore, ff. eod. ibi. *Et si fidesuſſor accepens ſic rei, vel actionis non proderit ei, ſi persona, pro qua fidesuſſor, in quantum facere potest condemnanda eſt, ſi maritus non fuerit ſoluendo, licet ipsi marito proſit quod facere non posſit; id enim mariti perſone praſtatur, heredi eius hoc non prodeſt.* Ex his deducitur, quod, sicuti contra donatarium militat aeris alieni exceptio, ita etiam contra heredes donatarij, vel alios ab ipso donatario causam habentes; nam, cum heres, & defunctus una censeatur persona, adeò, ut heres in eius iuribus continuet, si defunctus creditori agenti de mero damno vitando postponebatur, sic etiam eius heredes, vel cessionarij postponentur. Cur autem non militet ratio hæc respectu heredis donantis, suprà iam vidistis. Hæc igitur nostra assertio videtur non militare in extraneo habente causam à donatario; qua propter à *Dominio Staibano n. 174. adducitur tex. in l. Nefennius, ff. de re indicata,* vbi deciditur, illum, cui donator per donatarium delegatus eſt, nulla poſſe per donatorem exceptione repellendi, adeòque in solidum condemnari eo prorsus modo, quo heres donatoris. ibi. *Et sicut heres donatoris in solidum condemnatur, & ipſe fidesuſſor, quem in devendo adhibuit: ita, & ei cui non donauit, in solidum condemnatur.* Sed, hoc textu nullo prorsus mo-

do refragante, dico iſthoc in caſu, quā, uis donator in solidum condemnatur, tamē illam per exceptionem reintegrari in id, quod non facere potest, per donatarium; adeoque donatarius ſoluet quod requiretur ad integrum satisfactionem illi, cui donator delegatus eſt; & ſic licet indirecte nec tenebitur, niſi in quantum facere potest. Nō eſt hoc meum ſomnium, ſed vera *tex.* diſpoſitio. ibi. *Respondi, nulla creditor exceptione submoneretur, licet is, qui ei delegatus eſt, poterit exceptione uti aduersus eum, cuius nomine promiſit.* Neque hunc circulum vitioſum dicas; nam ratio eſt, quia is, cui delegatus eſt donator, agit titulo oneroſo, & conſequenter contra agentem titulo oneroſo non valet beneficium hoc; vnde respectu eius, cui donator delegatus eſt, condemnabitur huiusmodi donator in solidum, qui deinde per exceptionem conſequetur quod ex beneficio non tenebatur ei, cui ipſe delegatus eſt; ſicque & hoc in caſu firmiſſima remanet noſtra ſententia. Cæterū *tex. in l. nam maritus, alijq; à Dominio Staibano adducti non obſtant, dum loquuntur, facta ſolutione, adeoque in caſu, quo nec contra donatarium agi potest.* Ex his denique quæ diximus, patet ab heredibus, cæterisque causā habentibus à creditoribus titulo oneroſo poſſe agi in solidum contra donatorem, rationibus, quas ſuprā retuliſſimus. His ita diſcuſſis, quæſtio eſt, an creditores posteriores titulo oneroſo präferantur anterioribus titulo lucrativo? Supèr qua dico, creditores posteriores titulo oneroſo agentes hypothecaria präferri anterioribus titulo lucrativo etiam hypothecaria agentibus; präſcindendo autem à clauſula conſtituti, de qua aliiquid fortalè vltimo loco.

Probo hoc ex ijs, quæ hucusque diſimus; Etenim certum eſt, donatori coceſſum eſſe beneficium, ne teneatur, niſi in quantum facere potest, nec non ære alieno deducto, ergo ſempè de-
du-

ducendum est. & alienum; & consequētēr creditores titulo oneroſo quantum uis posteriores anterioribus titulo lucratiuo ſunt præferendi, nam præferēdos vt anteriores certum erat, nec opus *Iurisconsultorum* decisionibus. Quod ſi dixeris *tex.* adductos loqui de creditoſe poſteriore ex cauſa oneroſa aduersū anteriore ex lucratiuo perſonalem ſolummodo habentem, iam vi- dimuſ, hypothecam nil operari in caſu noſtro; adeòq; ſi creditor poſterior ex cauſa oneroſa præferetur anteriori ex lucratiuo abſque hypotheca, præferetur etiam hypothecam habenti, & hinc ſequitur, præferri quoque creditori anteriori hypothecario ex cauſa lucratiuo poſteriore ex oneroſa agentem, quāuis ſolam perſonalem habentem, cum, vt viduſtiſ, hypotheca in caſu hoc reſpectu prælationis impertinentēr ſe ha-beat. Sed noſtra iſthāc probatio euidentiū patebit, ſi *Gaiſ,* *Merlini,* & *Dom. Staibani dicta*, qui in *Paſchal. Capl.* & *Rouitum acerimē inuehunt*, ex-minabimus.

17 Peccat ergo *Gaiſ* aſſerens, nullum ius rep̄iri, quo caueatur, agentes ex cauſa oneroſa quāuis posteriores præferri anterioribus lucratiuo agentibus, cum in promptu feſe offerat *tex.* ſuprā relatus in d.l. inter eos S. is quoque. ibi. Is quoque, qui ex cauſa donationis conueniatur, in quantum facere poſteſt, condemnat̄, & quidēm ſolus deducto aere alie-no. Nec, vt dixi, loqui poſteſt *tex.* de creditoro anteriore; alioquin caſum indubitablem decideret, vt benē aduerit *Paſchal.* vbi ſup. Deindē parūm refert, cauſam lucratiuam ē voluntaria in ne-cessariam mutari, cum, prout viduſiſ, vt potc quā à lucro originem trahit, poſtponenda ſemp̄ sit cauſe ſimplici-ter oneroſae. Nec obſtant *tex.* quos ipſe tanquam Mathematicas demonſtrationes adducit in dd. ll. de rebus. &, ſi quidēm. Non inquam primus, quia loquitur de rebus iam translatis, & tradi-tis. ibi. de rebus in ſponsam donationis gratiā collatis creditores mariti facti, ſi

non prius obligatas eis ſibi probent, eam conuenire minime poſſunt. Non ſecun-dus, dum eodem morbo laborat. ibi. Si quidēm ante donationem poſſeſſionis in te iure, ut dicas, à marito collatam, pre-dium ab eodem creditori obligatum fuerit: alienationem eius ſalvo ure debiti, ſi tamen iuri ratio actionem eius creditoris non excludet factam eſſe non dubium eſt. Quod ſi donatione iure celebrata, eo quod, vel ante nuptias facta eſt, vel in ejſdem caſibus, in quibus etiam conſante marri-monio, donatio procedere poſteſt, obligatio inſequita eſt factum mariti: quem diem ſuum obyſſe memorasti, iuri ſuo officere non poſſe certum eſt. Hinc benē aduer-it *Rouitus* loqui *Cafares* in *tex.*; de do-na-tione poſſeſſionis, ſive ly, poſſeſſio-nis, ſumatur pro actu poſſeſſionis, ſive pro dominio; Vnde cum dominium nunquam ceneſatur translatum niſi per traditionem ex L. tradicionibus C. de pa-ctis, merito ſequitur, ſextum hunc lo-qui de donatario, in quem translate iam erant res donatae. Ulteriū, an- conuincant ea, quā de hypotheca aſſe-rit, veſtrum erit ex ſuperiū dictis di-ſiudicare. Vnum verò aduertatis ve-likim, donatorem teneri præſtare res do-natas donatario, ſed deducto aere alie-no, & ne egeat. Ceterum, vt ſepiū dixi, hypotheca ſit, nec nē? materia-liter ſe habet.

Merlinus verò vnum videtur aſſe-re, quod non dum ab alijs tactum huic usque vidi, quodque, quia facillimē concedendum prima fronte ſimpliciter videtur, præcipitia noſtrā ſententia pa-rare valebit. Inquit is, non ceſſare obligationem in principali donatore, cui iuſſragatur beneficium aduersū do-natarium, ſed differri ad pinguiorem fortunam. Nolleſ ergo vt principiū hoc ſic nudē ſumptum concederetur, ita, vt quandoque poſtponeretur cre-ditor ex cauſa oneroſa, nam illud in-telligendum eſt, vt donator diſferat qui-dēm obligationem ad pinguiorem for-tunam, nunquam poſtponendo quos-cunque creditores in futurum obuen-turos

turos; Itaque pinguier fortuna opera-bitur tantum, ut satisfactis creditoribus ex causa onerosa, donatariis cætera præsentur per donatorem, deducto victu.

Dominus tandem **Staibanus** exactius **textus à Gaito in Ronium adductos** examinat, & primò **textum in l. i. C. de iur. fisci**, afferens non loqui de re donata, & tradita ibi. Si prius quam fisci rationibus pater vester obligaretur, perfectam prædiorum donationem fecisse fueris probatum, quod extra fraudem creditorum gestum est, non rescinditur. Ut quodcunque dubium tollatur, sat arbitror referre verba **Gloss. in vers. perfectam**. ibi. Perfecta dicitur etiam sine traditione, sed hic demum (notare) facta traditione, alias cadorei in obligationem, si traditum non esset, ut ff. de contraben. emps. l. quod sapè S. si res. Secundò examinat **text. in l. final. S. Lucius ff. de donatione**. ibi. **Lucius Titius fundum Mævius donavit, & ante traditionem eundem fundum post dies paucos Satio pignori obligauit, & intra dies triginta Mævium in vacans possessionem eiusdem fundi induxit**; quero an donatione perfecta sit? Respondit secundum ea, que proponerentur, perfectam. Verum credidorem firmam pignoris obligationem habere. **Dominus Staibanus** ingeniosè pro **Ronio** **textum** hunc exponit ex eo, quia videretur, nondum tradita re donata, quamvis donatarius anterior sit, nihilominus præferri creditorem ex causa onerosa, quantumvis posteriorem; deinde verò non sic se habere assertit, dum nil mirum, si creditor posterior præfatur, cum res non solum tradita non sit donatario, sed ne donata quidem. Quæ dicta nescio an saluari queant, salua tanti viri pace. Etenim ex **textu** apparet verè fundum suissè donatum. ibi. **Lucius Titius fundum Mævio donavit, & ante traditionem eundem fundum obligauit**. Si fundum non donasset, non dixisset **Iurisconsultus**, & ante traditionem, sed ante donationem; nec donavit, sed potius, volebat donare; cæteraque huiuscem-

modi verba veram donationem actualem non indicantia, vt consideranti patere potest. Quare, vt iura iuribus concordemus, hæc donatio dicetur sanè perfecta, quamvis traditio sequuta nō sit, vt supra ad explicationem d. l. i. C. de iure fisci adnotauimus, ea perfectio-ne, quæ ad contractum requiritur, non ea, quæ nouam impedit obligationem, qualis esset traditio, vt supra ad d. l. i. perbellè scripsit **Gloss.** Imò dico, in casu huius §. **Lucius** esse quidem perfectam donationem etiam per traditionem ex **Gloss. in vers. perfectam**, ex eo scilicet, quia Mævius donatarius immissus est in possessionem feudi donati; verūm quoniam possessio hæc fuit, postquam fundus obligatus erat. ibi. **Eundem fundum obligauit, & intra triginta dies Mævium in possessionem**, &c. merito posterioremp creditorem firmam pignoris obligationem habere afferit. Et postremò est hic aduertendum nolle me, donationē reuocari, sed præferri posteriorem creditorem titulo oneroso, quæ duo ut potè diuersimodè sonantia benè sunt distinguenda. Tertiò examinat **textum in l. de rebus. C. de donationibus**, inquiēs illum non loqui, traditione sequuta, sed an sic se habeat, sufficienter supra vidistis. Tandem perpendens **textum in l. si quidem C. de donat. int̄ vir. & uxor.** concludit non ad rem responde-re **Ronium**, vbi dixit, illum loqui de translatione dominij, sed de donatione dominij, vt scripsit ibi **Gloss.** Verūm hac vice **Gloss.** contradictoria loquuta est; etenim in d. l. si quidem, ait, possessionis, id est dominij, & in l. interdum de verb. signif. hæc subdit. **Verbum possessionis significat verbum proprietatis, id est id, quod designatur per verbum proprietatis C. de don. int̄ vir. & uxor. l. si quidem, & è contra dominium pro possessione, ut C. de rei vend. l. quoties.** En quomodo dupliciti intellectum tradit dicit. l. si quidem. Ego autem, vt verum fatear, pro actu possessionis illam hic sumerem. **Quod si pro dominio stabis, idem erit donatio do-**

domini, ac domini translatio. Progreditur postremo ad examinandum, an privilegium hoc donatori concessum competit eius hereditibus, ceterisque a donatario causam habentibus. Sed de hoc nihil ad nos, praterquam quod scitis aliquid superius innuitas.

An autem eodem modo discurrere debet, ubi in donatione reperitur clausula constituti, & precari. Affirmatur respondeo ex iis principijs, cum etiam ipsa ex dictis sit accessoria, adeoque contractus naturam sequatur, nisi fortasse tantorum Doctorum obicit auctoritas. Hæc me pro veritate indaganda disposuisse sat.

SUMMARIUM.

1. Status questionis.
2. Imperans luxuria iracundiam dicit.
3. Vir, & uxor non debet ad imparia indicari.
4. Opinia Accursij.
5. Opinio Roueti.
6. Sed ostendatur utramque à vera iurium interpretatione recusisse.
7. Viro expellente uxorem innocentem, hac superstes quamvis non inops admittetur in quarta.
8. Secundū si in isto casu superstis utr.
9. Sed non concurrence delicto, ut ergo inops superstes admittetur.

Q. V. AESTILO. XXXII.

An, & quomodo vir inops succedat uxori diuiti? ubi variorum causum explanationes ad dilucidationem sextus in §. quia vero legem lo seconde Auth. vt liceat

matris, & autr.



Rduam, nec non diffidilliam me propone quod questionem neminem tam lateat, eā inquam, cuius adhuc sub iudice lis est, queque Cesarea tantum esset enodanda.

decisione. Ego vero pro viribus quid sentieamus, ostendam, qualibet ap- plicandus sit. d. Si sedis, propalabor. Nè autem tenebris involvatur, que- stio est, ap sicuti viro diuiti defuncto uxor inops succedit in quarta, si tres super sunt liberi, & pro virili portione, si plures, sic pariter uxore diuite defuncta, vir superstes admittetur de qua Rouetus inter ceteros in decisi. 46.

Imperator Iustinianus in l. fin. C. de res- pnd. iussit, vt contractum matrimonium quamvis absque dote firmum esset. ibi dubium, ut quicunque mulierem cum ux-

luate parentum, aut si parentes non ha- buerit, sua voluntate maritali affectione in matrimonium acceperit: etiam si do- dala instrumenta non intercesserint, nec do- dala fuerint, tanquam si cum instrumentis dotribus tale matrimoniam processisset, firmum coniugium eorum habeatur, non enim desibus, sed affectu matrimonii con- trahatur. Quoniam vero, Seneca teste, in 2. lib. de ira cap. 26. nulla res magis iracundiam dicit, quam imperans lu- xuria, iussit ulterius vt, si quis eam, quam fine dote uxorem acceperat, a domino sua repellere voluerit, non aliter ei hoc face- re liceat, nisi talis culpa intercesserit, que nostris legibus condemnatur. Cumque interesse delinquentes coerceat, poenam apposuit, vt si fine culpa eam reiecerit, vel ipse eadem culpam contra innocentem mu- lierem ammiserit: compellatur ei quartam partem propriæ substantia prorata portante persistere; ut si quidem quadragesimæ annos libra-

librarum auri, vel amplius vir substantia habeat, centum libras auri mulieris prestat, & nihil amplius, & si quantamcumque substantiam possideat. Si vero minus quadrigenitis libris auri para substantia eius fuerit, tunc quarta pars, computatione facta, para substantia eius usque ad minimam quantitatem mulieri detur. Nè tamen vir, & uxor ad imparia iudicarentur: 32. qu. 1. cap. si quis, statuit. Eodem modo fernando & in mulieribus, que indotare constituta si sine culpa mariti constitutionibus cognita, eos repudianteret, vel ipsa culpam innocentis marito probnerint, ut ex utraque parte aqua lance, & aquitas, & pœna serueretur. Hoe lucro quarta partis, filiis quidens non extantibus, ipsi viro. & mulieri competente, & ab his quomodo voluerit, disponendo: filiis autem, & deinceps personis ex eodem matrimonio interuenientibus, eis fernando ad similitudinem dotis, & propter nuptias donationis per amnissimam super his statuta sunt: eadem statuit Iustinianus in S. sic itaque Arch. de nuptijs. Prout ibi videre est, Ut aptem coniuges mutuo se amore ad ultimam vitam auram prosequeretur, placuit Imperatori alterutrius inopia moto; sic prouidentia fieri & harum, & in successione morientis, & huiusmodi uxorem cum filiis vocari, & sicut scripsimus legem volentes, ut si sine doce existentem uxorem vir dimiserit, quartam partem eius substantia eam accipere, sic etiam hic quoniam concordat forte paucos, aut plures esse filios, quartam partem eius substantia habere amitterem, sine plures, sine minus filii fuerint sed tamen legatum aliquod reliquerit ei viro, minus quarta parte compleri hoc, ut sicut lasas eas iumentus, si forte dimissa fuerint a viris indotare conscientes, ita vel se perdurauerint semper cum eis, eadem fernatur prouidentia, scilicet omnibus secundum iustar illius nostra constitutionis, qua quamdam decernit eis, & hic fernandis similiter quidem in viris, similiter quidem in mulieribus; communè namque etiam hanc super eis ponimus legem, sicut & procedenter. Si vero quasdam res proprias mulier in domo viri, aut alibi repositas habent

barum actionem, & retentionem habent omnibus modis imminentem subiacereibus inmodi rebus viri creditoribus nullo modo velut in rebus, nisi forte secundum quod in illis iure ex hac lege habet existentis. Hec itaque dicimus, si coiunctorum altero, aut ante nuptiales donationem non faciens, ut ipsa aut vir, aut mulier inueniatur, & moriens quidem, aut vir, aut mulier locuples sit; ille vero, vel illa superstes pauper existat. Indubitatum ergo hucusque remanet, tam causa culpa, quam inopia viro, vel uxori quartam alterutrius bonorum partem applicandam. Dubitandi autem occasionem praestit idem Iustinianus in S. quia vero legem lo seconde auth. ut liceat matre, & aia, in quo ille primò meminit eorum, que hucusque disposuerat. ibi. Quia vero legem dudum possumus precipientem, ut si quis uxorem aliquando sine dotibus accepit cum affectu solum nuptiali, & hanc sine causa legitibus agmina predicerat, accipere eam quaream partem substantiae eius, & aliam posthanc fecimus legem decernentem, si quis indotata uxorem per affectum solum accepit, & usque ad mortem cum ea vivens premoriatur, accipere faciliter, & eam quaream partem illius substantiae portionem, ita tamen, ut non transcedat hoc centum librarum auri quantitas. Deinde, ut clarius disponat, repetit ea, que in pristino robore permansura iubet. ibi. In presenti melius utramque legem disponentes, sancimus in utroque casu ex talibus matrimonij natos filios, legitimos esse, & ad paternam vocari hereditatem; uxorem autem ex vero que horum causum, si quidem usque ad tres habuerit filios eius vir, sicut ex ea, sine ex alijs matrimonio querientem partem ex substantia viri accipere submittat mulier, quantum viri competet filiorum; ita quippe, ut usum solum in talibus rebus mulier habeat: dominium autem illis filiis seruetur, quos ex ipsis nuptijs habuerit. Tandem, ut ea, que declarat, perstringat, hæc in ultima fermocinatione benè à nobis attendenda, nec non examinanda subdit. Si vero talis mulier filios ex eo non ha-

habuerit; iubemus etiam dominij iure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per presentem insimus legem, que tamen irrationaliter exclusa est, (subdit Gloss. exclusa, id est reiecta, vel expulsa) in ipso tempore expulsionis parte iubemus accipere, qua continetur hac lege; Virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostram legem ex substantia mulieris accipere modis omnibus prohibemus. Ex qua sermocinatione palam est, virum non admittendum in quarta; sed in quibusnam casibus, tota est controvertia.

4 Qua super re Accurs. in vers. in talibus, inquit corrigi §. sic itaque auth. de nuptijs, vbi disponitur de quarta competente, expulsione sequuta, non autem corrigi §. quoniam vero auth. de exhibend. reis, secundum quam legem auth. praesens regulatur. ibi. Verum in talibus casibus quartam secundam priorem nostram legem ex substantia mulieris accipere modis omnibus prohibemus; igitur non prohibetur prior lex, quae erat §. quoniam vero, sed antecedens. Iam vero haec secunda agit de inopia, secus prima: ergo quotiescumque non concurrit expulsio, sed mera alterutrius inopia absque illa alia culpa, tam vir, quam vxor superstes inops admittitur in alterutrius quarta. Talis est Accursij animus.

5 Ronius autem docuit, textum in §. quia vero legem: loqui indistincte, nimis rūm ut vir non admittatur in quarta mulieris, siue ex causa expulsionis, siue. Inopie, quamvis ex causa expulsionis videatur correctus per text. in §. final. auth. ut fratribus filij, qui causa expulsionis parem viro, vxoriique poenam tribuit, prout videtur ibi quoque sentire Gloss. Quod autem textus in §. quia vero legem auth. ut licet matri, & auia; qui modis omnibus prohibet, ne vir in quarta vxoris admittatur, continet etiam inopie causam, probat contra Accurs. varijs medijs. Primo argumento ad hominem ex eo videlicet, quia Accursius dixerat in d. §. fin. auth. de exhibend. reis, textum illum, per quem

inducta est lucrificatio quartae in beneficiis defuncti esse correctum per d. §. quia vero legem. Secundò, quia idem Accursius in d. §. congruū dixit dictio nem in numero singulari posse adaptari ad numerum pluralem. Tertiò ex varijs versionibus authenticorum à lingua græca in latinam, vbi apparet, sexsum illum loqui etiam de viro inope superstite. Tandem probat varijs ex autoritatibus, prout ibi.

Sed salua tantorum virorum pace, & Accursius veræ illius textus interpretationi parentauit, & Rouitus ab ea lege longè recessit, vt breuissimè ad euidentiam demonstrabo.

6 Scientum est ergo, vt iam vidimus, duobus in casibus deberi quartam viro, & vxori, cum scilicet vel vir, vel vxor superstes inops redditur. Secundò cum vir, vel vxor sine alterutrius culpa expellitur. Dubium deinde fuit apud Imperatorem in d. §. quia vero legem, an in casibus, in quibus vxor esset expulsa à viro, si vir fuisset superstes, debuisset in quarta bonorum mulieris admitti & ratiocinandi videbatur, quia vxor, & vir ut vidimus, non debent ad imparia iudicari, igitur si vxor admittitur in quarta bonorum viri, videtur & vir in quarta bonorum vxoris admittendus. Sed his non obstantibus, contrarium decreuit Justinianus, & merito quidem, quia quarta detrahitur à delinquenti, & consequenter, cum vxor non sit delinquens, iure optimo ab ea in viri beneficium non detrahitur quarta. Regula vero, quod non debeant ad imparia iudicari, militat cæteris paribus. Quæ nostra explicatio facillimè suadetur ex verbis ipsius textus. ibi. In talibus casibus. Porro quinam sunt tales casus? profectò quos anteà enarrauerat, cum scilicet vxor esset expulsa irrationaliter, vel filios habens, vel non. ibi. Si vero satis mulier filios ex eo, &c. Unde lex ista nullo pacto quæ alibi dixerat, corrigit, sed clarius, meliusque disponit. Quæ duo inter se longè differunt. ibi. In presenti melius utramque legem

Ee dispo-

disponentes sancimus. Cæterum, vt ad casum inopie deueniamus, quod sex. illam excludat, patet & vespertilionibus ex verbis ipsius. *Virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostram legem ex substantia mulieris accipere modis omnibus prohibemus.* Ergo prohibetur hic in istis casibus, virum admitti, sicuti admittitur secundū priorem legem, qua de inopia disponit. Etenim ibi vicissim admittuntur, concurrente inopia, hic quamvis inopia concurrat, vir repellitur, ea nimis ratione, quia ratio culpe, non inopie attenditur. Quare si vir inops vxorem sine culpa expelleret, quamvis inops superiuueret, non proinde in vxoris quarta admitteretur quia inops, sed repelleretur quia delinquens. Et hæc est germana d. S. quia verò legem interpretatione, vt correctiones omnes ad sex in l. præcipimus C. de appell. effugiamus; sicque patet, iniuria *Rouium* docuisse sex. hunc corrigi à S. fin. aub. ut frastum filii, quoad casum culpe. Videturne: vobis per vestram fidem d. S. quia, verè disponere, ne in casu culpe vxoris vir superstes admittatur in eius honorum, quarta? Non ita quidem, sed hoc disponit in casibus, in quibus vir à viro sive culpa expelleretur, ne scilicet in talibus casibus, secundum priorem legem, in qua de inopia disposuerat, admittatur. Aduoco pro mea sententia. *Maritum ipsum*, qui in versione à lingua græca sua iacit fundamenta. Prima hæc est, *Maritum verò inopem*, & qui donationem propriæ nuptias nullas obtuleris, ex facultatibus uxoris aliquid accipere modis omnibus vetamus. Secunda *Maritum autem inopem*, & qui donationem propriæ nuptias non obtulit, lege nostra capere aliquid ex substantia uxoris modis omnibus prohibemus: igitur si in talibus casibus vir quamvis inops repelletur, & tales casus sunt, quos supra ad evidentiam demonstrauimus, quid probandum superest pro nostra sententia?

- 7 Varios ergo pro hac conciliacione casus construamus. Nam, aut vir expellit vxorem innocentem, & tunc ea superstes admittitur, quāvis non inops; aut in tali casu vir superest, & non admittitur quamvis inops, quia delinquens; aut nullum concurrit delictum, sed mera inopia, & tūc alterut̄ inops
- 8 superstes admittetur, & gaudebit beneficio *Aub.* præterea *C.* unde vir, & uxor. vbi. Præterea si matrimonium sa absque dolore, coniux autem premoriente lo- caples sit, superstes vero labores inopia, succedes una cum liberis communibus, alteriusne matrimonij in quartam, si tres fuit, vel pauciores. Quod si plures sint, in virilem portionem, ut tardior eiusdem ma- trimonij liberis proprietatem seruer si ex- sisserint. His vero non extantibus, vel si nullos habueris, posse ut etiam dominio. & imputabitur legatum in talem portio- nem. Quare cum lex ista indistinctè lo- quatur de coniuge, de utroque est in- telligenda, ne verè, cæteris paribus, vir, & uxor ad imparia iudicentur.

SYNOPSIS.

- 1 Rigo questionis.
- 2 Nostra conclusio.
- 3 Comprobatur doctrina T beologica.
- 4 Quia media exoptentur à Deo in pa- tentia?
- 5 Probatur prima pars nostra conclusionis varys iuribus.
- 6 Administrantes officia prohibentur con- trahere matrimonia cum eis, que corū iurisdictionis subsunt.
- 7 Non dicuntur excommunicati qui cum Monialibus contrahant tantum sponsa- lia.
- 8 Probatur secunda pars nostra conclusio- nis.
- 9 Pactum Reiprodest fideiussori.
- 10 Probatur tercia pars, in qua conciliatio texuum perstringitur.

QVÆ-

Q V A E S T I O X X X I I I .

An, prohibito matrimonio, censeantur prohibita sponsalia? vbi ad alias huiuscemodi quæstiones dilucidatio. pro conciliatione
tex. in l. oratio, ff. de sponsalibus, & l. solet, ff. de his qui nos. infam.



Ota quanta est cōtrouersia hæc du-
plicē agnouit dis-
positionem prima
facie contrariam. Prima deducta est
à l. oratio, ff. de
sponsalibus, vbi

Ulpianus nimis clarè respondet, prohibi-
bitis nuptijs, censeri quoque prohibi-
ta sponsalia. *Oratio*, inquit, *Impera-
torum Antonini, & Commodo*, qua quaf-
dam nuptias in persona Senatorum inhi-
buit, de sponsalibus nihil locuta est; recte
tamen dicunt etiam sponsalia in his cas-
ibus ipso iure nullius esse momenti, ut sup-
plexus quod orationi deceat. Altera verò
deducta est à l. solet, ff. de his, qui nos.
infam. vbi *Paulus* afferit, non nocere
sponsam fuisse, ei, quæ vxor esse non
poterat. ibi. Solet à Principe impetrari,
ut intra legittimum tempus mulieri nubere
liceat. *Quo virum eluges, intra id tem-
pus sponsam fuisse non nocet.*

2 *Vt autem quæstionem hanc dirima-
mus, dico, quotiescumque sponsalia
non participant rationem finis, ob quæ
prohibetur matrimonium, ea non cen-
seri prohibita, secùs verò, si illam par-
ticipant; sicquæ quoescunque tex. con-
ciliari.*

3 *Noua fortassis videbitur doctrina
hæc, quæ Theologicas iecit radices,
queque ab omnibus pleno comprobe-
tur ore necesse est; etenim nouum non
præsefert, Deum velle efficaciter pec-
catoris pœnitentiam; non per hoc ta-
men velle peccata, sine quibus pœni-
tentia non est; ergo è contra non se-*

quitur, quamuis matrimonium non sit
sine sponsalibus, eum, qui illud non-
vult, sed prohibet, prohibere pariter
& illa. Et vt à peccatore fundamenta
desumamus, ibi ratio est, quia pecca-
ta non participant rationem finis, qui
à Deo quām maximè exoptatur. Finge
verò peccatorem agentem actus, qui
ad pœnitentiam disponant, puta ex-
amen conscientiæ, eleemosynas, cæte-
rosque huiuscemodi, an non hi actus à
Deo exoptantur? Ita sanè. & ratio est,
quia hi participant rationem finis; ad-
eoque cum finis bonus sit, boni sint
etiam actus eundem participates opor-
tet. Vndè cum à Deo optimo Maximo
finis exoptetur, quia bonus, liquet iā
sub eadem ratione exoptari & actus il-
los. Vt ergo ad rem nostram deuenia-
mus, tunc matrimonio prohibito, non
censeri dicimus prohibita sponsalia, cùm
hæc non participant rationem finis, ob
quem illud prohibetur; secùs verò è.
contra; & sub hac duplii distinctione
conciliari ad evidentiam quoslibet tex-
tus. & nota, quod, quamuis sponsalia
sint media ad consequendum matrimo-
nium, quando tamè nō participant ra-
tionem prohibitionis, hoc prohibito,
non prohibetur illa, non secùs, ac si cui
prohiberetur, ne Romam inspiceret;
tunc enim non prohiberetur iter Ro-
mæ, quamuis se haberet vt medium
ad videndam Romanam. Quod clariū
patet in ijs actibus, qui sunt intrinsecè
mali; tunc nanque, quia illi ob intrin-
secam eorum malitiam prohibentur,
consentur, quoque prohibita omnia-
ea, per quæ perueniunt ad illos. igitur
E e 2 cum

cum aliquis actus nō est intrinsecè malus, quia non prohibetur ob intrinsecā malitiā, quam non habet, non prohibentur omnia ea, per quæ peruenitur ad illum, modò rationem prohibitionis non contineat. Quam regulā benè aduerte, cum viderim peritissimos Iurisconsultos supèr illa explicanda longius errasse.

Licet autem ex his principijs nostra conclusio euidens appareat; aduertatis nihilominus velim, eam quoque firmissimam reddi ex varijs Iurisconsultorum responsis, quibus vera principia nota-
7 iam fuere. Ut ergo distinctè procedamus, examinemus breuitè primam nostræ conclusionis partem, quam firmā reddidit

Primò Paulus in d. l. solet, ff. de his, qui nos. infam. vbi, prohibito matrimonio intra certum tempus contracto, nō prohibentur proinde sponsalia, ea nimis ratione, quia, cū hoc prohibetur contrahiri intra annum luctus ad euentandam sanguinis turbationem, non videntur prohibita sponsalia, quæ illā non inducunt.

Secundò idem in l. si quis officium 38. ff. de ritu nupiarum. ibi. Si quis officium in aliqua prouincia administrat, unde oriundā vel ibi domiciliū habeatē uxorem ducere non potest, quamvis sponsare non prohibetur. Cum igitur officia administrantes prohibeantur matrimonia contrahere cum eis, quas sub eorum iurisdictione habent, ne minarum, vel reuerentiaz ergo matrimonij libertas infringatur, non prohibentur sponsalia, quæ libertatem non minuunt. Vnde uxor ab eis recedere potest. ibi. Et à scilicet, ut, si post depositum officium noluerit mulier nuptias contrahere, licet ei hoc facere, arris tantummodo redditis, quas accéperat. Quod autem hæc fuerit Iurisconsulti mens. patet ex ijs, quæ disponit in l. et si contra C. de nupijs. ibi. Et si contra mandata Principum contractū sit in prouincia, consentiente muliere, matrimonium; tamè post depositum officium, si in eadem voluntate persenerauerit, iusta

nuptia efficiuntur, & ideo postea liberos suscepitos, namque ex iusto matrimonio legitimos esse responsum viri prudentissimi Pauli declarat. Iniustum nanque erat matrimonium, quod mulier contrahebat ob metum, & reverentiam à iuribus fictam.

Tertiò Glossa in cap. unico verb. contrahere Clemente. de consang. & affin. vbi non excommunicatos vocat, qui cum monialibus sponsalia contrahunt, quāuis aliter qui matrimonia, imò sponsalia ipsa, sequente copula. Patet ergo quod, cum hic prohibetur matrimonium ob finem copulæ, sponsalia, quæ illam non important, non prohibeantur.

Probatur secunda pars nostræ conclusionis. Et primò ex tex. in l. ad rem mobilem, ff. de procur. vbi ad rem mobilem petendam datus curator ad exhibendum rectè ager, quia actio ad exhibendum præparatoria est, adeoque cum rationem consequentis participet, meritò commissis consequentibus, videntur commissa antecedentia, ut optimè Bart. ad d. l.

Secundò ex tex. in l. ad legatum, ff. cod. vbi. Ad legatum perendum procurator datus si interdicto utatur aduersus habendum de tabulis exhibendis: procuratoria exceptio, quasi non & hoc ei mandatum esset, non obstat.

Tertiò ex l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. vbi. Cui iurisdictio data est, ea quoque concessa esse videatur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit. An autem ea, sine quibus iurisdictio explicari non potest, participant rationem iurisdictionis, vestrum est iudicare:

9 Quartò ex l. quod dictum est 32. ff. de pactis, vbi pactum Rei prodest fideiisfori, qui Rei participat rationem.

Quintò (quod benè explicat fundamenta nostræ sententiaz) ex l. cum lex 47. ff. de fideiisfori: ibi. Cum lex venditionibus occurriere voluerit, fideiisfor quoque liberatur, eo magis, quod per huiusmodi actionem ad (notate) reum perueniatur. Concordant l. fin. C. de usur. rei in d. l. eos ff. de vñ-

vñuris l. legem, C. de nat. lib. Et ne in propria materia desit decisio , probatur tandem

Ex d.l. oratio , ff. de sponsalibus, vbi iā vidistis *Vlpianum* quasdam nuptias inhibendo in senatorum persona , nullius momenti pariter reddidisse sponsalia . Erat nanque ibi fortasse finis , qui senatorium decorum inspiciebat ; merito igitur & sponsalia nulla redunduntur, nō secūs ergo inhonestaretur Senator , si dishonestam duceret vxorem , ac si cum illa contraheret sponsalia de futuro .

10 Tertia pars nostræ conclusionis probata iam est ex ijs, quæ diximus, vbi vidistis an *tex.* allati optimè concilientur. Vnde ex his patet , quomodo concedenda sint argumenta illa . quæ duplice gaudent quandoque sensu ; inter quæ sunt hæc . *Pena sive restringenda* , ergo prohibicio matrimonij non extenditur ad sponsalia ; & è contra . *Prohibita aliquæ re* , censetur prohibita omnia ea, quæ nos ad illam inducunt, ergo sponsalia, quæ nos ad matrimonium ducunt, hoc prohibito , censetur similicer prohibita . Et cætera .

huiuscemodi , quæ apud *Iurisconsultos* principijs illis innixos vilescent forte , vel facillimè conciliabuntur . Hęcque prælibasse satis .

SUMMARIUM.

- 1 **A** Dducuntur remissiæ varie decisiones inter se contrariae .
- 2 Textus in l. si diuersa C. de pactis , est fundamentum utriusque sententia .
- 3 Figuratur casus d. legis .
- 4 Ad cuius explicacionem varie evadantur difficultates .
- 5 Non reddit debet pecunia , excipiente reo ante rescissionem transactionis .
- 6 Nec ante illam , reo acceptante .
- 7 Secùs verò post rescissam transactionem .
- 8 Quamvis ea rescissa fuerit per indicem , actore inusso .
- 9 Vel si velles actior ulterius progreedi post illam rescissam .
- 10 Yet tandem , si fuerit rescissa per indicem , utroque inusso .

QVÆSTIO XXXIV.

An petens rescissionem transactionis , antequam ad ulteriora in primeua lite procedatur , debeat acceptum restituere ?
vbi varij casus ad intellectum l. si diuersa
C. de pactis.



Vltæ inter se contrarie decisi. quæstionem hanc dubiam reddidere , vt inter cæteros videre est apud *Affl. decis. 220. n. 4. Vrsill. ad eand. 2. q. Grammat. decis. 66. n. 22. Novar. qu. forens. lib. 1. quæst. 140. Capyc. latr. som. 2. decis. 149. Dom. Reg. de Marin. lib. 2. resol. quæstid. cap. 234.* &c alios apud eosdē . Quoniam verò tota contrarietas in fa-

cio potius est , quam in iure ; idcirco postquam iura explicauerimus , facillima erit cuicunque lectori earum conciliatio .

- 2 Omnes ergo Doctores quotquot sunt tam pro affirmatiua , quam pro negatiua sententia sua iaciunt fundamenta in l. si diuersa C. de pactis . ibi . Si diuersa pars contra placitum agere nititur , equitatis ratio suaderet , refusa pecunia , cum & tu hoc desideras , censam ex inscrito agi . Ex hoc igitur tex . qui affirmatiuum tuerintur sententiam inferunt , non posse

posse ad vñteriora procedi, nisi, refusa pecunia, quæ in transactione interuerterat. Qui verò negatiuam, respondent, militare hoc, cùm conueniunt partes in rescindenda transactione. ibi. Cum & tu hoc desideras. Quod subtiliter aduertit Dominus Reg. de Marin. loc. cit. Quid ergo dicendum?

- 3 Et profectò aduertendum est, prout optimè casum figurat *Gloss. in d. l. si diuersa*, si me ad fundum conueniens deinde translegisti, vt illum mihi cedes, ego verò traderem decem, posse & me à pacto transactionis recedere, teque pristina actione agere, modò talis rescissio fiat de vtriusque consensu. Ergo evidentè sequitur, non reddendā pecuniam, si transactionis rescissio non fuerit de communi voluntate. Vndè ad utramque opinionem conciliandam, varios adnectere casus arbitratus sumus; aut enim, actore petente transactionis rescissionem aliqua ex causa, reus excipit, & à transactione rescindenda recedit; & hoc in casu opus non est, vt 5 pecunia reddatur. Quod ex ipsius *tex. verbis* apparet; Etenim rescissio hæc non sit, communi consensu interueniente; & ratio est, quia, quamvis differenter se habeant pacta, & transactiones *ex l. i. ff. de transactionibus*; tamen, vt patet *ex toto cit. tex.* ex seruandæ sunt; nec possunt, alterutro invito, modò ritè sint factæ, rescindi. Si nequeunt rescindi, consequens est, vt non teneatur actor, reo invito, nec ad rescissionem concurrente, acceptum reddere. Quam primam nostræ sententias partem alijs terminis firmauit *Georg. in alleg. 34.* nimis alioquin iniquum fore, transactione vti, & pecuniæ restituzione frui. Et sanè, vt consideranti patet, si contrarium assererem, duo admittere contradictoria; etenim pecuniæ restitutio contractus rescissioem importaret; & per reum excipientem induceretur transactionis perseverantia; quæ duo, an simùl & semel stare queant, videat qui prima suminularum principia edocet. Nec dicas, contractum trans-

actionis importare quidèni firmatatem ex parte Rescissionem ex parte actoris; cum hic vtpotè vltò citroque factus vel totus corruat, vel totus firmus sit oporteat, ex vulgatis iuribus.

- 6 Aut verò, actore petente transactionis rescissionem, reus illam acceptat, & tunc neque ante huiusmodi rescissionem teneretur actor pecuniam reddere. Paradoxum dictum hoc videbitur; sed non ita, si ad examen reducetur; cuius probatio negativa erit; quia scilicet nulla reperitur lex, neque ratio, quæ in tali casu pecuniæ refusionem iubeat; Sed non ignoro in promptu adduci *d. l. si diuersa*, quæ profectò meā sententiam non elidit; etenim dicit ibi *Imperator* de communi consensu, refusa priùs pecunia, posse deinde causam ex integro agi; nouum nanque non est, transactionem, vt diximus, oriri ex causa dubia, quæ litem importet ex *d. l. i. ff. de transactionibus*. ibi. Qui transfigit, quasi de re dubia, & lita incerta, neque finita transfigit. Vndè quid mirum, si rescissa transactione, ad hoc, vt causa ex integro agatur, opus sit, vt accepta reddantur; non tamèn hinc sequitur debere ea reddi ante transactionis rescissionem. Quæ duo benè sunt attendenda tanquam inter se longè diuersa.

- 7 Aut, rescissa transactione, reo acceptante, actor in primæua lite vltérius progressi incipit, & tunc dubium non est, quin hic teneatur acceptum reddere, alioquin, transactione rescissa, transactionis beneficio vteretur. Quod durum hercle auditu esset. & hic propriè videtur casus, quem *Imperator* dedit in *d. l. si diuersa*, & ratio est, vt bene *Georg. loc. cit.* quia, cum pecunia debita, & data sit transactionis causa, & reus petens pecuniæ acceptæ restitucionem videatur à transactione recedere, meritò, illa rescissa, debetur pecunia ad hoc, vt in causa primæua actor vltérius progressiatur.

- 8 Sed dubium, quod ad *d. l. si diuersa* adesse posset, illud vtique videtur, an rescis-

refissa per iudicem transactio[n]e, actore primu[m] litis inuito, deinde teneatur hic acceptam pecuniam reddere? & quanu[m] pro affirmatiua respondendu[m] quisque arbitretur; h[ab]etandi tamen occasionem præbet d[icitu]r. quæ ad hoc, vt pecunia ex transactio[n]is rescissione reddatur, vtriusque requirit consensu[m], ergo si alterutrius consensu[m] deficit, locus esse non debet pecunia restitutio[n]i. Sed his non obstantibus, affirmatiua opinio prorsu[m] tenenda est. In promptu præfert ratio; nam per omnium ora volitat regula, q[uod] lex in alicuius beneficium constructa non debet in eiusdem odium retorqueri ex l. nulla iuris ratio 25. ff. de legibus; cum igitur legis ratio, vt diximus, hæc fuerat, nimirum ne actor, transactio[n]e iam rescissa, eius beneficio frueretur, cum huiusmodi dispositio[n]e pro reo sit, non debet in eius odium retorqueri. Quod autem lex hæc in Rei fauorem sit constructa, patet ex verbis illis, cum & in hoc desideras. Et aduerte, actorem hoc in casu, velit nolit ulterius litem prosequi, teneri nihilominu[m] acceptum reddere, non ex dispositio[n]e huius legis, vt infra dicemus, utpote quæ de rescindenda transactio[n]e illicite facta non disponat, sed ex l. 2. C. de rescind. vend. cum concordantibus.

9 Dubitari h[ab]it quoque posset, an, rescissa per iudicem transactio[n]e ad actoris instantiam, Reo semper inuito, teneatur actor pecunia restituere ad hoc, vt ad ulteriora progrediatur in lite? & videtur negatiu[m] respondendum, ex verbis illis, cum & in hoc desideras, sed reus hoc non desiderat, ergo pecunia restituenda non est. Nihilominu[m] tamen contrarium tenendum est eadem ratione, qua suprà; lex enim in Rei odium retorqueretur; & ulterius corr[ig]enda est imaginatio; nam dicta lex non disponit de ea rescissione, quæ, alterutro inuito, fit per iudicis sententiam, sed de ea, quæ de cōmuni vtriusque consensu fit. Ceterum, quod, rescissa transactio[n]e, teneatur actor ad

hoc, vt in lite ad ulteriora queat procedere, pecuniam restituere, cūm reus inuitus est, non accidit id ex dispositio[n]e huius legis, sed ex contractu rescisso, quo casu, quæ actoris sūt, actori redunduntur; quæ verò Rei, Reo, ex d. l. 3. cum concord. C. de rescind. vend.

10 Tandem quæri potest, an, transactio[n]e per iudicem rescissa, utroque inuito, actore scilicet, & reo, teneatur actor acceperam pecuniam reddere, an ne? & hoc in casu ex ijs, quæ huc usq[ue] diximus, dico istum teneri, cūm transactio[n]is rescissio non operetur, vt accepta reddi nequeant, sed oppositum; alioquin enim transactio noti dicetur refundi, sed pristino in robore firma remanere. Ut ergo omnia perstringamus, patet iam, sextum in d. l. si diversa non disponere super rescissione transactio[n]is, alterutro, vel utroque inuito facta, sed solum de ea, quæ utroq[ue] volente fit. Unde in omnibus his casibus facienda est accepti restitutio, sed nūquam ante rescissionem, vt vidimus: Et hæc satis. Cetera apud citatos vide te, cum iterum decantata rescribere, vel displiceat, vel non iuuet.

S U M M A R I U M .


- 1 **D**ispositio l. unicae C. quando Imperat.
- 2 Necnon constitutionis, statuimus, vt magna.
- 3 Et Ritus 230. M.C.V.
- 4 Status questionis.
- 5 Opinio Afficti.
- 6 Opinio Carauitæ.
- 7 Quæ iuribus disformis, praxi verò uniformis est.
- 8 Questio in tria capita scinditur.
- 9 Examinatur primum.
- 10 Examinatur secundum.
- 11 Ratio, cur privilegiatis concedatur huiusmodi beneficium.
- 12 Iuramentum contra bonos mores non est obligatorium.
- 13 Privilegia declinandi forum strictè sunt interpretanda.

- 14 *Explicatur opinio Vincentij de Francis.*
 15 *Opinio Muscatelli supèr dubio.*
 16 *Quanam ignorancia requiratur in fori declinatoria?*
 17 *Ignorantia quoad fori declinacionem id est*

- operatur in priuilegiatis, quod in non priuilegiatis.*
 18 *Examinatur tertium caput.*
 19 *Concluditur, personas priuilegiatas non posse post lucem contestatam opponere fori declinacionem.*

Q VÆ S T I O XXX V.

An post litem contestatam possint personæ miserabiles, cæteræ que priuilegiatae eligere forum, & frui beneficio
l. unice C. quando Imper?



- N*l. unice C. quædo Imper.* hæc inter cætera Constantinus disposuit. *Quod si pupilli, vel vidua, aliq; fortuna iuris miserabiles iudicium nostra serenitatis orauerint, præsertim cum alioquin potentiam perborrefcant, cogantur eorum adversary examini nostro fui copiam facere.* Concordat ius Regni in const. statutum ut magna, ubi, Nec non miserabilium personarum, quarum est priuilegium forum eligere, &c: Quoniam vero dubium erat, an ex criminis causa potuissent forum declinare, aduenit Ritus secundum Caranita ordinem 230. qui dubium hoc penitus amouit. ibi. *Item quod si quamulier vidua, seu pupillus citatus de mandato dictæ curie pro aliquo criminali voluerit declinare forum ipsius curie ad alium iudicem competentem, comparere abet personaliter in dicta curia Vicaria allegatura, vel allegaturus in eadem curia quicquid sibi de iure competet supèr declinatione fori predicti.* Hinc lis exoritur, an electio fori, quæ per iura hæc miserabilibus competit, fieri possit, lice iam contestata, quæ contestatio in Regno dicitur facta, dato termino ad probandum?
- Et *Affl. in consti. statutum ut magna n. 24.* negatiuè respondet, modò per errorem relictæ non sit ante litis cō-

- testationem. Hunc acerrimè impagnat 6 *Caranita supèr ritu 231. post n. 3.* ea nimis ratione, quia priuilegio concessum 6 so personis miserabilibus renunciari nequit, alioquin, cum illud concessum sit miserationis intuitu, si renunciari posset, misericordia auferretur, quod esset contra bonos mores, Vnde etiā post conclusum in causa posse illas elegere forum, sicque vnu iam receptum, concludit.
- 7 Ego, vt verū fatear secundum quotidianam praxim pro Caranita statem, ni ratio aliter suaderet. Et quidem, si veritatem indagare non displiceret, in tria capita quæstionem hæc scindamus.
- 8 quorum primum consistet in examinando, an natura declinatoriæ fori sit talis, vt opponi debeat ante litis contestationem? Secundum; an si huiusmodi sit, minori aliter permittatur? Ultimum, an saltem per in integrum restitucionem?
- 9 Quoad primum nulli dubium esse poterit, quin fori declinatoria opponenda sit ante litem contestatam; nā præterquamquod sit vna ex dilatorijs exceptionibus, suadetur tamè ex eidemissimo sex. à Doctoribus omnibus vnanimirè explicato in l. fin. C. de exceptiōnibus. ibi. *Præscriptiones fori in principio litis à litigatoribus opponendas esse legum decreuis authoritas, ex quo apparat eam utique esse in litis principio opponendas, quia si quis actus fieret, per*

per quēm in iudicem consensus denotatur, non posset amplius opponi. Ita magistraliter *Bart.* ab omnibus approbatus in *l. quidam consulterat n. 12 ff. de re iudicata.* De hoc primo capite igitur nulli dubium; tota vis stat in secundo.

10 Pro quo breuitè aduertendum est, nullo iure caueri, per minorem posse fori declinatoriam post litem contestatam opponi (præscindendo de restituzione in integrum, de qua postremo loco) igitur dicendum est, eam retinere primævam naturam in primo capite à nobis descriptam, scilicet ut nec à minoribus opponi possit postquam iij in iudicem consensere, sicque post litem contestatam. Quoniam verò nimis vrgere videtur priuilegium personis miserabilibus concessum, nempè ut possint iij forum eligere partis perhorrescentiam iurantes, ne putetis velim illud quoque concessum post litem contestatam. Quod ut clariū appareat, sciendum est, miserabiles eo prorsū modo posse iudicem eligere, quo alij declinare; etenim sicut quisque iudicē incompetenter declinare potest, ita & isti quemcunque etiam competentē pro libito perhorrescentiam iurando. Vndè, ut consideranti patet, differentiā in hoc stat, ut sicut omnes queunt à iudice incompetente diuerti, ita & illi à quolibet etiam competente, prout per *d. l. 1. c. quando Imper. disponitur.* Cæterum pari passu ambulant. Quare sicut alij fori declinatoriam post litem contestatam opponere nequeunt, ita nec isti. Hic discursus miserabilium priuilegio mihi tam congruus videtur, ut nullum in contrariū ius assignari posse videam. Si igitur expressè tautum non est, fori declinatoriam posse per miserabiles post litem contestatam opponi, cur declinatoriæ natura ullo absq; fundamento ita scindenda est, vt scilicet à miserabilibus queat post litem contestatam opponi, secūs à cæteris?

Quod si cum *Caranita* dixeris ratio-

nem esse, quia priuilegium hoc conceditur miserationis intuitu; adeoque si illud denegaretur, misericordia exularet; nihil quidem contrā nos probabis; Etenim non dicimus priuilegium hoc simplicitè denegandum, sed tantummodo post litem contestatam; & quod iure denegandum sit, ad evidentiam demonstrabo; nam formalis ratio, cur priuilegium hoc miserabilibus concedatur, illa vtique est, quia quandoque nimis vrget aduersæ partis potentia. Vndè hunc esse finem patet ex eo, nam tenentur partis perhorrescentiam iurare; igitur quoties forum non elegere, totiès censemur non perhorrescere ex aduersæ partis potentia. Si res ita se habet, dubium non est, quin post litem contestatam, vbi iam in iudicem consenserunt, non possint forum variare. Quare, quamuis cum iuramento nequeant isti huiusmodi priuilegio renunciare (quod nedum patet) ex eo, quia iuramentum contra bonos mores non est obligatorium *cap. non est obligatoriū de reg. iur. in 6.* vt benè aduertit *Idem Caranita.* ubi sup. n. 5. nō tamē hinc sequitur, posse beneficium hoc peti post litem contestatam, cum ibi miserabilis positivè renunciaret beneficio sibi competenti; hic autem simplicitè non vtereatur; vndè non mirum, si ibi denegatur, secūs hic. Quæ duo sunt benè aduentanda; alioquin quotiescumque aliquis huiusmodi beneficio non vretur, dicamus oportet, illum verè operari contra bonos mores, quod nemo hucusque dixit.

Ex his miror *Follerium in praxi crimin. rubr. audiantur excusatores ante nu. 99.* dixisse, non esse dubitandum, quin, licet miserabiles in iudicem consenserent, coram Iudice ordinario possint postea variare, & petere se ad aliud Tribunal remitti, Miror, inquam; nam ille antea dixerat *n. 98. ex Specul. in tis. de comp. iud. elect. n. 15.* & in *tis. de reo n. 8.* facta electione, non esse amplius miserabilibus licitum variare, quotiescumque hi declarassen, se illum in suū

F f iudi-

iudicem eligere partis perhorrescentiam jurando. Iam verò quæ maior declaratio, quam litem coram eo iudice contestare? Neque obstat partis perhorrescentiam non iurasse, cum juramentum hoc requiratur, ipsis forū eligentibus, non in foro consentientibus, vt consideranti patet. Quinimmo pro nostra isthac opinione in testē aduoco Follerium ipsum *vbi supra num.*

13. 101. Cuius verba hæc sunt. *Item priuilegia declinandi forum sunt strictè interprætanda, cum sint causa multorum malorum l. penult. C. de priu. schol.* & ibi no: *Luc de Penn. lib. 12. & ita tenerem de iure &c.* Quid ergo dubitandum, cum pro nobis & aduersarios ipsos inuitos habeamus? Et licet de *Franchis in decis.*

100. n. 20. dicat remittendam esse causam etiam appunctuatam (vt eius terminis utrū) hoc tamèn intelligi debet, cùm fori electio esset opposita antè litem contestatam; cum alias, vt sèpiùs dixi, ignorem, quibusnam medijs ad-

14. 15. uerbariorum dicta defendi queant. Vnde *Muscatell.* in *praxi ciuiti. Gloss. competentes part. 2. n. 30. in fine* concludit dicta *Caramita* locum habere, cùm miserabiles per se ipsos litigarent, agendo, vel excipiendo absque procuratore, cum quo lis fuissest contestata; secùs autem, si comparuissent in iudicio cum procuratore, vel suis curatoribus, si minores: & cum ipsis lis fuissest contestata, quia tunc ignorantia non prælumeretur; & in hoc videtur conuenire cùm *Aff. in d. const. statuimus ut magna, vbi dixit,* isto in casu fori declinationem non minus cōpetere priuilegiatis, qui electionem fori habent vigore *d. l. vni- ca*, quam cæteris non priuilegiatis ob iudicis sortisè incompetentiā; & sic rationē deduci ex *textu in l. si per errorem, ff. de iuris d. omn. iud.* ibi, *Si per errorem aliis pro alio prætor fuerit aditus, nihil valebit quod actum est; nec enim ferendus est qui dicat consensisse eos in Praesidem, cum, vt Iulianus scribit, non consentiant qui errant.* Quid enim tam contrarium consensui, quam error, qui impe-

ritiam detegit? Sed sex, hic loquitur de *16 ignorantia facti, quæ potest opponi post litem contestatam, vt benè Glos.* in verb, qui errant, Contrarium verò dicendum est, cùm viget iuris ignorantia ex sex. in l. 2. ff. de confessis. ibi. Non fatetur qui errat, nisi (notate) ins ignorantis. Vnde ignorantiam iuris oppositam non releuare, si ea opposita sit post litem cōtestatam, docuit *Gloss. ibid.* in d. verb. si errant. Cum ergo non minùs priuilegiatis, quam cæteris iuuet error; & ignorantia, si declinatio fori est error iuris, sicuti opponi nequirit à non priuilegiatis post litem contestatam, ita pariter opponi nequibit à priuilegiatis, sive Muscatelli conciliacionem locum habere arbitror, cùm declinatio fori esset per miserabiles opposita antè litem contestatam, quo casu nō iniuria forum eligible, idque quamuis actum egisset, per quem in iudicem consensum dēnotasset, modò lis contestata non sit, vt diximus; si igitur minor per se, vel per procuratorem in iudicio comparuerit, in utroque casu sempèr poterit forum declinare ante litem contestatam ex ignorantia iuris probata; secùs verò post litem contestatam, quia iuris ignorantia locum nō sibi vēndicaret; & sic mera ratione ignorantiae attenta, conueniunt priuilegiati cum non priuilegiatis ex sex. in d. l. si per errorem, & d. l. 2, hoc tamèn excepto, ne *Muscattellum* penitus deseramus, vt scilicet, si miserabiles per se litigent sine procuratore, statim probata censeatur ignorantia; secùs verò id dicendum est de cæteris non priuilegiatis. Sed de his obitè. Interim illud certum sit, ignorantiam non operari, vt priuilegiati possint opponere fori declinatoriam alio modo, quam non priuilegiati. Quæ omnia cessant, vbi non concurrit ignorantia per sex. in l. 2. ff. de iud. quem refert *Muscattell.* loca cit. n. 38. Quoniam verò licet ex capite ignorantiae videantur personæ priuilegiatae non admittentiae ad fori electiō nem, lice iam contestata, dubium tamèn vide-

Videtur ex capite restitutionis in integrum, ideo

[18] Quoad tertium caput nostræ questionis à nobis propositum dicimus, neque per viam restitutionis in integrum posse priuilegiatos forum eligere; vel variare post litem contestatam. Illi promptu se se offert sex. in l. scio; ff. de restit. in integr. ibi. Scio illud à quibusdam obseruatum, ne propter satis minimam rem, vel summam, si maiori rei, vel summa præindicetur, audiatur is, qui in integrum restituui potest. Qui sex. in re nostra valde facit; etenim ad dilationes inducendas priuilegiatus quandoque restituitur in maioris rei præiudicium, dum infinita deducuntur dispendia, quibus non priuilegiati afficiuntur in foro declinando. Vnde aduersus quamcunq; modicam læsionem non restituendum minorem concludit Capyc. decis. i. 3. & de declinatoria fori loquitur est Andr. in constit. obscuritatem in princip. Sequitur, & firmat idem Muscatell. d. gloss. competentes n. 35. Ex quibus, ut vela contraham. satis superque suadetur, personas priuilegiatas ex quacunque causa non posse forum eligere post litem contestatam, Authores verò in nostram sententiam vide apud Nouar. in prax. elect. & var. for. par. i. sect. i. q. 3. n. 1. Et hæc satis, iuris rigore attento, quamuis in contrarium obstat quotidiana praxis in causis criminalibus teste Domino Reg,

Don. Ant. de Marin. in lib. 2. resol. quo cap. 48. in fine.

S V M M A R I V M.

- 1 **E**rror Afflict. & Pisanelli.
- 2 **V**erior est opinio Frecciae.
- 3 **D**ispositio iuris communis in imponenda seruitate super feudo.
- 4 **D**e quo iure prohibetur tantum diminutio, non melioratio feudi.
- 5 **P**ro cuius confirmatione adducetur verba Andreæ.
- 6 **S**eruitus importat diminutionem.
- 7 **D**ispositio const. Diuæ memoriae correxit ius commune in multis.
- 8 **S**atisfie Pisanello, & Afflito.
- 9 **Q**uanam fuerit mens statuentium Regium assensum in alienationibus feudorum?
- 10 **O**stenditur, seruitutes quamvis diminutio nem non importent, nihilominus prohiberi.
- 11 **E**t tandem demonstratio argumento probatur nostra sententia.
- 12 **P**ro qua affiruntur verba Andreæ non biscum sentientis.
- 13 **O**stenditur, Pisanellum dixisse contradictoria.
- 14 **I**mpugnatur Dominus Reg. de Marinis.
- 15 **S**eruitus est qualitas inherens rei.
- 16 **P**ropalatur error Frecciae in assignanda ratione sua sententia.

Q VÆ S T I O XXXVI.

An in imponenda seruitute supèr feudo ; tām de iure communi , quām huius regni requiratur principis assensus , etiam ad hoc , vt ipsi feudatario præiudicium inferatur ?



Vandoque bonus dormitat Homerus . Affictus in nostro Regno alter Evangelista in consit. Diua memoria post nu. 19. immemor eorum , quæ in principio d. Consit. dixerat , negatiuam amplexus est sententiam contra germanam iurum dispositionem , cuius errorem sestatuſ esse inter ceteros videtur Pisanellus olim Aduocatorum Princeps , teste Anna sing. 6. adductus in lib. 2. resol. quotid. cap. 30. n. 8. à Dominino Regente de Marinis , qui eius dicta ad verbum refert suam non propalando sententiam , ne fortassis à tanti viri authoritate recedat . Ego igitur cum Freccia in lib. 2. de subfend. in quest. incip. pluribus autem modis num. 18. aliter sentio , cuiuslibet autoritatem veritati postponens ; vt autem distincte procedam .

3 Certum est , attento communi iure feudorum , vt seruitus imposta supèr feudo , directo Domino præiudicium afferat , requiri eius assensum ; secūs autem , si de contrahentis præiudicio agatur . Quod satis supèrque palam est , in cap. unico §. quid ergo . De inuest. de re alien. fact. vbi . Quid ergo si pretio , vel dolo , aut incuria seruitutem rei beneficiariae imponi patiatur , & ad Dominum ex qualibet causa postea beneficium reverteretur , an ex eo præiudicium Domino generetur , quasitum fuit , & responsum est , vt vassallo quidem , donec feudum tenet , possit obesse , domino autem & si per longe

tempora perseveranter servitus , minime noceat . Pro cuius textus explicatione sciendum est , de iure communi feudorum prohibitam esse feudi alienationē factam sine Domini consensu , vt in cap. Imperiadem de prohib. feud. alien. per Feder. ibi . Sancimus ut nulli liceat feundum eorum , vel partem aliquam vendere , vel pignorare , vel quoconque modo distrahere , seu alienare , vel pro anima iudicare sine permissione illius Domini , ad quem feundum spectare dignoscitur . Vnde Imperator Lotharius in futurum tantum praecauens ne fieret , legem tunc promulgavit . Nos autem ad pleniorum Regni utilitatem prouidentes non solum in posterum , sed etiam huiasmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas , &c. Constat ergo prohibitam esse quancunque feudi alienationem sine Domini permissione ; quoniam vero cap. hoc refertur ad aliud cap. nemp̄. primum de prohib. feud. alien. per Lothar. idcirco iuuabit & illud examinare . ibi . decernimus nemini licere beneficia , que à suis senioribus habent sine ipsorum permissione distrahere , vel aliquod commercium aduersus tenorem nostra Constitutionis excoigitare , per quod Imperij ; vel Dominorū 4 minuatur utilitas , &c. Ex hoc igitur cap. deducitur , qualisnam alienatio prohibeat , & evidentè concluditur , illum prohiberi , quæ feudi diminutionē importat , secūs vero , quæ augmentū . In promptu præfert cap. unicum de inuest. de re alien. fact. §. è contrario , ibi . Meliorem nanque conditionem feudi facere potest , deteriorem vero sine Domini voluntate , vel eorum agnatorū , ad quos per

suc-

Successionem pertinet, facere non potest.
*Hinc errasse arbitror Pisanellum assertum, prohibitam esse de communi iure feudorum quamcunque alienationem, præscindendo, an ea melior, an deterior fuerit, confitum fortasse in d. cap. Imperiale, quod indistinctè loquitur; & non immerito, dum, ut vidistis, refertur ad aliud cap. vbi per Imperatores Lothar. explicatur, eā tantummodo alienationem censeri prohibitam, quæ de feudo diminuendo agit; superfluum erat ergo ad verbum eandem repetere dispositionem in d. cap. Imperiale, super quo quamuis Andreas dicat quamcunque feudi alienationem esse prohibitam, non tamè obstant eius dicta; loquitur enim tantum de illo iure. ibi.
 5 *Iure isto simpliciter prohibetur alienatio.* Vnde in cap. si quis interficeris num. 6. in addit. hæc ait. *An meliorando conditione feudi possit alienare, videtur quod sic de iniust. de re alien. S. è contrario.* In Regno Sicilia, &c. Neque officit, quod loquatur per verbum, videtur; nam sic illum assolere loqui, alibi diximus. Sed hæc dicta sunt ad ostendendum contra Pisanellum de communi iure feudorum, eam tantum alienationem censeri vetitam, quæ feudi diminutionem importat, non quæ augmentum. Ceterum quomodounque se res habeat, dubiū non est, quin, quoties diminutio militat, locum habeat alienationis prohibitio. Supereft modò ad d. S. quid ergo explicationem, vt videamus, an seruitus feudi diminutionem importet? Pro
 6 *qua re Bart. in l. 1. ff. de seruitutibus*, ait seruitutem esse ius quoddam prædio inhærens, ipsius utilitatem respiciens, & alterius prædij ius, siue libertatem diminuens. Vnde Iustinian. in l. fin. C. de reb. alien. non alienand. disposuit, vt prohibita alienatione, censeretur similitè prohibita seruitutis impositio. ibi. Similique modo, & seruitutes minimè imponi, nec emphryceos contractus, nisi in his raro summodo casibus, in quibus constitutiones autoritas, vel testatoris voluntas, vel passionum tenor, qui alienatio-*

nem interdixit, aliquid tale fieri permisit. Quid ergo mirum, si per d. S. quid ergo, disponatur, seruitutem feudo impositam non præiudicare Domino feudi non consentienti? Quoniam vero de iure communi quisque prohibetur contra factum proprium venire, per Bart. in l. post mortem ff. de adoption. ubi post mortem filia sue, que ut materfamilias, quasi iure emancipata vixerat, & testamento, scriptis heredibus, decessit, aduersus factum suum, quasi non iure eam, nec presentibus testibus emancipari, pater mouere controvèrsiam prohibetur. Merito igitur per d. S. quid ergo, disponitur, vt seruitus super feudo imposta, feudatario consentienti, & patienti præiudicet. Quare ex his concludamus oportet, de iure communi feudorum seruitutem super feudo impositam absque Domini consensu ipsi Domino nullum afferre præiudicium, secùs vero feudatario patienti; & in hoc cum Afflito, Pisanello, ceterisque conuenio, ab eisque ex hucusque dictis, vt consideranti patet, non nisi temerè recederem:

7 Aduenit tandem Constitutione Regni incipiens, Constitutionem Diuina memorie, quæ intè cætera in hoc correxit ius commune, in disponendo videlicet, vt contra iuris communis regulas liceret contrahentibus contra factum proprium venire, teste ipsomet Afflito in d. constitut. in princip. en eius verba. Sed per istam constitutionem per alienationem factam de feudali re sine offensi Regis non perditur feudum, sed ipse idem vigore huius constitutionis potest revocare ipsam alienationem, & sic venire contra factum proprium non obstante iuramento, & stipulatione penali, quod est contra regulam iuris communis, que vult, quod non est licitum venire contra factum proprium, vt in l. post mortem ff. de adoption. & not. in cap. diversis de cler. coniug. nec contra proprium iuramento, vt in cap. cum contingat, & cap. debitores de iure iuri: hucusque Affl. & merito quidem sic scripsit, dum in d. const. hæc leguntur, eisdemque contra benibus, & alienantibus concedimus postea.

refasem iure proprio predicta omnia reuocare, vbi Andr. in verb. iure proprio, hæc subdit. Non propria authoritate, sed iure proprio, scilicet speciali, quia specialiter hoc est inductum, ut veniat contra factum suum regulariter contra ff. de adop. l. post mortem. Ex his ergo ad evidentiā, ni mei oculi cæxutiunt, deducitur, posse vigore huius constitutionis feudatarios seruitutem patientes contra patientias, factumque proprium huiusmodi seruitytein, ipsis consentientibus, impositam reuocare: sicque nec cam feudatarijs præiudicium afferre palam est; adeoque correctum esse d. S. quid ergo per hanc constitutionem quoad illud caput, quod feudatarijs præiudicium inferebat, quisque vel inuitus fatebitur. Quod si verum præfert, non dubito, quin Principis assensus requiratur ad hoc, vt seruitus non dum directo Domino, sed & ipsi feudatario præiudicet. Superest modò, vt Afflito, & Pisanello satisfaciamus.

8 Horum præcipua ratio est, quia cum constitutione quoscunq[ue] contractus feudum tangentes prohibeat, quoties de eius diminutione agitur; cumque seruitus feudum non diminuat; adeoque semper Domini ius saluum sit, talis prohibitio cadere non debet supra seruitutis impositionē; & quamvis in l. fin. C. de reb. alien. non alien. prohibita alienatione, censeatur prohibita seruitutis impositio, hoc locum non habere aiūt in materia de feudis, in qua diuersimodè disponitur per d. S. quid ergo.

Sed hæc ratio multipli ex capite rejicitur, primò, quia d. constitutione non solum prohibet alienationes, quæ diminutionem important, sed quascunque alias; en d. constitutionis fermocinatio, constitutionem Diua memoria Regis Rogerij, cui nostri super prohibita diminutione feudorum, & rerum feudalium ampliantes (si ergo ampliatur, non contrahetur ad solam diminutionem) decernimus omnes (notate) alienationes, seu quoscunq[ue] contractus super feudis, & rebus feudalibus minuendis, aut commutandis,

dis, nullam omnino firmitatem habere, nisi de speciali nostra celsitudinis licentia confirmantur. Transactiones etiam &c. Patet ergo falsum esse, de iure Regni prohiberi eas tantummodo alienationes, quæ diminutionem important; igitur quamvis seruitutes feudum non diminuerent, etiam prohiberentur imponi absque Principis consensu.

Secundò, esto verum hoc, annona seruitus, quæ à feudo libertatem affert, eius ius diminuere dicetur? ergo quamvis constitutio prohibeat tantum diminutionem, adhuc censetur prohibita seruitutis impositio.

9 Tertiò, si mens statuentium in quacunque alienatione Principis assensum, ea fuit, vt Princeps feudatarium, deuolutiones, & cætera huiuscmodi non ignoret, vt perbellè scripserunt Reg. de Ponte consil. 17. lib. 2. n. 8. Reg. Tapia decis. 47. n. 2: alijsq[ue] quos refert, & sequitur Domin. Reg. de Marin. in lib. 2. resol. quod. cap. 31. num. 14. Palam est, in imponendis seruitutibus, vt Domino patet iurum deuolutiones, eius assensum requiri.

10 Quartò Pisanellus ait, de iure communali prohiberi non solum alienationē, quæ diminutionem importat, sed etiam, quæ ampliationem villa absque distinctione, & per d. constitutionem corrigi ius commune feudorum. Ast vbinam talis correctio? Cum igitur ea sit euittanda. ad text. in l. præcipimus. C. de appellat. secundum Pisanell. sententiam, qui indistinctè alienationem de iure communali prohibet, censetur etiam ea prohibita de iure Regni; adeòq[ue] quamvis seruitutes diminutionem non arguant, prohibentur tamè sine Principis assensu. Sed quid in re tam clara somniamus? Näm non minus de iure communali, quam Regni seruitus imposta super feudo absque Domini consensu ipsis Domini non præiudicat, secùs autem ipsis contrahentibus, cum contra factum proprium venire nequeant, sed de iure Regni possunt venire contra factum proprium, igitur reuocando quod

quod fecerant, nullum patientur præjudicium. Hanc puto esse demonstrationem. Cæterum iniuria *Pisanellus* ait, *Andream non dixisse, per dictam constitutionem prohiberi seruitutis impositionem*. Illum quæso audite *in verbis transaktionis super d. const.* Hic corrigitur expressum d. cap. si vassallus de feudo suo, &c. & si de feud. controuer. fuer. Dic plenè, ut ibi. & sicut prohibetur alienatio rerum, ita, & iurum, ut seruitutum C. de reb. alien. non alienand. l. fin. Item remissio, &c. Nescio an queamus modò de *Andrea* mente dubitare, dum expressè hic iliam propalat.

Vlterius insudat *Pisanell.* in reprobanda contraria opinione, quæ fortassis consolidari posset cap. *Regni. Pondus aquum*; ait enim hoc cap. loqui de alienatione herbarum, & lignorum, quæ vaporè feudi fructus, alienari non possunt; deinde subdit per d. cap. requiri baronis tantum licentiam, non autem Domini directi.

3 Sed, salua eius pace, in terminis contradictionia loquutus est; etenim si frumentus feudi in perpetuum alienari prohibentur, & de illis loquitur d. cap. quomodo substineri poterit, sat esse tantummodo Baronis licentiam? præterquam quod loquitur illud de feudi præiudicio fundato supèr illo iure pascendi, & lignandi, quod necessariò requirit directi Domini consensum, ut mirificè dixit *Dom. Reg. de Marinis* in dict. cap. 3.

34 num. 7 Vnum verò displicet, nimirum quod ipse assensum réquirat in imponenda seruitute juris pascendi, & lignandi; secùs vero in alijs seruitutibus, quarù disparitas nescio an reperiri possit, quæ efficaciter conuinçat. Cæterum quod d. cap. loquatur de assensu baronis, falso est, cum sic illud decideret casum indubitabilem; quis enim unquam dubitauit, an ad imponendam seruitutem supèr feudo, quod à barone possidetur, requiratur eiusdem consensus? igitur de eo assensu loquitur, quod requiritur in alienatione. ibi, *Cum talis communio alienationis specie con-*

tinere noscatur, quæ in feudalibus sine su superioris licentia est penitus interdicta Iam verò assensus in alienatione requisitus Principis esse debet, nedum Baroni, vt hucusque vidimus, & à nemine negatur.

Tandem insudat *Pisanell.* in suadendo, seruitutem non esse alienationem, sed cùm obijcitur textus in l. fin. C. de reb. alien. non alienand: statim respondet illum loqui, quotiescumque alia in contrarium dispositio non est, qualis viget in casu nostro per d. S. quid ergo, vbi Baroni, non Domino præiudicii infertur. Qua pro re nonnullos citat ex autoritate Baldi id asserentes; sed quoniam iij in terminis iuris Regni non loquuntur, pariter non obstant. An autem d. S. quid ergo, sit correctum per d. constitutionem *Divia memoria*; affirmatiuè respondet *Afflict.* qui in princip. dict. constit. intèr cæteras correctiones hanc apponit, vt videre est ex eius verbis à me superius fideliter relatis, quāuis postea eorum immemor contradictoria fuerit amplexus.

35 Cæterum, esto seruitus non sit tota res, nec pars illius; attamen qualitas est ipsi rei inhærens. ex l. quid aliud ff. de verbis significat. vt declarat *Gomez de contract. cap. 2. num. 45.* Unde si supèr re imponatur seruitus, talis res nequibit dici qualis priùs erat; cum eius qualitas mutetur, ac proindè è libera, & domina, serua, & vinculata euadat. An hoc diminutionem, alienationemque libertatis, & iurum importet; vestrum erit iudicare.

36 Displacet autem quod subdit *Freccia loco citas*, scilicet per l. fin. C. de reb. alien. non alienand. corrigi d. S. quid ergo ex eo, quia per d. l. disponitur, vt prohibita alienatione, censeatur quoque prohibita seruitutis impositione, quæ per d. S. prohibetur. Displacet iacquam dictum. hoc, dum correctionem inducit, vbi facillima adaptari potest conciliatio; etenim d. l. finalis. disponit de rebus allodialibus, & burgensaticis; dictum verò S. quid ergo de feudalibus. Unde igitur

igitur elici potest correctio? Tandem nonnulla alia adducit ad probandam nostram sententiam, quæ an efficaciter conuincant, lectoris est videre.

SUMMARY.

- 1 **D**ispositio Prag. 23. de feudis.
- 2 **P**ropositio questio.
- 3 **O**pinio Rouiti.
- 4 **C**uius dicta propalantur.
- 5 **A**dmonitus à Domino, ut fidelitatem praes si distuleris, feudo priuatur.
- 6 **S**i maritus intraspantium sexaginta dierum declaraueris se nolle uxorem accusare de adulterio, statim alijs admittuntur, non expectata tota dilatatione.
- 7 **F**ilijs nolentibus paternorum bonorum possessionem agnoscere, sit locus cateris.
- 8 **H**eredes licet autem inuentari confiendi tempus conueniri nequeant; tamen illo confecto, statim conueniri possunt; sed vide n. 13.
- 9 **P**roximiore agnato renunciante reuocacioni facienda ex alienatione feudifera, ipso irrequisito, sit locus cateris.
- 10 **A**d maiorem facilitatem formansur via quasita.
- 11 **Q**uislibet potest faveri suo renunciatione.
- 12 **L**ex in alicuius favorem adiuuente non debet in eius odium retorqueri.
- 13 **H**eredes tunc possunt conueniri facto inventario, cum tempus à iure datū clapsum est.
- 14 **T**empus à iure communi concessum ad petendam feudi inuestitaram.
- 15 **G**radus de iure communi feudorum circa inuestitaram.
- 16 **I**ntellectus ad Andream in cap. 1. §. inuestitura. De noua forma fidelitatis.
- 17 **P**ro quo adducuntur eius verba in capit. Imperialem §. præterea si quis infeudatus.
- 18 **D**e iure communi feudorum non est praefixum tempus ad fidelitatem iurandum.
- 19 **I**n casu nostra questionis non est recurvandum ad ius commune.
- 20 **A**nnus statutus à Regia sanctione currit post biennium datum ad expediendum privilegium in forma Regie cancellaria.
- 21 **E**xplicatur sensus dictæ Regie Pragmaticæ.
- 22 **S**olnuntur ex dictis argumenta Rouiti.
- 23 **D**emonstratur, diversam naturam sapere tempora appellationis, & tempora concessa per Regias Pragmaticas de feudis.
- 24 **L**ex nostra ad ea adaptatur, que frequenter accidunt.

QVAE-

QVÆSTIO XXXVII.

An annus datus ad expediendas literas assecurationis vassallorum ; & præstandum fidelitatis iuramentum , currat post biennium datum ad obtinendum assensum in forma Regiæ Cancellariæ , quamvis ante biennium obtentus sit ? vbi varia huiuscmodi tempora , iure communi attento , adducuntur ad dilucidationem Pragm. 23. de feudis .

- 1** Nter cætera , quæ in hac Pragmat. habentur , hæc sunt. *Mandamus* , quod tēpus , quod statuitur empori- bus feudorum in Regijs assensibus expediendi literas assecurationis vassallo- rum , & præstandi iuramentum fidelitatis , non currat a die data memorialis ipsius assensus per verbum , sicut , in forma , sed post biennium concessum ad expediendum pri- uilegium assensus in forma Regia Cancel- laria ; ut non prius decurrat tempus pra- missa faciendi , quæam ipsis consignatum fue- rit priuilegium Regij assensus cum clausula **2** *prædicta* . Hinc exorta lis est apud Rouitum in d. Pragm. an tempus hoc vnius anni concessum ad expediendas literas assecurationis vassallorum , & præstandum fidelitatis iuramentum currat post biennium , an ante , si fortassis prius bién- nio expeditus sit Regius assensus in for- ma Cancellariæ ? Occasio autem du- bitandi defumitur ex ultima oratione verborum , quæ supra retulimus , *ut nō* **3** *prius* , &c. Et Rouitus inquit , annum hūc incipere à die obtenti assensus in forma Regiæ Cancellariæ , quamvis ante bién- nium obtentus sit . Ego autem propa- labo primò eius argumenta , *vt deinde* quæstionem faciliu[m]a methodo dispo- nam .
- 4** Rouitus igitur à n. 10. super d. Pragm. inquit , quod , cum in Regno sublatæ sint inuestituræ solemnitates , ac proin-

dè per assensum intelligatur quisque in- uestitus , teneatur de iure communi sta- tū post assensum præstare fidelitatis iu- ramentum cap. 1. in fin. de noua forma fi- delitatis : & cap. 1. quid præced. deb. an in- uesti. an fidel. Nam , cum Dominus inue- stiendo ex parte sua adimpleuerit , co- gitur statim vassallus , quod ad se spe- ciat , adimplere ad text. in l. Julianus §. of- ferri , ff. de act. empe. Quod adeò verū præfert , vt admonitus à Domino , ad fidelitatem præstandam , si distulerit , feudo priuetur cap. 1. qua sit prima cau- sa benef. amit. cap. 1. de Cap. Corrad. & cap. nulla vbi DD. Per quos fiat inuestitu- ra , Ex quibus sequi , inquit , iuramen- tum fidelitatis esse præstandum statim , perfecto contractu , cum sequi debeat rati post inuestituram , quæam post cap- tam feudi possessionem ,

Quæ sita sunt , palam est , iuramen- tum fidelitatis esse præstandum imme- diatè post assensum obtentum in for- ma Regiæ Cancellariæ . Quod verè perpendisse Regiam Sanctionem conclu- dit . Neque obstare ait tempus bien- nij per ipsam concessum ; nam vel illa aperte casum decidit per verba sequē- tia , ita ut non prius , &c. vel ex eo , quia casum omisit , recurrendum est ad ius commune , de quo iure indubitatum est , tempus præstandi iuramentum cur- rere à die obtenti assensus , cum vera sit regula , quod , cessante causa dilationis , cesseret & dilatio , quæ concedi- tur vel ab homine , vel à lege , prout multis comprobatur , &

G g 6 Pri-

- 6 Primiò ex l. *Si maritus la seconde* §. si negauerit, ff. ad leg. *In l. de adulteri*, vbi licet marito detur spatiū sexaginta dierum quoad prælationem in accusanda vxore de adulterio, tamèn si intra tale tempus declarauerit, se illam nolle accusare, sit locus cæteris, non expeditata tota dilatione.
- 7 Secundo ex l. *penult.* §. *Si intra, ff. de successo, adicet*. vbi, licet filiis detur facultas petendi bonorum paternorum possessionem; si tamèn iij declarauerint se illam nolle agnoscere, alij statim subingrediuntur, nec expectandus est certes tui diei lapsus.
- 8 Tertiò ex l. *fin.* §. *donec C. de iure deliber.* vbi, quamvis hæredi cum beneficio inuentarij detur trium mensū spatium ad conficiendum inuentariū, quo durante, conueniri nequeat à creditoribus hæreditarijs; tamèn, si antea compleuerit inuentarium, statim conueniri potest.
- 9 Quartò, nam, licet alienato feudo, irrequisitis agnatis, detur proximiori agnato tempus vnius anni ad reuocandam alienationē ex cap. 1. §. *Si quis. verb. Titius. si de feud. defunct: content:*, tamèn si proximior agnatus renunciet, non expectato anno, sit locus alijs agnatis; & sic inquit, non obstat tempus à *Pragm. præfixum*, cū ab illa non fuerit principaliter consideratum tempus biennij, sed consignatio privilegij, arguendo hoc ex paritate decisionis *Pauli de Castro* dicentis, statute statuto, quod intra decem dies appellare quisque possit, & per sexaginta diēs prosequi, tempus sexaginta diērum intelligendum esse à die appellationis interpositæ, & non ab ultimo, Quam regulam amplexus est *Summus Pontifex in clement. sicut de appell.* vbi statuitur, annum datum ad prosequendā appellationem currere à die interpositæ appellationis.
- Quoniā verò possent aduersarij respondere, non valere iuris communis allegationem in casu hoc, dum per illud non statuitur tempus vnius anni ad-

præstandum huiusmodi iuramentum, acriorem reali pugnam in num. 3. probans primò ex multis *Andree*, cæterorumque *DQ. locis*, nouo acquisitori datum esse tempus vnius anni, & diei ad petendam inuestituram, ex quibus deducit, sub ratione inuestituræ contineri etiam fidelitatis iuramentum. Secundò ex eo, quia, si feudum acquiritur successione, infra annum, & diem successor debet petere inuestituræ confirmationem, & præstare fidelitatis iuramentum, ex multis iuribus, quæ, si videbitur, suo loco adducemus; sin autem feudum acquiritur inuestitura, certum est, inuestituram realē debere fieri post præstitum iuramentum cap. 1. §. *inuestitura de noua forma fidelit:* & quamvis famosa hæc controversia decisa fuerit contra inuestituram, vt scilicet prior debeat esse inuestitura; quam iuramentum, id intelligendum est de inuestitura verbali, & abusua, ex quibus deducitur de iure communi verè esse præsum tempus præstandi fidelitatis iuramentum, quod adeò verum præferre ait, vt, ni fuerit petita inuestitura, & præstitum fidelitatis iuramentum infra annum, & diem, possit feudo priuasi vassallus; & tandem concludit, non sat esse, vt ille polliceatur fidelitatis iuramentum, sed requiri, vt actualiter præster; & sic veram esse regulam, de iure communi feudorum præfigi annum ad præstandum huiusmodi iuramentum. Quare, si illi standum est, annus currere incipit à die inuestituræ; sicque in Regno à die obtenti assensus, qui eius locum subingreditur.

Et quoniam obijciebatur, in Regno esse statutum, vt emptor feudi cū assensu non teneatur præstare iuramentum; probat hoc primò argumēto negatiuo; ex eo scilicet, quia in toto iuris corpore non reperitur huiusmodi statutum; & quamvis *Andreas* dicat, præstationē hanc iuramenti in desuetudinem abiisse in hoc Regno; attamèn per d. *Pragm.* denuò robur reassumpit; sicque si causus

sus noster ab illa non comprehendetur, esset recurrendum ad ius commune; preterquam quod *Andreas* non loquutus est indefinite, sed in casu, quo Rex assensus sit sine iuramenti interpolatione; secùs verò, si Rex apposuerit clausulam, vt debeat præstari iuramentum fidelitatis; tunc enim non procedit *Andrea Doctrina*. Deinde *Ronitus* breuitèr progreditur ad refutandam quandam *Capycy* sententiam. Et tandem *Pragmaticæ* sensum examinat, vt videat, an illa exprestè casum decidat, an autem ad ius commune recurrendum fit? Pro qua re, quamvis videatur omnino esse attendendus biennij lapsus ex eo, quia tempus biennij alioquin inutiliter esset appositum; nam non ad denudum tempus assensus in forma Regiae Cancellariæ, ut pote quod datum erat ab anno 1570. sed simplicitè, vt videretur post elapsum biennium incipere cursum anni ad præstandum iuramentum; nihilominus tamèn contrariū asserit, inquiens, utilitatem huiusmodi appositionis in eo consistere, quod alias contrahentes prætendere potuissent, vt cursus anni ad iurandam fidelitatē non inciperet à die totalis expeditionis, quæ prætentio cessat nunc; etenim siue sit expeditus talis assensus intra bienniū, siue non, incipit statim currere annus præfixus ad fidelitatis iuramentum.

Neque refragare subdit illam dictiōnem, post in *Pragm.* appositam, quia, ut antea dixerat, non respicit ultimum biennij diem. Quod si quæ dubietas oriri posse, tollitur quæcunque ea sit ex sequentibus verbis, ut non prius currat, &c. cum præsertim legislator nō dicat, ut non prius currat, quām elapsum fuerit biennium, sed, quām consignatum fuerit privilegium; adeoque ne clausula hæc videatur superflua, dicendum cōcludit, annum currere à die obtenti assensus in forma Regiae Cancellariæ. Quod confirmat argūmento è contrario sensu, vt ipse ait; etenim si prohibetur anni cursus ante priuilegij consignationem; ergo, consignato priuile-

gio, cessat prohibitio, & incipit currere annus. Quare, quamvis in assensu præfigatur tempus biennij, post quod præstandum sit fidelitatis iuramentum, cum huiusmodi tempus concedatur ad Regium assensum impetrandum, statim, illo adhibito, incipit cursus anni ex superius allata ratione, quia scilicet cessante causa dilationis, cessat & ipsa dilatio; ex his deducit quod, licet in cōtractu integer cursus termini sit expectandus ex *rex. in l. in illa stipulatione. ff. de verbis oblig.* tamèn, cum *Rex assentiendo non contrahat, non militat ratio de contractu.*

Quod si obijciatur, fore expectandā totam dilationem, quando hæc aliquā causat utilitatem, respondet ipse: verū esse hoc, quando utilitas est circa ipsū actum, ob quem dilatio illa conceditur, in medium afferendo tempora appellationis, ad quam inducendam dantur decem dies, intra quos quisque poterit appellationem variare, sed, illa facta, statim currit tempus ad eam prosequendam, nec elapsis quinquaginta diebus, restituitur quis, si fortassis ante decem dies completos appellauerit, quia utilitas hæc diuersa est ab illa, ob quā decem dierū dilatio erat concessa. Sic in casu nostro, ubi, licet detur biennium ad assensum in forma Regiae Cancellariæ obtinendum, tempus hoc iubabit ad consequendum quicquid ad illum requiritur, quo obtento, currit tempus anni ad iurandam fidelitatem; nec quis restituendus est, si fortassis ante biennium esset consequutus assensū, quia dilatio biennij assensum respicit, non iuramentum fidelitatis. Hæc *Ronitus*. Ex quibus vidistis iam quām celebris sit quæstio isthæc; & è quot iuriis articulis dependeat.

Vt autem illam, quoad postulat, expediamus, varia formabimus quæstionē, quorum

10 Primum erit, an semper in alicuius beneficij concessione sit expectandum integrum tempus ad hoc, vt concessionario præjudicium inficiatur?

Secundum, an de iure communi fædorum sit præfixum tempus ad præstandum fidelitatis iuramentum?

Tertium, an in Regno sit recurredum ad ius commune in casu nostræ quæstionis?

Quartum, quid simplicitè sentendum pro intellectu ad hanc Pragmatcam,

- 11 Et quoad primum recolenda est regula illa, qua quilibet suo iuri, & fauori renunciare potest, nec non altera,
- 12 qua suadetur, legem in alicuius fauorem inductam non debere in eius odiū retorqueri. Ex istis nanque ea, quæ ad primum quæstum pertinent, facilimè resoluuntur; Etenim, concessu determinato tempore, vel concessionarius renunciat; & hoc in casu integrum tempus expectandum non est, ad hoc, ut ei præjudicium inferatur; vel non renunciat; & tunc lex in eius fauorem adiuventa, in odium retorqueri non debet. Iuuabit ergo primam nostræ afferationis partem multis comprobare iuribus, quæ à Rouito indistinctè afferuntur; &

Primo offert sese textus in l. si maritus la seconda §. si negauerint, ff. ad leg. Iul. de adulterijs. ibi. Si negauerint se pater, & maritus accusaturos intra diem sexagesimum, an statim incipient tempora extraneo cedere? Et primus Pomponius putavit admitti ad accusationem extraneum posse statim, atque negauerint, cui assentiendum puto; fortius enim dicitur eum, qui se negauerit acturum, postea non audiendum. Pater ergo, admittendum fore extraneum, si intra tempus statutum, quamvis non dum elapsum, pater, & vir accusationi renunciauerint; etenim per negationem fatentur se ius non habere l. si aduersarius C. de fid. instrum. iam verò iuri suo renuncians vtique illud non habet.

Secundo offert sese l. i. in verbo. qui semel, ff. de success. edict. ibi. Qui semel noluit bonorum possessionem petere, perdidit ius eius, & si tempora largiantur, ubi enim noluit, iam capit ad alios pertinere.

bonorum possessio, aut fiscum inuitare. Nec arbitror, posse Vspianum clarius meam sententiam comprobare. Patet namq; nolentem adire, & si tempus adeundi nondum completum sit, à bonorum possessione repelli; ne autem puxetis, atque hunc volitionis esse absque repudiatione, legatis velim gloss. ibi. Qui semel noluit repudiando, &c. Vnum tamè aduertite, Rouitum nempe citare d. l. in §. si intra, vbi. Si intra centesimam diem mortuus sit prior, statim sequens admissi potest. Quod dicimus intra dies centum possessionem bonorum peti possit: quemadmodum Calendas etiam, ipse calenda sint. Idem est, & si in diebus centum dicatur, quibus ex edicto bonorum possessio dari potest, si quis eorum aut dari sibi noluerit (subdit Gloss. id est repudauerit,) aut in diebus statutis non admiserit, tunc cateris bonorum possessio perinde competit, ac si prior ex eo numero non fuerit. sed hæc dicta non diffonia iudico à mea sententia.

Tertiò l. sicut C: de repud: vel abst. harad. vbi Imperator Antoninus hæc. Sicut maior virginis quinque annis antequam adest, delatam repudians successionem, post querere non potest. Ex quo textu aperte deducitur, renunciationem talis esse roboris, ut renunciantem è suo iure præcipiter. Concordat l. 4 ff. quis ord. in honor. poss. seruas.

Quarto tandem adduci possunt ad confirmationem ea, quæ idem Rouitus scriptis ibid. in num. 19. afferens, dispositionem cap. 1. §. si quis deceperit. In verb. Titius. Si de feud. defunct. consent. locum non habere, quotiescumque proximior agnatus renunciauerit.

Sed contra primam hanc nostri primi quæstori partem obstare videtur l. quæ. uis C. ad senas. Conf. T. urpil. ibi. Quamuis eum ordinem scripture contineat, ut primo abolitio criminis posceretur, & tunc de hinc omnibus placitis obtemperaretur, non obseruantibus tamè aduersarijs patitorum fidem, insaurare accusationem minimè potes, à qua ipse destitisti. Tanta est igitur renunciationis vis, ut, si etiam

etiam cum pacto ab accusatione desistas (quod sonat idem , ac renunciare) nequeas amplius illam . Sed contrarium videtur in l. sive apud acta C. de transactionibus . ibi . Sine apud acta rectoris provincie , sive sine actis , scriptura intercedens , vel non , transactio interposita est , hanc servari conuenit , sed quoniam ut certum quid accipias conuenisse te licet sine scriptura proponis , nec huius rei causa stipulationem securam esse , quamvis ex pacto non potuit nasci actio , tamèn rerum renunciatione pendente , si exceptio pacti opposita fuerit , dolis mali , vel in factum , replicatione usi poteris ad obsequium plaeitorum aduersarum tuum urgere . Vis Ergo aduersariorum in eo consistit ; nam in d.l. quamvis , tantum robur inest renunciationi , vt ab actione , quam habebas , desistens , illam amplius reassumere nequeas ; contrarium verò habemus in d.l. sive apud acta . Cur hoc ? nulla alia ratione profectò , nisi quam tradit Bald. in d.l. quamvis , quia dispar modus est in causa criminali , quam in ciuili ; & ratio rationis ea est , quam ibi tradit Gloß . quia scilicet accusatori nunquam licet , quin in Turpilianum incidat ; licet autem reo , vt suum sanguinem redimat . Concordat tex. in l. qui desierit , ff. ad Turpill . Vndè datur hoc in poenam accusatori ; secùs verò ciuiliter agenti . Ergo nostra assertio videtur militare in causa criminali , quod per accidens se habet , non indistinctè ex vi meræ renunciationis . Sed breuitè respondemus , hoc euenire in d.l. sive apud acta ex eo ; quia agens non renunciat actioni simplicitè , sed sub conditione , vt promissis stare deberes ; quid ergo mirum , si , illa non verificata , pristina actio reassumi possit ? Ceterum pro nostra assertione multos casus supra posuimus , qui in criminali actione non versantur .

Quoad secundam verò partem probo primum quæsitus argumento negatio ; etenim nullum ius reperitur , quod caueat , vt cessionarius sibi præiudicet , si ante tempus concessum actum com-

pleuerit ; igitur beneficium non debet in eius odium retorqueri . Quod si dixeris cum Ronito , cessante causa dilationis , cessare & ipsam dilationem , respondebit Gemin. in cap. cyprienes de elec. in 6. regulam hanc locum fibi vendicare , cum dilatio est arbitraria , nec determinato tempore circumscripta ; quo casu vtique , vt consideratè non latet , cessante dilationis causa , cessat & ipsa dilatio . Et quamvis Ronitus dicat , illum nullo iure hanc limitationem probare , non credo per ipsum aliquid in contrarium adduci ; nihilominus tamèn regulam à Gemin: sic explicatam omnes quotquot sunt amplecti debent , nec Ronitus contradicet , dum loc. cit. docuit , quod si quis intra biduum appellat , non est amplius expectandus decem dierum cursus ad hoc , vt currere incipient quinquaginta dies dati ad appellationem prosequendam , cum statim currant post interpositam appellationem , licet completum non sit decē dierum spatiū ; sin autem ille intra biduum appellauerit , & post quartuor dies variauerit appellationem , isthuc in casu terminus quinquaginta dierum currere incipit à die variationis ; & rationem esse ait , quia dilatio illa ut pote determinata , parit variandi facultatem . Igitur verum est , præfixo termino ad aliquem actum eliciendum , quamvis fiat ante huiusmodi terminum completum , non sibi præiudicare concessionarium quoad reliquum tempus , modo specificè illi non renunciet , vt suprà diximus , cum in illo termino possit ad libitum variare , & ultimus tantummodo toto illo tempore circumscrip̄tus attendatur actus . Quod patet in biennio concessio per Regiam Sanctionem ad obtinendum assensum in forma Regiae Cancellarii ; etenim , si feudatarius intra annum assensum hunc obtineat , in quo aliquid desit , non poterit proinde reuocari contractus non expectato biennio , ea profectò ratione , quia in tempore statuto tenetur quisque actum compleere . igitur nullum sibi afferat præiudi-

iudicium, si intermedio tempore assensum imperfectum obtinuerit, cum possit in reliquo perfectissimum obtinere.

Quam nostram sententiam apertissimis verbis comprobauit *Paulus in l. in illa stipulatione 8. ff. de verb. oblig.* vbi si Stichum seruum meum promisi tibi daturum in festo Pentecostes, & si in tali tempore illum non dedero, poenam decem aureorum adieci, si ante statutum tempus Stichus moriatur, queritur, an statim possis poenam exigere? Et *Iurisconsultus* responderet fore expectandum statutum tempus. En eius verba. *In illa stipulatione si Calendis Stichum non dederis, decem dare spondes?* mortuo homine, queritur, an statim ante Calendas agi posuit; *Sabinus, & Produlus* expectandam diem actori putant: quod verius est: tota enim obligatio sub conditione (subdit *Gloss.* scilicet si Stichum non dederis) & in diem collata est; & licet ante conditionem committi videatur, dies tamè supereft. Non credo posse clariorum dispositionem pro mea sententia adaptari, quam præuidens *Rouitus* somniauit, tunc esse expectandum totum tempus, cùm aliqua emanat utilitas non actum consequituum respiciens. Séd de hoc inferius loco suo. Interim illud absolutè certum sit, concessio alicui termino, quamvis intra illum actus fiat, nullo præjudicio affici concessionarium antequam integer terminus labatur.

13 Illud tamè, quod ex *Capolla*, ceterisque, prout ibi scripsit *Rouitus in n. 19.* videlicet, si intra trium mensium spatium statutum ad conficiendum inventarium, hæredes illud, tempore nondum completo, fecerint, posse statim à creditoribus conueniri, falsissimum in iure puto; Etenim huiusmodi concessio pendet à *l. final. S. donec C. de iure deliberandi*, in qua dispositionem ab illici effectam nunquam erit reperire. hæc ibi. Donec tamè inventarium confribitur, vel si res presto sint, intra tres menses, vel si absuerint, intra annale spatium secundum anteriorem distinctionem, nulla

erit licentia neque creditoribus, neque legatarijs, vel fideicommissarijs eos vel inquietare, vel ad iudicium vocare, vel res hæreditarias quasi ex hypothecarum auctoritate vendicare, sed sit (notare) hoc spatiū ipso iure pro deliberatione, hæreditibus concessum, nullo scilicet ex hoc inter mallo creditoribus hæreditarij circa temporalem prescriptionem præjudicio generando. Quare simpliciter scripsit *Alex.* ad d. §. intra tempus datum pro inuentarij confectione non posse hæredes à creditoribus conueniri. Neque *Rouitus* cum suis recurrat ad regulam illam, quod, cessante causa dilationis, cesset & ipsa dilatio, nam superius illam bene *Gemin.* explicauit. est modò

Ad secundum quæsumus deueniendum; an scilicet de iure communi feudorum præfixum sit tempus ad præstandum fidelitatis iuramentum?

14 Quare sciendum est, militibus esse concessum spatium unius anni, & mensis ad obtainendam inuestitiram cap. 1. *Quo temp. mil. inuest. ibi. Sancimus ut nemo miles ultra annum, & mensem vadat ut in vestitiram beneficij sui à filio, vel successore Domini sui petat, vel post mortem Domini sui, vel patris sui, vel alterius, cui succedere debet, nisi iusta causa interuenerit, quare non petierit. Hinc Andr. in d. cap. n. 2. inquit, illud esse correctum per cap. 1. que fuit prim. caus. benef. amitt. cæteraque prout ibi. Verba d. cap. hæc sunt. Prima autem causa beneficij amittendi hæc fuit. & adhuc est in plerisque curijs, sed in nostra curia Mediolanensi non obtinet, quod si vassallus per annum, & diem Domino suo mortua steterit, quod hæredem Domini sui, inuestitiram petendo, fidelitatem pollicendo non adierit, tanquam ingratus excipiens beneficium amitterit. Stemus ergo opinioni Andree, cum præcipue *Liparus* ibi assertat, in Regno eius sententiam esse tutissimā per cap. *Regni. Apud fugiā; aliudq; Neapolitanum capitulum 34.* Veram illā habeamus contra *Aluar.* ad d. cap. 1. quo tempore miles; & dubium hæc stet, an in termino anni, & diei statuto propter in-*

inuestituram includatur fidelitatis iuramentum? Ad quod resoluendum esset huc præmittenda famosa illa quæstio, an iuramentum fidelitatis præcedere debeat, an subsequi inuestituram? Nam si præcedit, iam statutum est tempus ad iuramentum, si non præcedit, sed inuestituram subsequitur, videtur, quod nam tempus præfixum sit.

Ego igitur, ne in messem alienā manus immittam, resolutiū procedendo, dico, sic se habere gradus de iure communi feudorum; ut nimirū vassallus prius inuestituram petat, & fidelitatem pollicetur, qua promissa, Dominus inuestit vassallum, qui inuestitus deinde fidelitatem iuret. Quare tempus vnius anni, & diei statutum est ad secundum Dominum, petendam inuestituram, fidelitatemque pollicendam. liquet hoc ex dict. cap. i. que fuit prima causa. ibi. Quod si vassalus per annum, & diem Domino suo mortuo steterit, quod baredem Domini sui inuestituram (notate) petendo, fidelitatem pollicendo, non adierit, tanquam ingratus &c. Patet ergo, infra annum, & diem teneri vassallum adire Dominum, inuestituram petere, & fidelitatem polliceri; Vnde aduentandum est, differre haec duo, præstare iuramentum fidelitatis, & illud polliceri, sicut differunt promittere, vel petere inuestituram, & inuestire, vel inuestiri.

Hunc arbitror esse germanum d. cap. sensum, quicquid in contrarium alij scripsierint; & sic facillimè concluditur, vt præmissio præstandi iuramentū præcedere debeat actum inuestituræ: præstatio verò iuramenti illum subsequi, vt expressè voluit Bald. per eudentem textum in cap. unico: quid prac. deb. an inuest. vel fidel. ibi. Vtrum autem præcedere debeat fidelitas inuestituram, an inuestitura fidelitatem, quesitum scio: & sapè responsum est, inuestituram debere præcedere fidelitatem. Fidelitatem autem dicimus iusurandum, quod à vassallo præstatur Domino.

16 Vnde id, quod scripsit Andriæ ad dict.

cap. i. §. inuestitura. De noua forma fidel. videlicet, vt fidelitas facta sit intra annum, & diem, intelligendum puto de promissione fidelitatis; cæterum nescirem, quomodo eius dicta veram sapient interpretationem. Pro qua re attendamus quælo eius verba in cap. Im 17 perisalem §. præterea si quis infudatus in princip. Feudatarius fissat per annum, & diem post mortem patris, vel illius, cui succedit, vel post mortem Domini, & non petat inuestituram (notate) pollicendo fidelitatem feudi, quod à mortuo Domino tenebat, &c. Ex his ergo satis superque demonstratur Andrea mens; ut nimirū ille loquutus fuerit de promissione præstandæ fidelitatis, non de actuali præstatione, dum non fuit actu feudo inuestitus vassallus. Et ratio rationis pro mea sententia est, nam turpè videbatur, vt quis inuestituram peteret absq; eo, quod fidelitatē polliceretur; vnde meritò, si intrā annū illam petere, debebat, statutum fuit, vt intrā annū etiam fidelitatem promitteret; non nego autem, inuestitum tenari illam præstare, vt expressè statuitur per cap. i. de noua forma fidel. ibi, Inuestitura verò facta, & fidelitate subse- 18 quita; sed tempus præfixum, & certum in iure non est, prout in contrarium voluit Ronitus cum suis, quos citat, & sequitur; qui quamvis dicat, nostris hisce tempestatibus ob hominum impenitiam omnia capitula in fidelitatis iuramento exprimita esse, & actualiter fidelitatem præstandam; non inde tamè probat, actualem hanc fidelitatis præstationem tempus præfixum habere; nec sequitur, actuale hoc iuramentum subingredi locum pollicitationis, sed potius præstandum post inuestitram. Quod benè est aduentandum, ne succumbamus in re meo iudicio euidētissima.

Ex his patet, falli Liparulu ad Andr. in cap. i. per quos fiat inuest. in lit. V. assertentem idem esse, fidelitatem polliceri, & fidelitatem prestare; sicque intelligendum d. cap. i. cum ex ijs, quæ diximus,

con-

contrarium appareat. Quæ omnia ex eo confirmantur: nam, teste *Ronito* in num. 42. ex *Andrea dictis* iuramentum hoc fidelitatis in Regno ab aula receperat; vigebat igitur promissio tantum iuramenti præstandi, quod nunquam fortassis præstabatur, ni superuenisset Regia sanctio, & iam accedo.

Ad tertium quæstum; an scilicet, vi gente hac *Pragmatica*, sit nihilominus recurrentum ad ius commune tanquam ex casu omissio?

19. Et quidem non omissum ab illa arbitror nostræ quæstionis casum, vide licet, à quonam tempore incipiat currere terminus præfixus ad præstandum iuramentum fidelitatis, à biennione dato ad obtainendum Regium assensum in forma cancellariæ, an autem statutum post illum obtentum, quamvis biennium non dum elapsum sit? Non inquam casus hic omissus est, cum verè ibi disponatur, fidelitatis iuramentum esse præstandum post obtentum assensum; dubium vero est, an post biennium; non ergo recurrere debemus ad ius communiae feudorum, ad quod si recurseremus, cum ibi præfixum tempus nos sit, vt vidistis, esset dicendum, iuramentum hoc posse quandocunque præstari, non obstante quod *d. pragm. tempus præfigat*. Vnde abiremus in risum. Quare

20. Ad quarti quæsti resolutionem, dico, tempus anni à *Regia Pragmatica* statutum currere post biennium concessum ad obtainendum assensum in forma *Regiæ Cancellariæ*, quamvis anteà hic obtentus sit.

21. Pro qua assertione sciendū est, quod de iure Regni statutum fuerat tempus biennij ad expediendum assensum in forma *Regiæ Cancellariæ*; ex *Pragm. 3. de fide memoriali*, quo toto tempore feudarius vti poterat ad illum perfectè, & ritè obtainendum, quare, si quid post eum obtentum defuisse, denuò adhibebat. Vnde, cum fas non esset, vt iuramentum fidelitatis præstaretur, antequam ille esset expeditus, *Eminentissi-*

mus Cardinalis de Granvelle tunc temporis Regni huius Prorex disposuit anno 1572. vt post obtentum assensum, intra annum debuisset quisque literas assecurationis vassallorum, ligium homagium, fidelitatisque iuramentum præstare, vt patet in *Pragm. 19. sub tit. defend*. Quoniam verò adhuc evenire poterat, vt aliquis post obtentum assensum ante biennium, non tamè cum omnibus requisitis per Regias sanctiones, immediatè post iuraret fidelitatē; vndē, ne à feudo caderet, vti poterat reliquo tempore biennij ad *Regium assensum* in forma *Cancellariæ* cū omnibus requisitis obtainendum; quare isthac in casu priùs ille iurasset fidelitatem, quām *Regium assensum* cum omnibus requisitis obtainuisse, statutum est per alteram *Regiam pragmat.* & propriè hanc, cuius intellectum in hac quæstione explicamus, ut non priùs decurrat tempus præmissa facienda, quām ipsi consignatum fuerit *privilegium Regij assensus*, quod tempus statutum emporibus fædorum in *Regijs assensibus expediendi* literas assecurationis vassallorum, & præstandi iuramentum fidelitatis, non currat à die date memorialis ipsius assensus, per verbum sicut in forma, sed post biennium concessum ad expediendum *privilegium assensus in forma Regia Cancellaria*. Iam vidistis me vslum esse ipsum *Pragmatica* verbis, vt veritas luce meridianâ clarior appareret. Quæ cum ita sint, non dubito, quin tempus anni statutū ad fidelitatem iurandam currere incipiat immediatè post biennium datum, ad expediendum assensum in forma *Regiæ Cancellariæ*.

22. Hinc corruunt, quæ in contrarium *Rouitus* adduxit; & primò ea argumenta, quibus fundauit, in concessione aliquius beneficij sibi præiudicare concessionarium quoad reliquum tempus, si ante illud completū consuminarit actū; etenim iura, quæ ad hoc probandum adducit, loquuntur, facta positiva renunciatione, vt vidimus; sicque cum in casu nostro nulla sit positiva renunciatione,

ciatio locum non habent.

Corrunt secundò ea, quibus probat de iure communi feudorum esse præfixum tempus ad præstandum fidelitatis iuramentum, cum nullum in nostro secundo quæsito viderimus; & quāmuis huiusmodi tempus statutum sit, dum, ut in tertio quæsito probauimus, ad ius commune recurrentum non est, parvum refert, sit, vel ne statutum tempus per tale ius.

Corrunt tertio ea, quibus probat huius *Pragmaticæ* intentionem fuisse tantum, ut iuramentum fidelitatis præstaretur post obtinentum assensum in forma Regiae Cancellariæ, non expectato biennio; etenim hac ipsa ratione attenta, vidistis iam in quarto quæsito esse adhuc expectandum biennium completū ad hoc, ut annus currere incipiat, nō secùs ac de appellatione diximus, ubi appellans decem dierum spatum habet ad variandum; sicque tempus datum ad prosequendum incipit ab ultimo Januarii; quoniam verò in casu nostro aliquid dispar est ab appellatione, in qua reliquum tempus datum ad prosequendum includit etiam appellationem eius, que naturam induit, quod non sic se habet in biennio dato ad expediendum Regium assensum, cum iste non sapiat iuramenti fidelitatis naturam. Vnde tēpora hæc ad diuersos in specie actus eliciendos data sunt; idcirco ibi tempus prosequutionis incipit ab ultimo actu facto intra decem dies, hic verò totum tempus biennij est expectandū, nec confundendum cum anno sequenti dato ad præstandum fidelitatis iuramentum tanquam diuerso à biennio ob diuersitatem, quām inter se exercet actus eliciendi, ut consideranti patet. Et quidem interroganti, quid prosequimur in quinquaginta diebus? respondemus, appellationem incepit; secùs verò interroganti quid agimus in anno post biennium? huic enim respondeamus, iuramentum fidelitatis, quod nō prosequimur, sed nunc præstamus. Quæ diuersitas bene est attendenda, cum

verè sic se habeat.

Corruunt quartò ea, quæ de intellectu ad verba illa, ut non prius decurras tempus premissa, &c. somniauit, excludendo tempus biennij per ea quæ illud includunt; nam cum, ut in quarto quæsito diximus, bienniū datū sit ad expediēdū assensū cū omnibus requisitis, si statim, quomodo cunque illo expedito, currere inciperet annus ad fidelitatem iurandam, euenire posset, ut prius iuramentum præstaretur, quām assensus esset cū omni perfectione obtentus; etenim cū nondum esset completū bienniū, posset feudarius illum de nouo adhibere cū omnibus requisitis, sicque iuramentū esset ante assensum, quod noluit Regia Sanctio. Quod si dixeris isthac in casu feudatarium cedere à feudo; hoc iniuria dicis, & iam lex in alicuius beneficium adiuuentia in eius odium retorqueretur contra iuris regulas; cum igitur tempus biennij datum sit in feudariorū beneficium, totum expectandum est ad hoc, ut annus ad iurandam fidelitatem datus decurrat, ne huiusmodi beneficiū in eius odium retorqueatur.

Corruit quintò argumentū illud è contrario sensu, supèr quo Renitus festinat; nam cùm dixit, illa clausula operatur prohibitionem, ut tempus anni non currat nisi post consignatum privilegium, non veram propositionem efformauit; sed sic alloqui debebat. Illa clausula operatur prohibitionem, ut tempus anni non currat, nisi post tempus datum ad expediendum privilegium. ex qua propositione hæc erit deducenda consequentia, ergo elapsō tempore dato ad expediendum privilegī, cessat prohibitio, quam nos pleno ore concedimus: & non hæc alia, quā ipse effingit, ergo consignato privilegio, cessat prohibitio, quæ omnino ex hoc usque dictis falsa redditur.

Corruunt tandem, quæ de biennij utilitate docuit, cùm dixit, dato, quod integer terminus expectandus sit, quotiescunque aliquam affert utilitatem, nō sequi in casu nostro esse expectandum.

Hh post

post expeditum assensum reliquum biennij, vīpotē quod nullā afferret vtilitatē. Sed præter quāmquod etiam, nulla interueniente vtilitate, integrū tempus expectandū sit, ne, vt dixi, lex in aliquius bencficiū adinuenta in eius odiū retorqueatur, quamnam afferat vtilitatem, superiùs iam vidistis.

Quoniam verò *Rouitus* loqui posset in casu, quo priuilegium integraliter esset obtentum infrā annum; adhuc dico, sequentem annum aliqualem afferre vtilitatem, ac proindè totum biennium fore expectandum; & vtilitas nasci posset vel ex meliori examine circa particulas Regij assensus, vel tandem ex maiori coimmoditate, cum nemini diligētia nocere debeat; quare vtilitatē non tribuimus actui consequituo, sed propriæ feudatarij personæ qua tali. Deinde esto nulla sit vtilitas, lex nostra 24 ea decidit, quæ frequentiū accidunt.

Nonne assolent contrahentes ferè semper in vltimō anni circulo huiusmodi assensus in forma Regiæ Cancellariæ impenetrare? Aduoco in testes tot quotidianas contractuum rescissiones, quot nostris tempestatibus S.C. præfert & tandem in testem aduoco *Roxitum* ipsum, qui hunc fuisse Pragm. finem afferit in. 24.6. Hæc sunt eius verba. *Dixi in primis allegationibus quod illa expressio bienniū facta in Regia Pragm. habuit respectū ad id, quod communiter fieri solet, ut scilicet huiusmodi assensus non expediantur, & consignentur, nisi in fine bienniū. Unde immineritò hæc subdit. Non autem, quod omnino requiratur integer cursus totius bienniū. Nam, si lex adaptatur ad ea, quæ frequentiū accidunt, cur integer cursus biennij expectandus non est, præcipue cum Regia Sanctio exprelse velit, anni cursum non incipere, nisi post lapsum biennium? Firmum ergo, indubitatumque sit, cursum anni concessi ad fidelitatis iuramentum incipere ab ultimo die biennij dati ad expediendum assensum in forma Regiæ Cancellariæ, & hæc satis, cum cætera, quæ *Rouitus* dixit, an vera sint, facillimè ex*

huc usque dictis colligi possit.

SYMMARIVM.

- 1 **D**ilucidantur verba constitutionis constitutionem Diuīe memoriæ supèr alienatione feudorum.
- 2 In Pragm. 1. de arbitris non continentur Feudalia.
- 3 *Causa doris de paragio desumenda* è bonis feudalibus non est compromissanda vigore d. Pragm. 1.
- 4 Probatur primò paritate vite, & militia, cuius causa non compromittitur.
- 5 *Dos de paragio equiparatur vita, & militia.*
- 6 *Dictio, sicuti, omnimodam arguit similitudinem.*
- 7 *Sorori, quamvis sit allodialium bares, competit dos de paragio supèr feudo.*
- 8 Dilucidatur origo doris, & vita, & militia.
- 9 In Regno parem penè fortunam sortiuntur secundogeniti, & femine.
- 10 Probatur, dotem de paragio ex quoscunque capite dici feudi onus.
- 11 Secundogeniti nostris tempestatibus non tenentur ad seruitia personalia.
- 12 Probatur, vitam, & militiam non esse feudi partem, licet sit loco portionis feudi.
- 13 Ad consequendam vitam; & militem datur actio realis.
- 14 Explicatur dispositio cap. alienationis actus.
- 15 Secundogenitus ad consequendam vitam, & militiam postponitur quibuscumque creditoribus agentibus assistens ad instar creditorum habentium solummodo personalem.
- 16 Probatur secundò, causam doris de paragio desumendam è bonis feudalibus non esse compromissandam, à posteriori.
- 17 Proponitur argumentum aduersariorum.
- 18 Pro quo adducuntur verba Andreæ de Barulo.
- 19 Soluitur.
- 20 Ad confirmationem solutionis afferuntur verba Glossæ in const. statuimus ut magnæ.

- 31 Argumensum non deductum ex sufficiē-
ti partium enumeratione incomplectens
redditur.
- 32 Proponuntur duo alia aduersariorum ar-
gumenta ab exemplis.
- 33 Assensus an impetrandus sit super com-
promissio, an autem sufficiat, ut impe-
tretur postmodum super lando?
- 34 Proponitur opinio Afflīti.
- 35 Ad eius confirmationē adducuntur ver-
ba Loffredi, & Camerarij ab adver-
sarijs.
- 36 Proponitur opinio Domini Reg. de Ma-
rinis, que communis censetur.
- 37 Regule illa, qua eiūcūtur, quod prohibi-
tūs aliquo actū, censentur prohibita
omnia ea, per qua devenit ad illum,
non habet locum, quoiescunque indu-
citur correctiō iuris communis.
- 38 Andreas vult, de iure communī fendo-
rum requiri in compromissō affen-
sum.
- 39 Sed communiter reprobatur.
- 40 Adducuntur contra eum iure deponpta
- 31 Solvantur argumenta ab exemplis ad-
ducta per aduersarios.
- 32 Probatur tertio à priori, causam dotis de
paragio defumenda ē bonis feudalibus
non esse compromittendam:
- 33 Causa quando debet dici propriè feu-
dalis?
- 34 Explicantur pro nostra sententia diluci-
datione verba Petri de Gregorio.
- 35 Differunt debita contracta super fendo,
& dos super illo debita.
- 36 Dos de paragio, quamvis debeat in pe-
cunie, adhuc tamē eius causa fonda-
lis est.
- 37 Causa renunciationis dotis de paragio
feudalis est.
- 38 Doctrina Mariconde adducta ab ad-
uersarijs quando sit vera?
- 39 Afferunt pro nostra sententia recens S.C.
decisio.
- 40 Cursum temporis statuti ad opponendas
nullitates incipere etiam in die feriata,
probatur pariter recēti S.C. decisione.

QUÆSTIO XXXVIII.

An causa Dotis de paragio debitæ supèr feudiſ ſeudaliſ ſit, adeoque
vigore Regiarum Sanctionum inter coniunctos non compro-
mittenda, potiſſimū ſi agatur de inualidanda renunciatione fa-
cta in beneficium fratriſ? Ad intellectum Constitutionis, Con-
stitutionem Diua Memoria, & Pragm. I. de arbitris. vbi
multa de vita, & militia, etiam communi iure Feudorum at-
tentio.



Væſtioneſ hanc
iam silentio pre-
ſcriptra, que
eximios cauſarū
patronos ſcillſos:
reddidit, denuo
Sacrum Consilium
mentibus elapsis
ad trutinam reuocauit. Quare, ne nimis
prolixè procedā, placet ad eius enoda-
tionem, dilucidationemque, confitit, con-

ſitionem Diua memoria diſpositionē in
inciduum afferre. Ibi nanque per illa-
verba, decernimus omnes alienationes,
ſen quoſcunque contractus ſupèr feudiſ,
& rebus feudaliſ manuendis, aut com-
mutandiſ nullam omnino firmitatē ha-
bere, evidentē ſtatuitur, quoſcunque
alienationes fine Principis affenſu nul-
laſ eſſe, adeoque nec earum cauſas co-
promittendas ſatiſ indicant verba ſe-
quentia, Arbitria etiam ex compromiſſo

- super præmissis facta nulla esse censamus.*
- 2 *Vnde Pragm. 1. de arbitris*, quæ lites int̄ coniunctos usque ad quartū gradum per arbitros dirimendas voluit, res feudales excepisse palam est, cùm dixit, *nec etiam in causis feudalibus, in quibus similis peritio compromissi non admittatur.*
- 3 *Hinc, exorta lite inter Doctores, annos de paragio, quotiescumque ē feudalibus esset desumenda, causam feudalem induceret, ac proinde compromitti nequirit, affirmatiuē respondit Fabius de Anna in cons. 75. Cui sententia me libenter subscribo.*
- 4 *Probatur primò; nam, cùm questio est de vita, & militia, quæ secundogenito debetur, modò de eius quantitate tantum nos agatur, eam compromitti non posse; satis, supèrque fundarunt int̄ cæteros Affl. in cap. Imperiale, §. præterea ducatus n. 24. de prohib. feud. alien. & in decis. 43. & 138. Borrell. in comment. ad d. pragm. §. 2. gloss. 1. n. 130. & 132. Rouit. ibid. nn. 37. & 38. Nonar. ibid. n. 18. Capyc. Latr. decis. 33. n. 10. tom. 1. Schrader. de feud. tom. 2. part. 10. sect. 1. nn. 171. alijque ex Ann. drea authoritate in consis. in aliquibus, & const. comitibus. Sed dos de paragio vitæ, & militiae assimilatur, igitur, quotiescumque de eius quantitate non ageatur, compromitti nequibit. Tota vis, nisi fallor, in minori est, quæ multis probatur. Et primò animaduersione Borrelli ex Andr. in d. const. comitibus in principio repetitionis sic loquentis. *Quia dantur alimenta sibi, & vita, & militia, sicut paragium sorori exclusa. Vnde cum dictio, sicuti, omnimodam arguat similitudinem ex Socin. inn. cons. 102. n. 15. alijque; evidens est, paragium æquipari vitæ, & militiae. Secundò, quāvis secundogenitus sit allodialium hæres, non per hoc non ei debetur vita, & militia, vt optimè arguunt ex Affl. in d. decis. 138. Garz. Mastr. in addit. ad Petr. de Gregor. tract. de vit. & milit. quest. 4. Tiraq. de iure primog. qu. 75. nn. 3. & Dominus Reg. Don. Ans. de Marin.**
- 7 *Resol. quotid. bib. 2. cap. 45. num. 11. Sed etiam sorori, quamvis hæc sit omnium allodialium hæres, nihilominus dos de paragio competit supèr feudo ex Ioh. Ang. Pisanell. in cōment. ad Pragm. Thori, quem refert Dom. Reg. ibid. ergo nō immerit vita, & militiae doti de paragio assimilatur. Vrautem veritas hæc a priori clarissima appareat, sciendum est, vigore Confessionis Regni, in aliis, filiam à materna, paternaque hæreditate excludi, masculis existentibus, modò isti eam de paragio dorcent. Paragium hoc, rebus feudalibus, & burgensaticis existentibus, necnon ijs attentis qualitatibus, quas enumerat Affl. in d. const. in aliquibus, in pecunia. deberi vñanimiter fassi sunt Doctores. Vnde in illo assignando attendenda fore non minus burgensatica, quam feudalia, nemo lance mentis est, qui negat. Cuius profectò ratio est; nam sicuti secundogenitus ex eo, quia à feudi successione repellitur, ubi ius francorum vigeret, vitam consequitur, & militiam, ut egregie docuit Loffr. in cap. 1. §. quid ergo in verb. vel danda militia col. 2. de innest. de re alien. fact. ita pariter, quia soror excluditur non minus à burgensaticorum, quam feudaliū consequitione, ex his omnibus paragium detrahatur. Quare, si soror ideo docemus de paragio etiam ex feudalibus defundendam consequitur, quia in illis non succedit, sicuti in burgensaticis eandem dignus rationem, sique ratione non successionis secundogenitus vitam, & militiam habet, non dubito, quin vita militia, & dos de paragio æquiparentur. Neque dicat quisquis sit, disparate esserationem, cum ideo secundogenitus vitam & militiam ē feudo vt feudo detrahatur, quia non prohibetur de cōmuni iure feudorum in illo succedere, sicuti mulier, quæ, quandoquidem in eo non succedebat, ideo paragiū non detrahit ē feudo vt feudo, sed ex bonis simplicitate, præscindendo sint, vel ne burgensatica, à quibus ipsa per constructionem, in aliquibus, excluditur. Nam,*

Nam, salua cuiuslibet pace, dicta hæc meam sententiam firmissimè muniunt. Concedo quidem de iure cōmuni feudorum foeminas à successione excludi, & in illis masculos succedere; Verum, cum per ius Francorum in Regno solus primogenitus vocetur, secundogenitis exclusis, parem sortiuntur fortunam foeminæ, & secundogeniti, ita sanè, ut sicut hi ex eo, quod non succidunt, vitam & militiam è feudo vt feudo detrahunt, sic & foeminæ dotem de paragio; Vnde, iure Regni attento, sicut secundogenitus, mortuo primogenito sine liberis, succedit in feudo; ita etiam, masculis non extantibus, succedit foemina. Quare, cum de hoc iure ea non excludatur à feudi successione, par est, ut sicuti ex eo, quia secundogenitus non prohibetur succedere, detrahit vitam & militiam à feudo vt feudo, ita pariter quia foemina de iure Regni succedere non prohibetur, dominio de paragio à feudo vt feudo detrahatur. Ceterum, quod de iure communis feudorum foemina excludatur, non officit; dum quæstio est, attento iure Regni, à quo dos de paragio statuta est, cum ceteroqui de iure communis in burgensaticis una cum masculis pro æquali portione successisset. Vnde, si dos de paragio datur, attentis non minus burgensticis, quam feudalibus, si que foemina in feudo succedit, cur sicut ius Regni vitam, & militiam secundogenito è feudo vt feudo dat desumendam, ita pariter dotem non debet de paragio foemine sub eadem ratione debitam? nam si ideo Francicum ius vitam, & militiam dedit secundogenito è feudo vt feudo deducendam, quia hic de iure communis ius habebat succendendi, quod nunc ab eo auferitur, primogenito extantes, & foeminae nunc ius hoc habent de iure Regni, de quo etiam ab his huiusmodi ius auferitur, masculis extantibus, ex const. & de successoribus, ideo eis dotem de paragio tribuere debet, quæ desumenda est è feudo vt feudo, vt ratio non succeden-

di idem beneficium vni præster quod alteri; sicque etiam ex aduersariorum obiectione clarior fulget similitudo inter dorem de paragio, & vitam militiam. Neque respondeas, vitam militiam dari loco portionis feudi, qua vigore iuris Francici secundogeniti priuantur; nam dicam ego, paragium dari quoque loco portionis feudi, qua foeminæ de eodem iure spoliantur, stante successione sibi à iure Regni concessa. Quod si vrgeas, dotem de paragio non dici onus feudi, pro ut dicitur vita, & militia; dicta hæc minimè refragabunt; Etenim vel onus feudi se tenet ex parte feudatarij ita, ut feudatarius hoc onus habeat, dandi nimis secundogenito vitam, & militiam; & tunc etiam dos de paragio dici debet feudi onus, ut expressè voluit Andreas in cap. 1. S. quid ergo n. 6. de invost. de re alien. fact. cùm dixit. Vel effet onus feudi, ut pro maritanda sorore, vel danda militia fratri minori secundam confisctionem Regni Sicilia. Subdit Liperulus in litera G. Qua incipit Comitibus. Vnde quanuis idem Andreas dixerit in const. si quis post licem in fin. teneri feudatarium dotare sorore ex const. in aliquibus, corrigenda est imaginatio, dum d. const. in aliquibus, non minus de burgensticis, quam de feudalibus dispoluit, ut lector aduertet, & maior ordine scripsit Petr. de Gregor. sraet. de dose de parag. q. 19. per totam & q. 38. in princ. & sicuti constitutis, comitibus, dispoluit, ut super feudo præstatetur secundogenito vita, & militia, ita pariter constitutio, in aliquibus, voluit, ut à fratre feudatario daretur dos de paragio. Quare isthoc in casu, ut vidimus, dos de paragio verè dicitur feudi onus ex Rous. in Pragm. 25. de feud. And. in const. in aliquibus. Se est communis conclusio, quamvis controuertatur; an sic onus personale, an autem reale, de qua re infra fortassis breuissime. Vel onus feudi se tenet ex parte recipientis à feudatario pecuniam; & tunc non nego, secundogenitum, qui etiam in feudo succedebat, debuisse militare, servitium

vitium personale præstanto , quod
quia mulier præstare nequibat, meritò
de communi feudorum iure à successio-
ne excludebatur , sive de tali iure
mulieri dos de paragio non debebatur
in feudalibus; sed in burgensaticis vna
cum masculis illa succedebat, dum nul-
lo dominus præiudicio afficiebatur. Ve-
rè tamen hoc nil in nos ; Etenim cum no-
stris hisce tempestatibus seruitium per-
sonale non præstetur à secundogenitis,
cum iam cessauerit , sed à primogenita
tantum , prout inter cæteros videre est
apud Affl. in decisi. 252. post n. 5. in pe-
cunia , quæ vocatur Adhoa , & secun-
dogenitis vita , & militia debeatur loco
successionis ; cùque eriam mulieres ius
Regni vocasset in masculorum defectu ,
iure optimo sicut illis militiam dedit lo-
co successionis , istis & paragium tra-
didit . Neque obijciatur hinc deduci ,
attenta vita , militia que natura , illam-
dari ad hoc , ut secundogenitus militet ,
non sic dotem de paragio , cum mulier
militare nequeat ; Nam de vita , mi-
litia que origine alibi fortè , Interim ex
hoc evidebitur se quereret ; attento iure
Francico , quod vitam . & militiam in-
duxit , non posse mulierem in feudo suc-
cedere ; quia personale seruitium præ-
stare nequit , contra dispositionem con-
stitit , ut de successoribus . Patet ergo ma-
sculos tantummodo debuisse huiusmo-
di præstare seruitium , nec mulieres .
Quod à fortiori suadetur ; etenim quo-
nam modo vita , & militia ad hoc da-
tur , ut secundogenitus militet , si quan-
doque militare non cogitur , puta , quia
clericus est . Audite quælo , quæm
egregie scripsiterit Affl. in cons. comitibus ,
de adiut. pro milite frat. n. 9. vbi postquam
longa disputatione vitam , & militiam
clericu[m] deberi dixerat , haec subdit . Nec
obstat tertia , quod frater secundogenitus
debet seruire cum equis , & armis primo-
geniti ; iste clericus non potest seruire ,
quia istud procedit , quando fuerit in do-
mo fratris primogeniti , tunc debet serui-
re , sed si extra domum habuisset ; tunc no-
tetur seruire , & habebit militiam præ-

teritam absque eo , quod seruit pro tem-
poribus præteritis , ut hinc s[ic] dicendum
in monacho , vel clericu[m] , qui non habitat
in domo fratris , sed in monasterio . ubi co-
medit , & bibit , quia homo naturaliter in-
diget alimentis . l. fin. C. de ali. pup. præst.
secundum Bald. in auth. ingressi 8. col. C.
de Sacrosanct. Eccles. & in cap. 1. §. aut.
fin 3. col. Quib. mod. feud. amitt. ubi al-
leges Gleß. in l. seruo alieno §. 1. ff. de leg.
1. Abb. sic : in cap. in presentia de probat.
cum simil. idea non tenetur ad dictum ser-
uitium ; & istam partem ego affirmo tan-
quam instant , & rationi congruentem , &
audini , quod ita alias fuit indicatum , sed
non tempore meo . De qua re uberrimè
scripsit pro nostra sententia Dom. de
Marin. resol. quot. lib. 3. cap. 45. Si igitur
potest vita , & militia de sui natura esse
sine seruitio personali , non ab re illi
æquiparatur etiam in hoc dos de para-
gio . & ex his obiter deduci poterit .
quod , licet vita , & militia dicatur feu-
di onus , non per hoc tamèn feudi pars
est appellanda , cum vere sit fructus
feudi . Quod latius ostendit Affl. in d.
consil. loc. cit. cum dixit . Nec obstat quod
est agens feudi , quia verum est onus feudi
respectu fructuum , sed non est pars feudi .
Vnde non obstat quod idem Affl. scrip-
sit in dec. 43. nimirum , vitam , & mili-
tiam considerandam ut feudum , quia
loquutus fuit respectu compromissi .
nam quamvis vita , & militia pars feu-
di non sit ; attamen , quia feudum
tangit , compromissi non potest , ut
infra dicemus ; sive in hac ratione
illa consideratur ut feudum . Cæterum
nunquam somniauit Affl. esse eam feu-
di partem , sed habendam loco portio-
nis feudi , quæ duo longè intèr se dif-
ferunt . En eius verba . Fuit votum
per omnes , una solo excepto , quod vige-
re Pragmatica non potest compelli actio
agens ad vitam & militiam , ad compro-
missandum , quia vita , & militia est loca
portionis feudi , & onus feudi , ut patet
per Andream in cons. comitibus , & se-
per interpretatum est , quod est ut feudum
&c. Si igitur vita & militia non est pars
feu-

feudi, etiam in hoc æquiparatur doti de paragio. Quod si firmus eris in asserendo, vitam, & militiam esse veram feudi partem, idem ego dicam de paragio. Sin autem durum hoc fortasse videbitur, pariter & illud. Quare patet, non errasse *Camerarium in l. Imperiale loquentem*, nullum hucusque ex Doctoribus dixisse, vitam, & militiam esse feudi partem; adeoque decisionem per *Afl. relatam fuisse*, quia vita, & militia onus feudi est. Neque *Urgeas*, dato, quod illa onus feudi dicatur, non per hoc eodem modo appellandam fore dotem de paragio ex eo, quia ad vitam, & militiam consequentiam datur actio realis, ut videre est apud *Vinc. de Franch.* in *decis. 714.* & *Rouste.* in *Pragm. 25.* de *feud.* secus autem ad dotem de paragio ex *Afl. in const. in aliquibus n. 33.* Nam respondebit *Anna* (præciudendo à quacunque actione,) in promissione de vendendo feudum, non oriri nisi actionem personalē contra promittentem, & nihilominus in tali pronissione requiri assensum. *Ex Frecc. Minad. Loffred.* alijisque. Secundum quam sententiam bis iudicatum in *S.C.* refert *Vinc. de Franch.* in *decis. 482 n. 1.* quamvis minus probabilitè contrarium arbitratus fuerit *Afl. in const. Constitutionem. Divia Memoria in 9. notab. qu. 6.* An autem maius onus sit vita, & militia, quam dos de paragio ex eo, quia illa est onus reale, hæc verò personale, parum refert. Sat erit pro nostra sententia, ut vtraque sit onus feudi, quamvis, ut verum fatear, magis arrideat opinio *Andreae in cōst. in aliquibus*, quam *Afl. ibid.* quem omnes penè lequuntur. Vnum tamèn hic ad uertatis velim, quod, cum nos vitam, militiam doti æquiparemus, dicimus consequenter vitam militiam de sui natura esse onus feudi eo modo, quo est dos de paragio. Quoniam verò aduenire deinde cap. *Regni Alienationis actus*, à quo militia onus reale appellatur; idcirco huiusmodi lex communem reddens conclusionem pro militia, quia antea.

dubiam præseferebat, dubiam redditum illam pro dote, dum de ea nihil dispossuit. Quomodounque ergo se res habeat, siue dos de paragio sit onus reale feudi, siue personale, de qua re fortasse alibi, si tempora largiantur, illud utique certum est, tam docem de paragio, quam vitam, & militiam esse onus feudi, adeoque in hoc assimilari: Imò *Dominus Reg; de Marin.* in *lib. 1. resol. quotid. cap. 250. n. 8.* scripsit pro vita, & militia feudum non censi obligatum, sed filium primogenitum eo prorsus modo, 15 quo de dote de paragio dicimus, subdendis in n. 13. secundogenitos postponit quibusunque creditoribus agentibus assistentia ad instar creditorum solummodo personalem habentium, quamuis posteā distracto feudo, esset eis cōsultum pro vita, & militia ex dispositiōne cap. *alienationis actus*, sicque decisū anno 1602. Probatur igitur tertio minor illa ex verbis ipsius *constitutionis Co. milibus*, ibi. Tamèn pro faciendo fratre milite, non minus, quam pro sororibus maritandis, &c. En quomodo dos de paragio vita, & militia æquiparatur. ergo, ut vela tandem contraham, si militia compromitti nequit, nequibit dos de paragio; eoque magis, quod non officit, si dos non sit onus reale feudi, sicut vita, & militia, sed tantummodo personale; sat enim est, si sit onus quomodoque prout egregiè scripsit *Petr. de Greg.* in *d. tract. de dote q. 37. n. 5. vers. ex quibus infero.*

16 Probatur secundò sententia *Fabij de Anna* alia ratione sanè evidenti deducata ex *Petr. de Gregor.* in *d. qu. 37.* nam dotis de paragio causa ni feudalis esset, consueisset utique agitaricoram ordinarijs loci, nec coram *Regni Iustitia* ryjs, vel *Magna Curia*, ubi huiusmodi causæ feudales decidebatur ex *const. Iustitiary nomen de off. iustitiarius in fin. & const. statutus ut Magne de off. Magistr. Iust. at qui causa dotis de paragio nunquam coram loci ordinarijs deducata est; sed vel in *M.C.* vel coram *Regni Iustitiarys*, igitur feudalis est, & con-*

se-

sequentè vigore Regiarum Sanctiōnū
17 in Regno compromitti nequibit. Ve-
rū non ignorō aduersarium contra se-
cundam hanc probationem acriter in-
surgere. Inquit enim, causam dotis
de paragio, quantumuis supè feudis
quaternatis pateretur, non spectasse
ad *Magnam Curiam* tanquam causam
feudalem, sed corām alijs Iudicibus
fuisse deductam, certissimum esse testē
Andream de Barulo, qui floruit tempo-
ribus ijs, quibus supradictæ leges fue-
runt conditæ, quique celeberrimus le-
gum Doctor habitus est ab *Isernia* in
const. in aliquibus n. 27. *Gloss. quintum de-*
cimam verj. sed quid li fratres. Is nanq;
in eadem *Constitutione* docens, mascu-
los eatenū sc̄emini in successione præ-
ferri, quatenū eas iuxta paragium nu-
ptui traderent, arbitratus est, quoties-
cunque frater huiusmodi cōditioni nō
paruisset, iure optimo potuisse sororem
feudi successionem petere, à qua in tā-
tūa foret repellenda, in quantum fra-
ter promptum se ad dotem prēstandam
18 ostentaret. Si ergo soror petat suc-
cessionem in feudis, tunc secundūm istam
viam (inquit *Andreas de Barulo*) causa
istia ventilari, & tractari, ac terminari
poterit in magna curia, si ex causa suc-
cessionis petatur feudum, seu pars feudi qua-
ternatis. Ex quibus verbis quis tam cæ-
cutiens non viderit, causam dotis de pa-
ragio non esse feudalem, nec vñquam
vt talē fuisse habitam, dum eatenū
trahi poterat ad *Magnam Curiam*, qua-
tenū petita fuisse successio. Vndē,
cū agitur de simplici petitione dotis
de paragio, causa terminari poterit co-
rām loci ordinarijs; Nec sententiam.
Andrea de Barulo vñquam improbatā
legimus. Imò *Affl. in d. const. in aliqui-
bus n. 25. 26. & 27.* varia eius dicta re-
fert, ne quid mutatum asserit. Ratio
hac herclē infudata diu me ancipitem
reddidit adeò, vt insolubilem fuerim
arbitratus; quoniam verò assolent agi-
tata liquefcere, nec non veritas inter
falsitatis tenebras clarior emicat, idcir-
co, rationem hanc dicta *Fabij de Anne*

firmiora reddere, si bene ad examen
reducetur, quisque vel inuitus lateri
debet. Et quidē, vt certa ab incer-
tis, segregemus, neminem latet, prout
aduersarius ipse nec iniuria discurrat,
cognitionem causarum feudalium non
tractari potuisse, nisi corām *Iudicibus*
Magna Curia, si fuisse actum de feudis
quaternatis ex d. const. statuimus. ibi sta-
tuimus, vt *Magna Curia nostra Magister*
Iustitiarius nobiscum in curia commoretur,
eius quatuor *Judices* volumus asſidere, vt
Magister Iustitiarius Curie nostra supra-
dictus de criminis leſe Maiestatis nostra;
& de feudis quaternatis, & de quata par-
te ipſorum fendorum. &c. Quod, si de
non quaternatis erat agendum, huius-
modi caula *Regni Iustitiarios* vt iudices
agnoscebat ex d. const. *Iustitia ry.* ibi.
De feudis etiam, & rebus feudalibus ipsi
cognoscans, præter quæſiones decasiris,
& Baronyjs, & magnis feudis, qua in
quaternionibus dohane nostra scripta sume,
qua omnia singulariter cognitioni nostra
Curia reservamus. Erant nanque hi Præ-
ſides Prouinciarum ex const. *Præſides.* ibi
Præſides prouinciarum de feudiſ non qua-
ternatis, & rebus feudalibus, qua à cu-
riæ posita tenetur, suo iure cognoscant,
&c. his positis quærebatur, an soror
pereas in feudo successionem agere de-
*buisset corām *Magna Curia?* & *Andreas**
de Barulo optimè respondit, quod sic:
Verū si non actum fuisse via suc-
cessionis, sed petitionis dotis de paragio,
agi non potuisse in eadem curia, læto
animo profiteor, nego tamē hinc fe-
qui, huiusmodi causam non esse feuda-
lem; etenim poterat ea recognosci à
Regni Iustitiaryjs, quia non agebatur de
feudo quaternato, neque de eius pár-
te, sed de re particulari feudi quaterna-
ti, qualis est dos de paragio; Vndē eius
cognitio spectare debebat ad *Regni Iu-*
stitiarios. Nec meum putetis figme-
tum, quod vera doctrina *Glossa* est in
d. const. statuimus verj. & de quata parte
20 fendorum. ibi. Sed ad re aliqua parti-
culari feudi quaternati cognoscat *Magister*
Iusti: & videatur quod non; quia hic non:
ex

exprimuntur, ergo Iustitiario reseruatur, qui de rebus feudalibus cognoscit, ut infra de off. iust. l. i. in fin. Falsò ergo assumitur, quod, dicta causa dotis de paragio non agebatur in *Magna Curia*, non fuit habita feudalibus; & hinc apparet, *Petram de Gregorio lapsum iam in errorem*, cùm in d. q. 37. n. 6. dixit, *Andrea* aliter sentire, dum refert verba *Andrea de Barulo*, quæ quidem an obstant, satis superque, ut arbitrator, vidistis; nec suaderi potest, cur potius valeat genus hoc arguendi, causa dotis de paragio non poterat agiari in magna curia, ergo cùm ordinarys loci, quām hoc aliud, non poterat agiari in *Magna Curia*, ergo coram Regni Iustitiarys, dum friget argumentum non deductum est sufficiēti part-

21 tium numeratione. Quod si quisquis sit, prætendant, non valere secundum hoc arguendi genus ex eo, quod causa dotis de paragio feudalibus non sit, iam assavit quod probandum foret. Ceterum assertere, dotem non esse rem feudi, nec *Gloss.* loqui in hoc sensu, quicquid sit de rei veritate, ad rem non est, etenim ego assumo in meam probacionem ipsius *Gloss.* rationem, qua probat, rem particularem feudi non deducendam in *M.C.* quia videlicet in illa constitutione non exprimuntur; & sic bene infertur, ergo Iustitiario reseruatur, qui de rebus feudalibus cognoscit, ut infra de off. iust. l. i. in fin.

22 Sed aduersarius, ut iterum à posteriori arguat, causam dotis de paragio non esse feudalem, adducit, quandoque eam fuisse compromissam. Et primo assert *Confiliarium de Georgio in alleg.* 11. qui victoriam obtinuit in causa *Marchionis a Braciliensi contra Marchionem Iliceti*, vbi quæstio erat, an deberetur paragium sorori defunctæ ante extatam nubilem; ita, ut ad heredes transmitteretur & pro affirmativa opinione, pro qua *Confiliarius* scripsicerat, fuit per arbitros decisum. Cuius decisionis meminit *Reg. Galeot. contr. som. 1. contr. 15. nn. 44.*

Adducit secundò *Reg. Capyc. Latr. in*

consult. 25 som. 1. vbi ait, quæstionem, an pars pretij, quæ sorori secundogenitæ in feudo novo debetur, sit æstimanda, habitu respectu ad pretium solutum, an vero ad rei valorem mortis tempore, an saltē supèr augmento debeatur paragium, fuisse compromissam in arbitros doctissimos, videlicet *Vincensium Macedonium postmodum Collateralis Confiliarium, & Rugiani Marchionem, 10: Vincensium Corcionum Regium Confiliarium, nec non postea Regy Fisci Patronum, Cameraque Praesidem, & Andream Marchesium eximium Fendorum interpretem, & postmodum Regium Confiliarium, & S. C. Praesidem,* à quibus fuit, post trium annorum curriculum, promulgatum laudum pro Primogenita, quod per *S. C.* fuit confirmatum.

Sed ne tanta obsit authoritas, est procul dubio aduentendum *constitutionem Diva Memoria*, per illa verba, Arbitria etiam ex compromisso supèr præmissis facta, nulla esse censemus, cum de eis constitutione nostra certis personis Magistro Iustitiario, & iustitia sanium cognitio sic delata, declarare voluisse, nullum esse arbitrorum, arbitratorumque laudum latum absque Principis assensu. Itaque si super laudo assensus obtineretur, nemmo negat, laudum firmissimum reddi. Aduenit deinde *Regia Pragm. 1. sub tit. de arbitris*, quæ aperte disposuit ad odia dirimenda, ut, si ab aliquo ex coniunctis in quarto gradu affinitatis, vel consanguinitatis inclusuè computando secundum ius ciuale peteretur supèr aliqua quæstionè compromissum, altera pars compromittere compellatur, quæ quidem compelli nequibit, si agatur de rebus feudalibus, in quibus similis petitio compromissi non admittatur. Quod si ambae partes de communi consensu vellent quæstiones etiam feudales compromittere, dubium non est, quin Regia hec sanctio nil in contrarium disponat, licet verum sit, impetrandum fore Regis assensum iuxta dispositionem Constitutionis *Diva Memoriae*. Hinc intèr

- doctores acerrimè controvèrtitur, an assensus impetrandum sit super laudo,
- 24 an autem super compromissio? Super qua quæstione Affl. in d. const. n. 52. hæc ait. *Quod si fuit compromissum sine arbitrium, & arbitratorem, sine in alterum tantum super rebus feudalibus, sine Regio assensu, tale compromissum est ipse iure nullum, & si feratur arbitrium, sine laudum ex eis compromissio, nihil vales tale arbitrium, sine laudum, & hoc vendicat sibi locum in istis Regnis utriusque Sicilia per istam constit. & cum Affl. sentit aduertarius noster afferens, inoleuisse praxim in Collateralis Consilio concedendi assensum cum clausula; dummodo ante lande promulgationem fiat prius in eo-*
- 25 *dem consilio relatio prout testatur Reg. Loffr. in paraphr. fœnd. fol. 57. vers. compromissum inquiens. Hodie in Regia cancellaria signamus supplicationem assensus cum reservacione, quod laudum proferatur, facta prius relatione Maiestati Regie, vel ab ea absente Ill. D. Locumtenensi. Addit insuper Camerarius in rep. L. imperiale fol. 51. lit. Q. Ne super sententia censeatur praestitus assensus, quando præstatur in compromissio, Regentes in assensu dicere solent, ita tamèn, ut ante prolationem sententia Arbitrii referant quid inde determinare volunt. Quod fassi sunt Quin. zilian. Mandos. ad Lap. alleg. 102. Vinc. de Ann. in const. Diua Memori. num. 280. & Larath. part. 8. dilucid. 57. n. 5. & 6. qui refert Bammacarum in cap. si vassallus, si de feud. fuer. contr. n. 16. dicentein sic se pluriès seruari vidisse;*
- 26 *Sed longè veriorem arbitrator opinionem Domini Reg. de Marinis in lib. 1. resol. quot. cap. 67. afferentis, assensum impetrandum tantummodo super laudo ex verbis d. constitutionis constitut. Diua Memoria. ibi. Arbitria etiam ex compromissio super predictis facta nulla esse censemus. Si igitur arbitria tantum ex compromissio improbantur, si lata fuerint sine Regio assensu, cur hæc Constitutione ab re extendenda est ad compromissū? Hinc Dom. Reg. ait, ipsosmet Doctores, qui voluerè, in compromissio requiri af-*

sesum, dixisse feudatarium non perdere fœdum, si super compromissio illum non obtinuisset; secùs si super laudo, vnde iure optimo concludit, laudo tantummodo assensu muniendū, non compromissum, per quod nullum ius in feudo constituitur; etenim tunc requiri ait Directi Domini assensum, quando utile fœdi dominium, siue ius aliquod formarum de una persona in aliam transfertur; cum igitur ex compromissio nullum de uno in aliud dominium transferatur, sed tantummodo ex laudo, prout egregiè Andr. in cap. 1. §. si inter partes: de leg. Corrad. vers. vnde dicunt moderni. evidentè sequitur, in compromissio nullum requiri assensum. Hæc sunt præcipua Domini Regensis fundamenta, quæ evidenter fateor. Quod si obijciatur contra eius dicta regula illa, qua evincitur, prohibito aliquo, centeri prohibitum omne id, per quod peruenit ad illud; vnde, cum ratio prohibitionis dependeat ex concessione facta certis iudicibus, & nostris temporibus soli Sac. Cons. ita quidem, ut omnibus alijs Regni Magistris, etiam Indicibus Magna Cartæ huiusmodi concessio adempta sit, si prohibetur arbitrium, intelligi debet prohibitum compromissum; In promptu respolio est; nā Constitutiones ex vulgatis iuribus strictè sunt intelligendæ, adeo ut neque ex maiestate rationis illa sit facienda extensio, vnde, quod de arbitrio disponitur, non comprehendit compromissum, cum potissimum correctio-nes legum sint evitandæ, & in casu hoc corrigeretur ius commune fœdorum, quod in compromissio nullum requirit assensum. Regula ergo illa limitanda omnino est, cum aliqualis adesse correctio. Quare extendere constitutionem ad casum, ad quenam nullo prorsus modo ius commune extenditur, an contra iuris regulas sit, vestrum est iudicare. Neque assertio hæc est contra ea, quæ dixi in quæst. 33, ybi regulam illam prolixius explanaui; etenim ibi nulla inducēbatur correctio. Præterea, si at-

si attendere velimus finem prohibitio-
nis , hic erit , ne alij iudices , quām ij ,
quibus huiusmodi iudicandi facultas
concessa est , iudicium ferant ; & sic si
finis tantummodo est circa sententiam
ferendam , quomodo comprehendat
compromissum , ignoro . Igitur ex qua-
cunque via soluta remanet aduersarij
obiectione .

Quod si dixeris obiter de iure com-
muni feudorum requiri assensum supèr
compromisso ex mente *Andreae* in cap. 1.
§. si inter partes n. 6. de leg. *Corrad.* sic al-
28 loquentis . Hodie putamus non compro-
mitti de feudo : quia hoc casu (quando in-
ter duos est controvērsia , de eo datur co-
gnitio certis personis , puta dominis , infra
l. *Imperiale* in fin. nec reperitur ibi ali-
quid de arbitrio : que quidem lex tanquam
posterior corrigit præcedentes , ut istam ,
& similes , maximè propter rationem ipsius
l. in principio , ut nulla alienatio valeat
29 sine consensu Domini . respondebit *Do-*
minus Regens de Marinis contra *Andrea*
esse communem Feudistarum scholam .
Et quidem , vt aliquid innuamus , viget
30 cap. *unicum de inuest. in marit. fact.* ibi .
Illud tamè sciendum est , quod si inter
duos , qui dixerint , se esse vassallos , de
feudo fuerit dubitatio , alter alterum in-
accum trahere non potest ad Dominum , vel
eius curia iudicium . Concordat cap. *unic.*
An apud Iudic. vel cur. Dom ibi . Et licet
alter per se non posse alterum trahere ad
curia iudicium . Ex his ergo apparet , cau-
sam feudalem posse sine Principis alse-
su compromitti , quicquid sit , si curia
eos vocaret , ibi . Generaliter tamè ,
etiam si inter duos causa fuerit de benefi-
cio , eos (notate) curia vocante , non li-
cebit eorum aliquis eius curiae iudicium de-
clinare . Cæterum arbitrari non debe-
mus , per §. præterea cap. *Imperiale* .
De prohib. feud. alien. per federic. cor-
rectas fuisse præcedentes leges , sed cō-
ciliandæ inter se sunt , vt scilicet possit
causa feudalis compromitti , volenti-
bus vassallis , prout aperte videtur sen-
tire *Gloss.* in d. cap. *unic.* *An apud Iud.*
vel quod d. §. præterea loquutum fuerit

quoad præiudicium Domini , non vas-
falli , prout intèr cæteros sentit *Specul. in*
lib. 1. de arbitro , & *arbitratore S.* restat .
n. 6. ibi . Sed nunquid vassallus cum alio
contendens supèr re feudali compromittere
potest ? *Resp. sic quoad suum , non Domini*
præiudicium , &c. Firmum sit autem , sen-
tentiam hanc communem præseferre ,
adeoque potius supponendam , quām
examinandam arbitror . Et hīc , vt obi-
ter aliiquid dicam , esset opponenda
regula illa , quod prohibito aliquo , cē-
sentur prohibita omnia ea , per quæ de-
uenitur ad illud . Sed facillimè solue-
tur ex dictis ipsius *Andreae* in d. §. si in-
ter partes . ibi . Maximè proprie rationem
ipsius legis in principio , ut nulla alienatio
valeat sine consensu Domini . Si igitur
compromissum non sapit alienationis
naturam , fieri poterit sine Principis al-
senso , argumento eorum , quæ dixi in
d. *quæst. 33.* sed ijs dictis parentado di-
cimus , frigescere regulam illam , cùm
in contrarium adeat dispositio prout in
casu nostro ex cap. *unico de inuest. in*
marit. facta , alijsque . Quod si vrgeas ,
de iure Regni prohiberi laudum , & cō-
sequenter compromissum , per quod
deuenitur ad laudum , iam diximus , re-
gulam hanc non militare isthoc in casu
ob euidentem iuris communis Feudo-
rum correctionem . Cæterum nō igno-
ro , quæstionem hanc , an scilicet de
iure communi compromissum requirat
assensum , *Alexandri* tantum gladio di-
rimendam , vt videre est apud Docto-
res per *Dominum Regentem* citatos nec
non apud *Schraderum* part. 10. *jeçt. 1. n.*
166. & *Latham.* part. 12. *dilucid. 80.*
Vndè eam iterum supponendam fate-
or , quām hīc examinandam . His ità
dilucidatis .

31 Non obstant aduersarij argumenta
in contrarium adducta ex exemplis . Nō
primum ; Etenim responderi posset , ibi
compromissum fuisse de communi con-
sensu celebratum , nec non prævio al-
senso Regio latum supèr illo laudum ;
sicque , cum quæcunque causa queat
compromitti , quid mirum profectò , si

Li. 2 quan-

quandoque ea compromissa fuerit, ambabus partibus consentientibus? Minus quoque obstat secundum, cum eandem patiatur solutionem. Neque iuuat assertere, in secundo casu nullum fuisse obtentum assensum super compromisso, prout aduersarius videtur vrgere; nam respondeo sat esse, si ille postmodum fuisse super laudo impetratus. Et quamvis mira sanè eloquentia, parique doctrina conetur Domini Regentis sententiam suprà relatam impugnare sentiens cum *Affl.* requiri assensum etiam super cōpromisso, nihilominus tamèn, ut vidi tis, in contrarium est veritas. Vnde improbabilis redditur opinio *Affl.* eiusque modus impropriè loquendi in dec. 285. n. 16, cùm dixit, *Supè cōpromisso de re feudalē debet interuenire Regius assensus, & nō super laudo: ex hoc iure utimur, quia laudum descendit ex cōpromisso, & est exequitio cōpromissi.* Et quamvis assertur, inoleuisse praxim in Collaterali Cōsilio concedendi assensum cum clausula, dummodo antè promulgationem laudi fiat prius relatio in eodem consilio; Respondeatur, hoc euenire, ne putet quis, sat esse assensum super compromisso, quod illum ne requirit quidèm; & ideo, (ut utar verbis Camerarij per aduersarium adductis) ne super sententia censeatur praestitus assensus, quando (notate) praestatur in compromisso, Regentes in assensu dicere solent, ità tamèn, ut ante prolationem sententia arbitri referant, quid inde determinare volunt.) Cæterum, si partes exposcerent assensum super laudo ferendo, tunc assensus super sententia esset, & hic est qui necessariò per constitutionem Diuæ Memoriae requiritur, quique postea, audita relatione conceditur; sed quicunque alijs omnino redditur superuacaneus. Quod euidentè suadetur ex verbis ipsius *Loffr.* cùm dixit. *Hodiè in Regia Concellaria signamus supplicationem assensus cum reservatione, quod (notate) laudum proferatur (en quomodo assensus est super laudo, nec super compromisso) facta*

prius relatione, &c. Vnde non inficiari si obijciatur *decisio Regie Camerae* relata à *Reg. Moles in decis. 163.* vbi laudum fuit iudicatum nullum, in causa Principis Sulmonis cù Vniuersitate quāvis super illo fuerit obtentus assensus; Nam pro me sic respondebit *Dominus Reg. de Marin.* ibid. post num. 7. *Istamque dicit unusquisq; veram, iurisque canoniam esse sententiam, quam in quibusdam antiquis manuscriptis pro induxitata firmatam inueni à praefatis suis prioris seculi causarum oratoribus, Marco Antonio Fluccaro, Fabio Marchesio.* 10: *Baptista Fräco, & 10: Francisco de Ponte,* cùm pro Ilustrismo tunc Principe Sulmonis contra uniuersitatem eiusdem civitatis patrocinarerunt, consulentes pro validitate laudi, super cuius facta promulgatione extitit impetratus assensus, quamvis non in compromisso, & ita constanter tenet, quicquid in contrarium per Regiam Cameram de anno 1570. 17. Febr. facta relatione in collaterali consilio, decisum referat Reg. *Moles in suis decisionibus manuscriptis decis. 163.* Firmata igitur sententia *Fabij de Anne* primò à pari, secundò à posteriori,

32 Probatur tandem à priori; Nam causa feudalis compromitti non potest, sed causa dotis de paragio feudalis est, igitur nequit compromitti. Maior probazione non indiget, consequentia verò benè, ut video, deducita est. Tota lis ergo in minori consistit, quam aduersarius mordicus negat; eaque, ni fallor dependet à videndo, quando nam causa sit appellanda feudalis. Et

33 quidèm tunc causa feudalis est, cùm contemplatio feudi per se venit in ea causa, quæ ius, non factum continet. Quod etsi eidens sit, aliquali tamèn indiget explicatione. Etenim nemo negat, vitam & militia dari contemplatione feudi, à quo secundogenitus excluditur, adeoque feudi contemplationem per se venire; vnde cùm causa erit de vita, & militia, eam non fore compromittendam fassi sunt Doctores omnes; nihilominus tamèn voluerunt, quod

quod si ageretur de quantitate, tunc, quia questio facti esset, posset compromitti. Rursus, cum quis agit contra Baronem pro alicuius debiti consequente, tunc si feudi contemplatio in subsidium venit, licet questio iuris, nec facti sit, nemo est, qui sine derisu dixerit, eam compromitti non posse; unde causa in rigore feudalis non esset. Paret ergo, ut ea feudaliter sit, utrumque requiri nimirum, ut contemplatio feudi per se veniat, & causa ius non factum contineat, ea profecto ratione, quia bonum ex integra causa; malum autem ex singulis defectibus. Hoc posito, probatur minor; nam in causa dotis de paragio per se venit contemplatio feudi, ergo, modò ea factum non contineat, feudaliter est appellanda. Consequen-
tia est evidens ex ijs, quæ suprà retuli, Tota vis stat in antecedenti, quod de se patet; Etenim, ut in principio questionis diximus, in assignanda dote de paragio venit primariò non minùs contemplatio bonorum burgensaticorum, quam feudalium ita, ut dos debeatur è feudo, ut feudo, eiusque onus sit (quia ut vidimus, parùm obest, sit, necne onus reale,) ergo in causa dotis de paragio per se venit contemplatio feudi, adeoque feudaliter est, & consequenter non compromittenda. Et sic intellige-

34 dam arbitrator Petri de Gregorio sententia in quest. 37. vbi n.3. dixit, ad hoc, ut causa feudaliter sit, sat esse, ut quo- cunque modo feendum tangatur; nam alias ipse firmauerat vitam & militiam compromitti posse, si factum, non ius questio ostentaret; & ly, quocunque modo, non ita intelligendum est, ut voluerit, etiam quando per accidens contemplatio feudi veniret, causam esse feedalem, sed quando feendum vel deberetur in subsidium, vel nulla facta discussione bonorum allodialium; Nam corrigenda est imaginatio, quia potest feendum venire in subsidium, & per se venire illius contemplatio, quæ duo non idem sonant. Etenim dos debetur in subsidium è feudo, tamè contempla-

tio feudi per se venit in dote, quia dos datur non minùs contemplatione feudalium, quam burgensaticorū. Non nego autem quandoque duo hæc idem sonare; puta, cum fieret exequutio super feudo pro debito per Baronem contracto; tunc enim feendum in subsidium deberetur, & contemplatio feudi per accidens veniret, quia onus feudi non est debita soluendi, est autem dandi dotem de paragio, ut fusiùs diximus suprà; non valet ergo paritas hæc, si fortassis ab aduersario objiciatur. Et secundum hunc postremū calum intelligendi, explicandique sunt *Canonista in cap. caserum de sudic.* cum verè sit statuenda aliquædis differentia intèr istū, & primum; alioquin eodem modo creditor quicunque peteret in subsidium feuda, in quibus nulla spes succedendi foret, quo soror, quæ de iure Regni ad eorum successionem vocatur. Non est ergo putandum, eodem modo dotem detrahendam è bonis feudalibus in subsidium, quo cætera debita per Baronem contracta; nam ista, ut diximus, non dicuntur feudi onera; secùs autem dos de paragio, quæ simplicitè feudi onus appellatur, quæque debetur ex defec-
tu successionis in feudo, in cuius locū ea subrogata est. Hinc deducitur, quod non ex eo, quia locum habet compromissum, cum agitur de debito per Baronem contracto, quainuis hic in subsidium teneatur vendere feudu, locum quoque habeat, cum agitur de dote de paragio; nam primo in casu debitū feudi onus nō dicitur, secùs autem in secundo, quod perbellè docuit *An- dr. in const. si quis post litem,* cum dixit. Qui videbit utrum debitum sit contractū propter dominium, alias dominum, vel si onus feudi, pata, ut Dominum adiuuaret, vel proseruissimo faciendo contraxit, debitum, vel pro maritanda sorore, vel amita, ad quod (notate) tenetur de feudo inf. de succ. l. in aliquibus, &c. Paret ergo, dotem de paragio esse feudi onus, ac proindè nil mirum, si eius causa compromitti nequeat. Unde benè ex- pli-

plicuit differentiam dotis, & cuiuslibet alius pignoris *Andr. loc. cit.* inquiens. *Vnde in feudalibus contrahetur pignus iudiciale per iudicem in subsidium, ubi condannatus non habet alia bona.* Hæc igitur est diuersitas int̄ debita cōtracta per Baronem, & dotem de paragio, vt scilicet illa in subsidium quidem debeantur ē feudo, sed non tanquam feudi onus, sicut ista. Quod euidentiū ex eo suadetur, nam etsi primogenitus multa allodialia haberet ex paterna hæreditate, non proinde filiam dotare non deberet, attento feudalium valore, quoru contemplatione ea dici debet dotata. Non sic se res habet in creditore, qui, existib⁹ burgensaticis ad satisfaciēdum sufficientib⁹, nullam haberet sup̄ feudalibus actionem. Cur hoc? nulla alia dixeris ratione, nisi quia debita non sunt propriè feudi onera; secūs autem dos de paragio, quæ esto in subsidium debeatur, quia tamē onus feudi est, compromitti nequib⁹. Quod

36 si vrgebit aduersarius, causam dotis de paragio non esse feudalem, quia ea in pecunia debetur. Respondebit *Anna in d. conf. n. 15.* vitam, & militiam etiam in pecunia deberi, nec proinde eius causam non esse feudalem.

Si ergo funiculus triplex nō facile rūpit, non dubito, quin sententia *Fabij de Anna* tripliciter firmata incontrouertibilis reddatur. Nec obest contra eam fuisse decisum, prout ipse recēset in secundo volumine consiliorum, vbi exitus caularum propalat; nam recentiorem *S.C. decisionem* habemus pro ut in fine quæstionis videbitis.

37 Hinc apparet, causam renunciationis dotis de paragio, an scilicet ea validasit ē feudalem esse, nec proinde compromittendam; etenim, vt diximus, ibi feudi contemplatio per se venit, necnō quæstio ius continet, non factum, igitur feudalis est. Nec iuuat, aduersariū festinare sup̄ quadam doctrina *Diamondis Mariconda in const. comitibus. post addition. Petr. Montefort. in vers. solet dubitari*, dicentis, posse Primogenitum

transigendo obligare se ad p̄fstandam secundogenito vitam, & militiam, primò si agatur de quantitate, quia tunc est quæstio facti, non juris. Secundò si dubium, ob quod sit transactio, oritur fortassis ob legatum sibi à patre relictum, quare sit excludendus, vel illud cum militia compensandum, secūs autem, si transactio fiat cum aliquo extraneo, cui primogenitus nullo prosūs pacto militiam tribuere compellitur, tunc ergo, quia de noua seruitute agitur sup̄ feudo imponenda, quæ antea nullo modo aderat, requiri ait in huiusmodi obligatione, vel transactione Principis assensum. Quod in duobus primis casibus reperire non est, vbi nulla noua seruitutis impositio. Qua posita doctrina, inquit aduersarius, esto dos de paragio eadem sit cum vita, & militia, non proinde dicendum esse in casu nostræ quæstionis non posse eam compromitti; Etenim quæstio est, an si agatur de inualidanda renunciatione dotis de paragio, peti queat compromissum, sicque compromissum est sup̄ renunciatione, non sup̄ aliqua noua seruitute in feudo imponēda, quæ verè antea erat, positu, quod dos de paragio sit reale eius onus; nam p̄scindendo ab huiusmodi renunciatione, dos antea renuncianti debebatur, & nunc lis est, an queat renunciatione inualidari, sicque lis non est de feudo, quia quamvis huiusmodi dos de paragio non esset ab illo deducenda, adhuc renunciationis inualidatio opponi posset, & benè consequenter compromitti; patet ergo, ait, exceptionē hanc esse merè burgensaticam, adeoque vi gore Regiarum Sanctionum compromittendam.

Non iuuat, inquam, festinatio isthac; cum huiusmodi obiectio ex se ipsa soluatur; Vnde multū in ea immorādum non arbitror. Etenim ex nostris principijs, cum in tali renunciatione, veniat per se contemplatio feudi, & quæstio sit juris, feudalis dicetur. Cæterum idem dicendum, cùm quæstio est

38 est de vita & militia. Quare vel casus Mariconde continent factum, nec ias, vel feudi contemplatio per se non venit; & tunc eius doctrina vera est, si secundus falsa. Alia studiosus lector aduertet. Hæc me breuitè prælibasse satis, ne à S.C. decisione discreparem, cuius tenor est.

39 In cause Illustri Ducis Laurentiane cum Illustri Duce Adrie die 20. Decembris 1660. Neap. facto de prædictis verbo in S.R.C. per milite V.I.D. Iosephum de Rosa Regium Consiliariū, & causa Comissarium decreto ipsius S.R.C. prouisum est, quod procedatur in S.C. perito compromisso non obstat. Hoc suum.

Cumque decretum hoc fuisse intimatum procuratori Illustri Ducis Adrie die 25. Junij 1661. oppositis nullitatibus, & præsentatis die 4. Iulij.

Facto verbo per militem V.I.D. D. Blasium de Bolisaga Regium Consiliarium, & causa commissarium, per idem S.R.C. prouisum est, ne recipiantur nullitates. Acta sunt penes Actuarium de Litto.

40 Vnde aduertas, quod quamvis, si forte occurrat dies feriata immediate post, quam decretum intimatum est, terminus sex dierum statutus à Regia Sanctione ad nullitates opponendas non currat, nisi post illius diei lapsum, ut plurius in S.C. receptum passim testantur Doctores, nihilominus tamen causus Senatus contraria hic arbitratus est.

SUMMARY.

- 1 Primogeniti nobiliores sunt secundogeniti.
- 2 Ius primogenitura ab omnibus penè nationibus observatum est.

- 3 Natura edocet, primogenitos maiori honore, nonno amore decorandos.
- 4 Vita, & militia inducta est à Const. Comitibus in favorem secundogenitorum.
- 5 Vita, & militia debetur iam in feudo antiquo, quam novo.
- 6 Opinio Routi super nostra questione proponitur.
- 7 Impugnatur.
- 8 Simplex donatio conferri non posse.
- 9 Donatio feudi facta Primogenito non est simplex, sed ex causa Primogenitura.
- 10 Ad cuius dicti comprobationem adducuntur verba Andreæ, & Camerarij.
- 11 Concludatur, partem pretij super feudo nomine non posse vendicari per secundogenitos que hereditario.
- 12 Primogenitus, quamvis post feudi estimationem conferre, succedit ramon in ceteris burgensisatis.
- 13 Obiectum textus in l. si maritus C. de collatione.
- 14 Explicatur.
- 15 Bona feudalia, & burgensisatica diversum constitutum patrimonium.
- 16 Hares in feudalibus dicuntur hares universalis, siveque decisum.
- 17 Primogenitus posse feudi estimationem conferre.
- 18 Concludatur, è feudo per patrem quanto secundogenitos posse ramum vitam, & militiam trahere.
- 19 Proponuntur varia adversantiam argumenta, que ex ordine solvantur.
- 20 Feudum an, & quomodo dicatur acquisitum primogenito post patris obitum?
- 21 Feudum cui militia sit equiparandum?
- 22 Feudum quoniam modo dicatur profectum?
- 23 Obiectum dicitur Andreæ.
- 24 Explicantur.

QVÆ.

QVÆSTIO XXXIX.

An primogenitus succedens in feudo empto à patre, & consequenter nouo teneatur secundogenito dare vitam, & militiam, an, modò in burgensis velit succedere, feudum ipsum, vel eius estimationem cōferre, an tandem eam omnino iure hæreditario aqua lance dividere?



Vestio isthēe à primogenite doctribus agitata plurima indigeretur, dum plurimis circumdatā tenebris veram adlucitū iurium dispositiōnem occultat. Hæc est infelix Iuris prudentia natura, diuersimodè dignosferit, hæc antiquorum Iurisconsultorum felicitas, tenet fortassis impinguari; hæc denique recentiorum temeritas, pedissequos non praeserue. Sed iuvat quidem, nec displaceat me ab omnibus ferè Iureconsultis reprehendis, si enim iura studebo, perséqui, aliorum dicta posthabeam oportebit.

Ut ergo ordinatè procedamus, minimus lateat, primogenitos secundis longè nobiliores sunt habitos, adeò, ut Generalis Gallie confuetudo primogenitos ad successione validiores reddiderit ex DD. quos refert Doctor. Traq. in prefac. tract. de iure primog. nn. 3. Hinc inductum est Francorū ius, quod primogenitos tantum ad seudorum successionem vocavit. Hoc, & obseruauunt Hispani Arragonenses ex Oldrad. cons. 94. col. vlt. cons. seq. col. 2. cons. 231. Angli ex Petr. à Bella Pert. §. vlt. ins. de iure nat. Vngari. Pont. cap. licet de iure. Apuli ex Bald. cons. 275. col. 3. vers. isem quia non debet. lib. 2. Siculi ex Andr. in cop. 1. ad fin. tit. de eo eo, qui sibi & hered. su. Allobroges. Ant. Rub. cons. 133.

col. 4. vers. 3. principaliter. Insubres: Fratr. Cremen. sing. 50. Tudertini. Petr. Anc. in rep. cap. canonum statuta in 12. quæst. vers. quarto iuxta predicta ext. de consis. & tandem Iudæi ipsi Alex. conf. 162. incip. examinationis iuribus lib. 2. Quæ loca eruditè recenset Traq. vbi supr. ad nn. 12. Quare & primogenitos ad Regis dexteram sedere dixit Bald. & vestem quandam specialem induisse scripsit. Iom. Andr. in cap. licet de iure. Vnde ij. fæcerdotum officio fungebantur ex D. Hieronymo. qui in epistole ad Onagrum incip. misisti volumen. addit regnante quoque primogenitis deberi, & tandem ij. ceteris præponebantur apud Egyprios, Moabitas, Albanos, Græcos, Athenientes, Macedones, Troianos, Persas, Syros, Parthos, Germanos, Humidas, & denique gentes omnes, testic et. Traq. loc. cit. ea nimis ratione, quia edocet natura, primogenitos maiori decorandos honore, & pari consequenter amore ex Zacher. 12. cap. & dolebant super eum, ut dolebat sicut in morte primogeniti, & 2. Reg. 13. cap. & noluit contristari spissatum Apennina filij suis, quoniam diligebat eum, quia primogenitus ei erat.

Cum ergo tanta sit primogenitorum conditio, ne secundogeniti in infima reponerentur specie, decorati sunt per constitut. comitibus, vita, & militia, quæ loco portionis feudi, ijs concessa est, vbi primogenitus succedit in feudo, in quo ius Francicum viget. Unde

5 dè siue nouum sit, & per patrem acquisitum, siue antiquum, codem semper modo discurrendum fateor. Quae opinio est omnium ferè *Addetium ad Isern.* in §. *præterea ducatus n. 39. lit. 2. de prohib. feud. alien. per Feder. Minad. in const.* in *aliquibus n. 30. Ann. conf. 26. nu. 10.* aliorumque.

* Et quamvis *Rouitus ad Pragm. 24. de feud. post n. 27. vers. si ergo reprehendat Minad.* qui aperte scriplerat, tam in feudis antiquis, quam nouis deberi secundogenitis vitam tantummodo, & militiam; non tamè hucusque ius aliquod reperi, supèr quo huiusmodi reprehensio fundari queat, cum potissimum distinctio isthac in iuris corpore non reperiatur. Vnde quæ lex nostra distinguit, nec nos distinguere debemus, & dum ea generaliter loquitur, generaliter est intelligenda.

I. i. S. generaliter, ff. de leg. præt.

6 Ex his evidentè sequitur falli eos, qui voluere, deberi secundogenitis partem estimationis feudi hereditario iure, inter quos nouissimè *Scipio Rouitus in d. Pragm. 24. de feud. n. 31.* Nam si per DD. feudum totum Primogeniti legitima dicitur, quo iure poterunt secundogeniti feudi partē vendicare? Quod si respondeat *Rouitus*, secundogenitum non vindicare feudi partem, sed pretij, evidentius peccat, salua eius pace, dum pars pretij in patris patrimonio nullo prorsus modo reperitur, cum ex pretio feudum fuerit emptum, nec credo alterius iura edocuisse. Dicta ergo *Rouiti*, longo examine refutanda non arbitror, dum potissimum eius error ex ipsiusmet verbis eruitur, cùm scripsit n. 36. *Nam dictum meum non est fundatum in eo, quod corpus feudi sit hereditarium, & quod remanserit in hereditate, sed quia pretium, quo fuit emptum, nunquam abscesserit a patrimonio, & semper permanescerit in eodem patrimonio, licet conuersum in estimationem feudi.* Iam verò si feudum emptum fuit pretio, quonam modo è patrimonio non abscessit? Quod ut ciden-

tius innotescat,

Sciendum est patrem per huiusmodi emptionem voluisse filijs primogenitis consulere, adeoque illis rem emptam donare, eam è patrimonio tollendo. Vnde huiusmodi ius omnibus primogenitis acquiri dicitur statim, ac Parter feudo inuestitur, ipsoque viuente.

- 8 Quare quamvis simplex donatio non valeat, nec conferri queat per DD. omnes in *Anth. ex testam. de collation.* ac proindè damnata sit opinio *Ioannis antiqui Glossatoris*, diuersimodè tamè discurrendum est in materia de feudis, vbi
 9 talis donatio statim valuit; quia non simplex, sed ex causa primogeniturae, & adiuncti, videlicet feudi, sicuti loquuntur *Feudista in cap. Rursus, quib. mod. feud. amittatur*; neque explicationem hanc meam arbitremini, sed *Isernia*,
 10 prout exponitur à *Camerario ad d. §. præterea ducatus in penult. Dialogo pag. 17.* ibi. *Cam. Nunc os tibi obstruam; etenim si pecunia tanquam causa prima consideranda est, pecunie donatio simplex non valuit in vita, sed morte patris est confirmata, ergo habet vim relieti. Isern. statim valuit ratione adiuncti, idest feudi acquisiti, sicuti dicimus in cap. Rursus: Quib. mod. feud. amitt.*

Neque respondeat *Rouitus n. 22. Iserniam* loquutum secundum opinionem *Ioannis Glossatoris*; vnde sicuti illa damnata est, fore damnandam & haric; nā longè fallitur, vt videre est apud *Camerar. ibid. vbi. Cam: præsupponis namq; tu, omnem donationem simplicem perpetuo non esse conferendam. Hac enim, ut diximus, non est donatio simplex, sed ex causa primogeniturae.* Firmum ergo remaneat, partem pretij supèr feudo nō posse per secundogenitos vendicari iure hereditario.

Quoniam, verò accidit hoc fauore primogeniturae, hinc fit, vt si fortassis 12 primogenitus nolit feudi estimatione conferre, non per hoc non succedat in cæteris burgensticis. Nec proindè grauati dicentur secundogeniti; ete-

K k nim

nim ex feudo per primogenitum possesso vitam, ut diximus, & militiam deducunt. Quinimò si secùs; eueniret, ut potius primogeniti lèderentur, dum inutilem primogenituræ prærogatiuam dignoscerent; sive patet, nec feudū, nec eius æstimationem necessariò conferenda, ac proinde falli eos, qui volueret, feudum, vel eius æstimationem deberi secundogenitis iure collationis.

- 13 Sed obstaré videretur sanè sex. in l. si maritus C. de collat. ibi. Si maritus quoniam tuus ab intestato patri suo hæres extitit, & ei post humus à te reditus successit, actiones hereditarias amita filij vestri, quas habuit patris sui mortis tempore, docem non conferenti denegare præsens non dubitabit. En quomodo non conferenti denegantur actiones, per quas suam portionem hæreditatis consequi posset. Sed sex. hic sicuti nostræ sententiae non prodest, ita nec obest. Loxitut nanque, cùm agitur de successione in unico patrimonio, non in diuerso, prout in nostro casu, vbi bona burgensis tatica, & feudalia diuersum constituunt patrimonium, quod, ne à quæstione diuertantur, supponimus ex Bald. alijsque in cap. 1. an agnat. Iacobin. de feud. n. 2. & 8. Rosenthal. de feud. cap. 2. concl. 33. n. 26. & 4. & sequ. cap. 7. concl. 20. & 2. cap. 9. concl. 72. n. 2. & seq. Vnde in personis hæredum bona feudalia, & burgensis tatica stare tanquam patrimonia distincta voluere Camerer. in d. cap. 1. an agn. q. 22. n. 155. vers. quo salter permisso. Loffred. in cap. 1. in princ. Imper. Lothar. Montan. in cap. Imperiale, §. præterea datum n. 128. vers. sed ergo. de probib. feud. 16 alien, per Feder. aliisque. Quare hæredem in feudalibus tantum esse Univeralem decisum refert Vinc. de Franch. in sua prima decis. Hinc ignoro, quo iure Rouitus n. 24. asseruerit, fatuum esse dicentem, non teneri primogenitum, conferte partē pretij, qua feudum fuit emptum, si nolit in cæteris bonis burgensis taticis succedere; cum, quamuis velit, ad hoc nec teneri breuitè pro-

fectò, sed evidenter demonstrauerimus. Et quidem si conferre teneretur, vbinam primogenituræ utilitas ab omnibus hucusque considerata? Nec iniuria doctissimus T iraq. in d. tract. de primog. q. 5 1. nostram sententiam haud dubiam fatetur, cùm dicit. *Quinquegesimo primò quero, an conferendum su ceteris fratribus quid ad primogenitum peruenit iure primogenitura? quæ res minimè dubia est, quando superuacuum omnino effet, atque illusorium ius ipsum primogenitura, si fratribus effet conferendū.* Neque replicet quisquis sit, non conferri feudum, sed pretij partem; nam pariter illusorium redderetur ius ipsum primogenituræ.

- 17 Non negauerim tamè posse primo genitum feudi æstimationem conferre, si vellet, pura si incertos, exiguoisque perciperet fructus; tunc enim, quia feudum indivisibile est, nemo ignorat, æstimationem esse conferendam. Accidit hoc, ne lex in alicuius beneficiū adiuuera in eius odiuni retorqueatur.

- 18 Concludo igitur, in feudo nouo Frâico per patrem quæsito primogenitū succedere, nec secundogenitis aliud acquiri, quam viram, & militiam. Verum non ignoro, varia hinc indè sole re obijci argumenta, quorum

- 19 Primum esse poterit, quia feudum nouum dicitur acquisitum filio primogenito post patris obitum, sed ea, quæ post mortem acquiruntur, non veniunt in collatione ex l. si donatione C. de collation. ibi. Si donatione tibi post mortem patris fundum quæsisti, soror tua portionē eius vendicare non potest; nam, si sis filia familiæ constituta sibi à patre donatus est, cum sorore patri communī succedens, eum præcipuum habere contra iura postulas. Ergo dum acquisita sunt post patris mortem, petuntur iure hæreditario, & inter fratres diuiduntur.

- 20 Conuinceret prolectò & argumētum, quotiescumque feudum dicerem acquisitum filio post patris obitū, quod hucusque negauit. Sed esto, post eius mor-

mortem acquiratur filio feudum, an nō vita, & militia post patris obitum acquiretur? ita sanè; sed hæc acquisitiones licet ex genitoris industria sint, tamen quia feudales, fiant ex dispositiōne legis. An autem quæ ex legis dispositiōne acquiruntur, aliter acquirātur, ac lex disponit, vestrum erit iudicare. Neque obstabit, si replicetur, filios etiam ex legis dispositiōne succedere in bonis burgensaticis, quæ iure hæreditario diuiduntur; nam respondebunt qui primas iuris regulas edocti sunt, quod sicuti in burgensaticis ius cælareum omnibus æqua successione consuluit, ita è contra ius Francicum primogenito tantummodo; vndè sicuti ibi bona diuiduntur, hic pro primogenito stant indiuisa. Quod si recurras ad friuolam illam distinctionem dicentium, diuidendum fore pretium, iam respondi, pretium non adstare, quia conuersum in feudum.

Secundum desumi posset è contrario sensu tex. in l. ex causa 25. C. famil. erit. vbi etiam bona aliundè quæ sita conferenda non sunt, si successio respuatur. ibi. Ex causa donationis, vel (notate) aliundè tibi quæ sita, si aut successionem respueris, conferre fratribus compelli non posse. igitur etiam bona aliundè quæ sita, & sic feudalia teneris conferre, si aut successionem non respicias.

Sed nollemy, aliunde, aliud importare, quām quamcumque causam, quæ donatio non sit, vt benè explicat ibi Gloß. aliundè, id est ex causa alia. non ergo particula illa importat ea, quæ præcipua esse dicuntur, puta, castrenia. ex l. i. §. nec castrense, ff. de coll. bon. ibi. Nec castrense, nec quasi castrense peculium fratribus confertur. Hoc enim præcipuum esse oportere multis constitutib; cominetur. Cum autem successio in feudo dignitas primogeniti sit, inde sit, neque feudum conferri, sed tanquam præcipuum haberi. Sic evidenter disponitur in d. §. sed an id, quod dignitatis nomine à patre datum est, vel debetur, conferre quis in commune cogatur,

videamus, & ait Papinianus lib. 13. questionum, non esse cogendum; hoc enim propter onera dignitatis præcipuum haberi oportere, &c. nec censeo, clariora verba pro nostra sententia adduci posse.

Rursùs quod à Principe habetur, vel à lege, vel à consuetudine, Castrense dicitur. l. cum multa C. de bon. qua lib. ibi. Si quis igitur à Serenissimo Principe, vel à p̄yssima Augusta, sive masculus, sive femina donationes sit consecutus, vel consecuta, sive mobilium, sive immobilium, sive se se mouentium rerum, filias familias tamen constitutus, vel constituta habeat huiusmodi res omni acquisitione absolutas, & nemini eas acquiras, neque earum usūfructum pater, vel aunc, vel proaunc sibi vendicet, sed ad similitudinem castrensis peculij omnem facultatem in eas filij, vel filias familias habeant. Ut enim Imperialis fortuna omnes superemines alias, ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum. igitur q̄a primogenitus à Principe feudū habet, & à cōsuetudine iuris francorum, huiusmodi feudum tanquam castrense iudicabitur: & per hunc text. Bald. iure optimo feudum castrense peculium nuncupauit.

Tertium esse poterit, quia militia videtur æquiparari feudo, cum ambo dicantur de publico: vndè nequibat prius militia obligari, §. optimum; Auth. de exhib. reis, sed militia necessariò confertur fratribus. l. omnimodo §. fin. C. de inoff. test. ibi. Imputari verò filijs, alijsq; personis, quæ dudu ad inofficioſi testamento querebantur, in legitimam portionem & illa volumus, quæ occasione militia pecunij mortui ejisdem personis acquisita, posse lucrari eas manifestum est eo, quod eatis si militia, ut vendatur, vel mortuo militante, certa pecunia ad eius hæredes perueniat: ergo etiam feudum conferri debet.

21 Ast nescio, qua ratione ducti æquiparent aduersarij feudum militiæ, cum illud de iure francorum non minùs patri, quām primogenitis acquiratur, hæc verò indistinctè hæredibus, vt patet ex verbis d. §. paulò ante relatis. ibi. Vel

mortuo militante, certa pecunia ad eius heredes perueniat. Cæterum si omnia, quæ de publico sunt, & alienari nequeunt, cædem sapere dicemus naturam, iam confundamus oportet fiduciæ commissa, feudalia, cæferaque, quod nemo hucusque sine derisu dixit. Sed si velimus feudum æquiparare militiae, illi profectò æquiparandum est, quæ silentiarijs concedebatur, quæque sanè nullo modo confertur, ut patet ex d. S. fin. ibi, exceptis solis viris spectabilibus silentiarijs sacri nostri palæij (erant enim hi, quibus Imperator aliquid secrètè committebat, ut per Gloss. vndè patrius feudatarij istis assimilandi sunt, quibus Princeps feuda confidit) quibus præstata iam specialia beneficia tam de alijs capitulo, quam de pecunijs super memorata militia à parentibus eorum datis, ne in legitimam portionem eis compueretur, rata esse præcipimur; & clarius in l. fin. C. de silentiarijs lib. 12, ibi, subemus clarissimorum silentiarij preditos militia, & si genitorū suorum in potestate sint constituti; quamcumque solitorum, seu emolumentarum, vel donationum, seu hereditatum nomine per militiam, vel quamlibet eiusmodi causam his acquisita sunt, vel fuerint, iure castrensis peculij possidere, &c. & paulò post. Hac nanque ratione simul, & contemplatione, nec ipsam militiam, vel suffragium quodcumque pro ea, vel ab eisdem viris denotissimis silentiarijs, vel à parentibus eorum, vel à quolibet alio datum est, vel fuerit, ab his patimur in successionem defunctorum parentum conferri. Et si dices, conferri æstimationem, subdet Gloss. ibi, in verb. militiam. Scilicet ipsam, vel quod inde percipitur, vel eius æstimationem. igitur si feudum in primogenito tanquam castrense peculium consideratur, conferri non debet.

Quartum esse poterit, quia mos frâcorum, qui dat primogenito feudum, nil de æstimatione dicit; sed loquitur tantum de feudo; si ergo casum hunc omisit, remanet is in iuris communis dispositione, quod vult, ut bona æqualiter diuidantur. l. cum opus. C. de bonis, qua lib.

Sed friget argumentum, etenim si feudum subrogatum est in locum pecunij, dum de feudo ius francicum disponit, videtur disponere de pecunia, iam in feudum conuersa; & nè penitus secundogenitos reijciat, illis vitam tradit, & militiam.

Quintū erit, quia feudum potius profectum est, quam castrense; nam quamvis à prouidentia dantis dependeat, interuenit tamè patris pecunia. Et hæc est ratio, cur militia conferatur ex l. omnino §. fin. C. de inoff. test.

32 Verum, si illud denique dicere velimus profectum, licet impropriè loquerentur; dicendum est, cum pater voluerit primogenitis solummodo consulere ex datis prouidentia, non sic appellandum esse profectum, ut omnibus secundogenitis acquiratur: & hac responsione diluuntur cætera aduersariorum dicta, videlicet, quod, legato alicui fundo dotali, debeatur legatario ultimatio, ergo in feudo idem dicendum: nam ibi defunctus legando videtur velle consulere legatario, secùs hic, qui videtur primogenito solum consulere, quoad feudi successione, secundogenitis verò quoad militiam.

33 Tandem posset obisci Andreas de Isernia, qui vptore in Regno Euangelista impugnandus non est; hic nanque in d. S. præterea ducatus aperte dixit, æstimationē cōferri. Quare cæteri Iurisperiti potius illi adhærere studuerunt, parù n de erronea eius doctrina curantes, quam aliter sentire.

34 Sed responderi posset primò, argumentum hoc facere contra Rouitum, qui Iserniam deferendo, scriptis, feudi pretium non conferri, sed iure hereditario peti. Secundò dici posset, Andream aliter sensisse in const. constitutionem Diue memoria, ac dixerat in d. S. præterea ducatus. Nam hæc loquitur in d. const. Si ergo pater dedit plus uni, quam alijs, quando omnes succedunt, vel dedit de feudo alijs, quam primogenito, quando de iure francorum, dispositio hac non valeret, etiam si Princeps confirmet, si etat feendum pater-

paternum antiquum, nisi consentiant successores legiti; ut in rit. de alienat feudi posse. cap. 1. si nouum feudum est, volente Principe, posset alienare in alios, nemus inter filios, ut dict. cap. 1. diximus, Et tunc non debetur (notate) restitutio. Si igitur poterit pater feudum nouum liberè alienare, dum illud primogenito dedit, cur secundogenitis eius restitutio debeatur, ignoro. Tertio absque eo, quod Andrea detrahamus, con. mode dicimus, illum fuisse loquutum, cum

SYMMARIVM.

- 1 Secundogenitorum vita quanam sit?
- 2 Interest, feuda esse indiuisa.
- 3 Status questionis.
- 4 Natura feudi noui, & antiqui de iure communis feudorum:
- 5 Constitutio, ut de successionibus, non respicit communem agnationem.
- 6 Ascendentes, & Collaterales de iure Regni succedunt in feudo antiquo, quamvis non coniuncti ab illo latere, unde feendum peruenit.
- 7 Confirmatur hoc verbis Andreae.
- 8 Natura feudi noui, & antiqui de iure Regni.
- 9 Decisio 38. Rouiti non elidit nostram antecedentem questionem.
- 10 Adducuntur verba Capycij in dec. vlt. afferentis pro nostra sententia fuisse decisum per S. C. in linea collaterali deberi vitam, & militiam.
- 11 Gizzarellus in decil. 37. refert contraria eisdem Senatus decisionem.
- 12 In nostra questione duo casus distinguuntur, querunt primus ab omnibus admis- tur.

primogenitus secundo vitam, & militiam non daret: tunc enim iure optimo possent secundogeniti contra primos non iure hereditario, sed simplicis collationis agere. Et haec sat. Cætera videri poterunt apud Loffred. in d. S. præterea ducasus, Affl. aliosque passim. Nec ignoro plures contra nostram sententiam fuisse decisum, prout onines penè testantur, de qua re Anna sing. 200. verum haec sensi.

- 13 Contra secundum adducitur contrarium aduersantium fundamentum.
- 14 Soluitur.
- 15 Militia, que ob successionem collateralis primogeniti debetur secundogenito, si feudum fuit primo loco acquisitum ab aliquo ascendenre, non dicitur noua, sed potius eadem per continuationem.
- 16 Femina dotata, an, & quando excludatur à successione in feudis?
- 17 Vita, & militia quoad extictionem succedit loco alimentorum, quoad cætera loco legitimæ.
- 18 Redarguitur Gizzarelli lapsus quoad originem vita, & militia.
- 19 Quomodo vita, & militia dicatur succedere loco portionis feudi, à qua secundogenitus excluditur?
- 20 Si in secundo casu nostra questionis negamus vitam, & militiam, est admis- tanda collatio. Quod probasur.
- 21 In feudo antiquo etiam merè hereditario succeditur primo acquirenti.
- 22 Ascendentes succedunt sanguinem in feudis antiquis, non autem in nouis.

QVAE-

QVÆSTIO XL. ET VLTIMA.

An, & quando in feudo antiquo debeatur vita, & militia secundo-
genitis, si agatur de successione collateralium, & an, si stan-
dum sit *decisionis* 37. *Gizzarelli*, teneatur primogenitus eius
æstimationem conferre? ad eruditionem *decisionis ultima Capicij*, pro maiori antecedentis quæstionis intelligentia, & *decisi-*
38. Rouit. dilucidatione, vbi vera feudi antiqui, & noui de-
scriptio, attento iure communi feudorum, & Regni Neapolitani.



T quidem si tanta
est primogenito-
rum cōditio, quid
de secundogeni-
tis dicemus? Hæc
vita eorum, mili-
tia. Nunquam
verè fructuear, ni
corum *vitas* mors primogenitorum
perireat, nec tandem feudo inuesti-
natur, ni *vita* spolientur. Ast ne puteris
velim, eos in tam infima conditione re-
positos, vt ex cultu ritè præstito à sum-
mo rerum omnium Reparatore, maiore, &
quam primogeniti, amore decorati nō
sint. Consulte quæsto *Dinum Hierony-
num in Esiam*, & videbitis sanè dile-
ctum *Abel*, non *Cain*, *David* multos in-
tēr fratres minimum præ cæteris ele-
ctum, aliosque, quos consultò de-
sero.

- His ergo secundogenitis ius franci-
cum vitam, militiamque præstit, ne
2 feuda diuideret; interest nanque Rei-
pub. feuda indiuisa remanere, vt nimia
hercè eloquentia, perspicuaque Me-
thodo varijs Auctorum dictis scripsit in
sua oratione politica mox inter cæteras
prælo tradenda *Dominus Dominicus de
Rubeis* inter Iurisperitos non secundus.
3 Quoniam verò eoru*m* vita, vt diximus,
militia est, occasionem præbuit Iuris-
consultis disceptandi, an quandoque
in linea collaterali detur vita, & mili-
tia, vbi ius francorum viget, si agatur

de successione in feudo antiquo? Ne
autem tenebris reuoluamur, placet
principio feudi antiqui, et noui naturam
indagare.

- 4 Feudum igitur antiquum illud dici-
tur, quod acquisitum est ab eo, qui
communis agnationis causa fuit. cap. 1.
§. is verò de *success. frat. vet grad. succe-
dēt. in feud.* ibi. His verò deficientibus,
vocantur primo fratres cum fratum pra-
mortuorum filijs, deinde agnati ulterio-
res. Quod ita intelligendum est, si sen-
dom sit paternum; hoc est, si fuit illius pa-
rentis, qui eius fuit agnationis communis.
Quare subditur. Si enim Titij annus de
novo beneficio fuerit inuestitus, Titio sine
legitimo herede masculo defuncto, eius feu-
di successio non pertinet ad eiusdem Titij
patrum magnum, nec ad prolem ex co-de-
scendentem, immo reuertitur ad Dominum.
Sicque proculdubio arbitror, semper
feudum antiquum cum paterno confu-
di. cap. 1. de *nat. success. feudi*. ibi. Pater-
num autem voco, quicunque ex superiori-
bus id acquisiuit. Vnde asserere, feudum
antiquum esse, quod ab aliquo suprà
quartum gradum descendit, nouum
verò, quod infrà, diuinare est. Imò
Capicj in sua inuestitura in verb. feudu-
rum genera . vers. feudum antiquum, &
paternum. qui hanc tradidit distinctio-
nem, concludit tandem, duo hæc feu-
dorum genera, paterni videlicet, & anti-
qui, verè confundi. Hinc feudum vel
dicitur nouum inuestitura, cum nempe
ali-

aliquis primò inuestitur. cap. qui testes sunt necessary. ibi. Nouam inuestituram dicit, quando feudum primò queritur. Vel successione, & tunc sapit contrariam feudi antiqui naturam, illudque dicitur, quod non descendit ab eo, qui communis agnationis causa est. Quare, si alter ex fratribus feudum acquisiuit, quod posteà pluribus descendantibus fuerit delatum, deinde verò ex pacto ad lineam collateralē alterius fratris transitum fecerit, tunc nouam induit naturam, adeoque nouum appellabitur, quia non descendit à primo acquisitore communis agnationis. Sic magistriliter docet Bald. in cap. 1. S. hoc quoque sub num. 22. de success. feud. Dixi, ex pacto; Nam liquet iam, in feudo nouo non succedere collaterales. dict. cap. S. in alio verò ibi. In alio verò feudo, quod habuit initium tantum à fratribus, non succedit unus alteri, sine una inuestitura, sine duabus, nisi hoc fuerit dictum expressum, ut alter alteri succedat. Hæc est germana feudi antiqui, & noui natura è libris feudorum deprompta.

5 Cum autem in Regno vigeat consti-tutio, ut de successionibus, quæ communem agnationem non respicit, adeoque ex eius dispositione in feudo antiquo succedant ascendentēs, & collaterales, 6 quamvis coniuncti non sint à latere illo, vnde feudum ad defunctum peruerterat, prout scripsit Andr. in c. 1. n. 8 de nat. succ. feud. & breuius in const. si quando aliquem, in princ. ibi. Loquitur in feudo antiquo, quia in nouo parentes non succederent, ut sup. l. proxima, &c. Deinde paulò inferius. Et intelligunt periti Regni in fendo antiquo succedere ascenden-tes, & collaterales, etiam si non sunt co-niuncti ab illo latere, vnde feudum peruerterat ad defunctum; hoc est etiam si non fuit primò acquisitum per illum, qui fuit agnationis communis, quod est necessarium de iure feudorum, in ist. de gradibus suc-cessionum in fendo. cap. 1. &c. dicant, quod consti-tutiones Regni non sequuntur illos usus, quos ponit liber ite, ut patet infra, &c. Hinc sit, ut per DD. omnes, quot-

quot sunt, in descriptione feudi antiqui non veniat communis agnationis consideratio, prout intè cæteros videre est apud Loffred. conf. 38. num. 8. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de success. mu-tier. S. 1. n. 6. Annas conf. 125. nu. 17. & Amat. conf. 97. num. 6. Quare, cùm diximus in quest. 23. n. 1. feudum antiquum dici, quod ab aliquo ex antecessoribus, qui fuit communis agnationis causa, est acquisitum, loquuti fuimus, attento communi iure feudorum, videlicet cap. 1. S. his verò. De succes. fra. vel gra. succ. in feud. Sic quoque, cùm nouum feudum descripsimus, eam adaptauimus descriptionem, quæ tām iuri communi, quām Regni constitutionibus congrua est, tam casus erat de feudo nouo; nunc autem, re nata, in Tyronum gratiam, vberiū libuit feudi antiqui, & noui naturam dilucidare. Quòd fortè prolixius agemus, cùm Regni Pragmati-cas sub tit. de fendo. dilucidabimus, veramque libris feudorum trademus interpre-tationem, modò scribendi occasio præstetur. Interim, ut ad propositum reuertar, placet, nostris constitutionibus, attentis, iuri communi parentando, aliam feudi antiqui, & noui descriptio-nem ab omnibus penè feudis recep-tam efformare; ut scilicet feudum anti-quum illud sit, quod successione pro-uenit ex quacunque linea, sicque tām ex ascendentibus, quām collateralibus; nam, dum de nouo à possessore ac-quisitum non est, nouum in eius per-sona dici nequit, ut vberimè Loffred. conf. 25. n. 2. & 3. aliquique adducti à Ro-sentib. part. 1. c. 2. concl. 9. in schol. 1. in fin. quem refert Ronit. in decis. 94. Nouū verò consequentè illud dicimus, quod primò acquiritur, & sic, cùm quis suc-cedit in feudo, quod primò acquisitum fuit ab eo, cui ipse succedit, dicitur suc-cedere in feudo nouo, quod deinde antiquum appellatur in eius persona; adeoque, si quis illi succederet, dicere-tur in feudo antiquo succedere, quia succederet ei, qui non primò feudum acquisiuit, sed ab alio per successionem ha-

habuit. Et ex his eruitur, respectu eius, qui succedere nequit, feudum sempèr nouum appellari, si deinde illud quo-cunque acquirat titulo, prout scripsit *Reg. de Ponte de success. fœd. sect. 12. nn. 29.* relatus à *Rouit. loc. cit.* His ita breuius, quām oportebat, examinatis, vt ad quæstionem accedamus,

Ne minem lateat in *S. C.* teste *Rouit.* in solemni illa *decis. 38.* arduam quæstionem fuisse decisam; nām quidam Marcellus Blasius acquisivit primò feudi Rothij, quod postea immediate peruenit ad Alexandrum Ionatham nepotein ex victoria sorore primogenita dicti Marcelli Blasij. Zinobia Blasia soror secundogenita petij partem feudi, quod ex dictis nouum erat, dum illud Alexander Ionatha immediate habuit à Marcello Blasio primo acquirente. Itaque hucusque habemus, fuisse prælatū Alexandrum Ionatham, licet in remotiori gradu, sorori, ex noua gratia, prout hoc in casu decisum testatur *Rouitus in decis. 32.* & habemus quoque, Alexandrum Ionatham fuisse per *S.C.* ab solutum quoad petitionem partis feudi factam per Zenobiam Blasiā, prout idem *Rouitus* refert in *decis. 38.* ea vide licet ratione, quia pars pretij erogati in noui feudi emptionem non debetur in successione collateralium; prout apparet ex verbis decreti. ibi. *Declaratū est, partem pretij erogati in emptione bonorum feudalium de novo quasitorum non deberi in successione linea collateralis, ac proinde Alexander Ionatha absoluatur, &c.* Ex hac decisione *Rouitus* noster cōcludit, *Sacrum* illum *Senatum* iuisse in *Andrea* sententiam, qui scripsit, in successione feudi noui non deberi partem pretij iure collationis, non iure hæreditario, prout ipse dixerat *in d. Pragm. de fœd. 9.* Vndē, cùm collatio cœset in linea collaterali, inquit, meritò *S.C.* arbitratum esse, nihil deberi secundogenito in successione linea collateralis. Verūm, cum *decisio* sit tantū respectu successionis collateralium, non est perperam extendenda ad descendentes; adeoque

quantum est ex vi huius *decisionis* non eliditur nostra quæstio antecedens.

Cum igitur nihil debeatur de feudo nouo collateralibus, quærimus hīc, quid dicendum de antiquo? Supèr qua quæstionem, teste intèr cæteros *Capitulo in sua ultima decisione, Sacrum Consilium* censuit, in linea collaterali præstādam vitam, & militiam. Hęc sunt *Capugii* verba. Et propterea eius *decisio* fuit remissa ad *Cesaream Majestatem*. Deinde litera *Cesarea Majestatis ad Sacrum Consilium* directa sunt, in quibus das vices suas ipsi *Sacro Consilio*, quod supèr hoc casu habeat iudicare. Et per *S. C.* auditis partibus, fuit iudicatum, vitam, & militiam deberi etiam in successione in linea transuersali, &c. Hanc *decisionem* moradicūs longo, necnon defatigato examine impugnat *Gizzarel.* in *decis. 37.* vbi contrarium tanti *Senatus* *decisione* propalat. Quare nos, cum rationes pro vtraque sententia apud *Gizzarellum*, fatis sint explanatae, nè denuò scripta rescribanus, nonnullis breuissimè, & distinctè consideratis, quid dicendum sit, videamus.

Et profectò, vt in *38. quæst.* diximus, vita, & militia doti de paragio æquiparatur à *constitutione Comitibus*, cùm ea disposuit. Tamèn pro faciendo fratre milite, non minus, quām (notate) pro sororibus maritandis occasione eorum, quæ à communi patre frater maior habere dignoscitur, ex debito teneatur: ex qua dispositione elicetur, in nostra quæstione duos casus esse efformandos; nam aut feuduī, in quo collateralis succedit, non fuit primò acquisitum ab aliquo ex linea ascendentē, & tunc, quia frater non tenetur dotare sororem, neque tenebitur dare secundogenito vitam, & militiam. Aut verò fuit primò acquisitum ab aliquo ascendentē, & tunc primogenitus pro faciendo fratre milite non minus, quām pro sororibus maritandis occasione eorum, quæ à communi patre frater maior habere dignoscitur, ex debito teneatur.

Huius secundi casus resolutio videatur

tur sanè prima facie fallax. Etenim ad vberimam facilitatem fingamus quæso, Titum tres filios, filiamque habere. Hic feudum ab alio habeat, deinde verò decedat, vtique in illo maior natu succedit, reliqui duo filij vitam consequuntur, & militiam; fœmina verò datur de paragio, attento burgensatiorum, nec non feudalium valore. Huc usque nulli dubium. Verùm decedat postmodum primogenitus, explorati iuris est, secundogenitum succedere, qui tunc tanquam primogenitus reperitur; fœmina verò aliam dotem petere nequibit; iam verò, dum vita, & militia doti æquiparatur, cur frater hic tertigenitus vitam, & militiam denuò iure peter? Quod confirmatur alia euidenti aduersione; nam, si soror coniugata dotata de bonis fraternis à fratrū successionibus repellitur, indubitatum videtur, fratrem hunc tertigenitum ab aliorum fratrum successione repellendum, si ab ijs vitam, & militiam acciperet; vndē ne hoc admittatur absurdum, dicendum, falsam esse secundi nostri casus resolutionem.

[14] Ingeniosa sanè difficultas, sed in iure erronea. Etenim concedimus, & libetè, tanquam nostræ opinionis fundamentum, vitam, & militiam æquiparari doti de paragio; Vndē, sicuti hæc feudi onus dicitur, ita & illa; ergo si per successionem collateralis à fœminâ huiusmodi dos non aufertur, neque vita, & militia per eiusdem successionem à fratre secundogenito auferri debet. Qua-

[15] re corrigenda proculdubio est imaginatio, vt non dicatur noua quædam alia vita militia illa, quam per mortem collateralis secundogenitus haberet, ac proinde diuersa ab ea, quam per mortem ascendentis possidebat, sed prorsus eadem, sicuti eadem dos dicitur ea, quā per ascendentis obitum possidet fœmina, ac illa, quam per obitum collateralis, sicque vita, & militia tanquam feudi onus reale debetur à quocunque feudi hærede, quamvis in linea collaterali constituto, modò ab ascidente,

aliquo fuerit primò acquisitum, dum per quandam continuationem illam secundogenitus in hoc casu vendicaret.

[16] Præterea, cùm dicitur, dotatas de bonis fraternis excludi à fratrū successionibus, distinguendum est; nam vel viuitur iure francorum, & tunc, vt excludantur, debent esse dotatae de bonis fraternis, alias vocantur, modò alij fratres non supersint, prout declaratum iam fuit per *Pragm. 1. de fenis*, vulgo *la Filingeria*. Vel viuitur iure Longobardorum; & tunc excluduntur, si quomodounque fuissent dotatae, siue de bonis paternis, siue fraternis, ex dict. *Pragm.* de qua intèr cæteros *Afflct.* in *constit.* vt de *successionibus num. 30.* & *sequentibus*, sed hæc obitè. Cæterum conuinceret aduersariorum argumentum, si ego nouam militiam existimat illam, quam secundogenitus continuat tantum; nam, sicuti soror dotata de bonis fraternis excluditur deinde à successione, ita frater hic, qui haberet nouam vitam, & militiam à fratre, esset postmodum repellendus à successione. Quod verè falso est.

Et ex his euidentius suadetur, cur in primo casu distinctionis nostræ quæstionis secundogenitus non habeat vitam, & militiam, quam in secundo casu vendicabit. Nam vita, & militia, licet succedat loco alimentorum quoad extinctionem, dum extinctione personæ extinguitur; quoad reliqua verò succedit loco legitimæ, prout voluit *Loffred.* in cap. 1. §. quid ergo, versic. vel danda, col. 2. de *inuestit.* de *re alien.* fact. relatus à *Garzia Mastrill.* in addit. ad *Pet.* *de Gregor.* tract. *de vita, & militia q. 2.* Vndē, cum legitima non debeatur in linea collaterali, meritò, vt consideranti patet, vitam, & militiam negamus in primo casu, in secundo autem concedimus. Quod si replices, in secundo casu adhuc considerari linea in collateralem, iam dixi, considerationem hanc materialiter se habere, dum secundogenitus per quandam continuationem illam retinet: sicque patet secundum.

L 1 ca-

casum nostræ distinctionis nō esse omis-
18 sum in *constitutione*, prout scripsit Gizzarello, cuius lapsus eo clarius appa-
ret, quod voluerit, causam finalem ori-
ginis vitæ, & militiæ fuisse seruitum mi-
litare, non autem exclusionem à suc-
cessione; Nam, cum *Constitutiones Re-
gni foeminas in masculorum effectum
aduocant*, cumque dorem ipse trahat, attento etiam valore feudalium propter eorum successionem, isto in casu mi-
litare cogentur, quod nein hacusq; sine derisu dixit, præterquam quod, cum seruitum personale iam cessauerit, id-
que à primogenito tantum in pecunia
præstetur, ut in 38. quest. diximus, in-
dubitati iuris est, huiusmodi serui-
tum non faisse formalē originis vitæ,
& militiæ rationem, sed potius condi-
tionem quandam, quæ iam in desuetu-
dinem ab ijs, firma adhuc stante vitæ, &
militiæ natura; alioquin in implicaret, per-
empta causa formalē, effectum forma-
le perseuerare, non secus ac si dice-
remus, perempta albedine, parietem
album esse, cum verè à Philosophis re-
ceptum sit proclama illud, ut causa
formalis, & effectus formalis secundum
essentiam confundantur.

19 Hic autem aduertas velim, quod,
quando dicimus, vitam, & militiam
succedere loco portionis feudi, à qua
secundogeniti excluduntur, de ijs in-
telligendum sit, qui necessariò saltē in
quoad legitimam erant instituendi; sic
que de descendantibus. Etenim, cum
ius francorum primogenitos tantum-
modo vocasset ad successionem in feu-
dis, aduenit deinde *Constitutio Regni
Comitibus*, quæ in eorum favorem, qui
necessariò in legitima erant instituendi,
vitam induxit, & militiam, non autem
in beneficium collateralium, quibus
necessariò non erat deferenda succe-
sio, quod patet ex verbis d. const. Comi-
tibus, cùm dicitur, occasione eorum, quæ
à communi patre frater minor habere di-
gnoscitur. Quare, licet nos demus secu-
dogenito in linea collateralī militiam,
vbi feudum fuit primo loco ab aliquo

ex ascendentibus acquisitum, vel illi
successione decuolutum, illam tamē
secundum iuris regulas negamus, quo-
tiuscunque nunquam ascendentium ra-
tio considerari potest. Quam opinione
int̄ ceteros amplexatus est, Afflēt,
noster in dict. const. Comitibus n. 21.
cuius præcipua verba hęc sunt. *Istud
verbum (de bonis patris) intelligitur de
bonis illius patris, cui à principio fuit con-
cessum feudum; quia natura feudorum est
hęc; quod ille, qui dat feudum, cogitat
non solum de persona eius, cui dat, sed etiā
de genere, & posteris eligens eos in suo ob-
sequio, &c.*

Vera igitur sit sententia admittens
vitam, & militiam in linea collateralī,
quoties feudum primo loco in aliquem
ex ascendentibus transitum fecerit, cum
casus hic apertis verbis comprehenda-
tur in dict. const. Comitibus, prout se
ostendisse in S. C. refert Minad. 10 repet.
Rubr. in aliqibz, relatus à Gizzarello,
quamvis ægro animo, in dict. dec. n. 95.
dum dixerat, casum in dicta constitutio-
ne nullo prorsū modo comprehendendi,
cum nihilominus in num. 36. scripsisset.
Statuit enim, quod frater teneatur dotare
sororem, & fratribus vitam, & militiam
dare occasione eorum bonorum, quæ à com-
muni (notate) patre dignoscitur ha-
bere.

Quod si firmè dices, neque hoc in
casu secundogenito deberi vitam, & mil-
tiā, dicas oportet, salua primogeni-
torum pace, illi deberi partem pretij iu-
re collationis.

20 Hoc ut evidenter pateat, recolenda
erunt, quę in cap. 1. an agnat. disposita
sunt, vbi aperte statuitur, agnatum pos-
se feudum antiquum retinere, repudia-
ta morientis hæreditate. ibi. *Sic contige-
rit; vassallus sine omni prole decadere,
agnatus, ad quem uniuersa hæreditas per-
inet, repudiata hæreditate, feudum, si
paternum fuerit, retinere poterit,* Vnde
21 ibi Bald. Aluar. & alij tenent, cap. hoc
locum sibi vendicare etiam in feudo
hæreditario, non tantum in feudo ex
pacto, & prouidentia. Hos sequitur

Ro-

Rosenthal. qui in cap. 2. concl. 33. num. 26. & 40. alijsque in locis sic pluriēs deci-
sum refert. Quare volunt hi, vt agna-
tus, repudiata morientis hæreditate,
sufficiat, vt sit hæres primi acquirentis.
De qua re videndus est *Hart. Pif.*, tom.
2. quest. 1. num. 50. & 52. & quest. 2. n. 2.
& 4. Sed quicquid sit de hoc, cùm cer-
tum sit, in Regno, vbi ius francorum
viget, feuda non ita saltēm dici hære-
ditaria, vt veniant in petitione hæredi-
tatis, adeoque, si extraneus sit institu-
tus hæres, nequiret nisi allodialia vé-
dicare, illud pariter indubitatum vide-
tur, locum habere horum dicta in feu-
do ex pacto, & prouidentia, licet cum
qualitate hæreditaria, in quo non vltimo,
sed primo acquirenti succeditur,
ex text. in cap. 1. de nat. success. feudi.
Afflct. in cap. 1. in princip. de eo, qui sibi,
& hæredi, Quodque non venit petitione
hæreditatis, nec quoad eius æstima-
tionem, prout est solemnis decisio *Ro-*
uisti suprà relata (quæ decisio confirmat
profectò nostram *questiōnē* 28. vbi pro-
lixè probauimus, feudum in Regno, vbi
ius francorum viget, nō dici hæreditariū)
Strato hoc fundamento, valet cōse-
quētia, ergo *nostro in casu feudi æstimatio*
debetur secundogeniti iure collationis, quā
probo, quia tota ratio, quare iure col-
lationis non deberetur, esset vtiq; quia
collatio non datur in linea collaterali,
sed hic nō succedit collateralı, verū pri-
mo acquirenti (dū *questio* est de feudo
antiquo, quodq; nō venit petitione hæ-
reditatis ex *S.C. dec.* nec cōsequētē sim-
pliciter hæreditariū cēseri debet) licet il-
lud per collateralis obitū accipiat ex
quodā contractu, prout elegātē scrip-
ſere *Guglielm. de Perno consil. 3. & Petr.*
de Gregorio de concess. feudi part. 2. quest.
8. num. 9. ergo si primus acquirens fuit
ascendens, dum hic vitam, & militiam
consequi nequit, consequetur iure col-
lationis feudum. Quoniam autem ea,
quæ indiuisibilia sunt, debentur quoad
æstimationem, *ex cap. 1. de fratr. de no-*
no benefic. inuest. vbi Bald. Isernia, &

ceteri; idcircò, quia feudum hoc anti-
quum iure francico debetur primo-
genito, eius æstimationem conseque-
tur secundogenitus, non petitione hæ-
reditatis, vt optimè decisum est, ergo
iure collationis.

Quod si dixeris, me in antecedenti
questione negasse collationem, non
immeritò hic illam do, dum ibi dabam
vitam, & militiam *constitutionis, Comitibus.* Quoniam verò ea hīc fortè
negatur, ideò collationem admitto;
nec suaderi possum, ascendentēs sem-
p̄r primogenitis consulendo, quando-
que tantū secundogenitis consulere
voluisse. Neuē tandem mireris, me
dixisse, in feudis antiquis non merè hæ-
reditarijs succedere primogenitos non
vltimo morienti, sed primo acquirenti
ad differentiam feudi hæreditarij, cæte-
rorumque bonorum allodialium, cum
in simili casu hoc fateamur op̄ortet. Et
quidē nemo est, qui ignoret, ascen-
dentes in feudis antiquis succedere,
non in nouis; ex eo; quia, cùm in anti-
quis succedunt, vt descendentes con-
siderantur; adeoque primo acquirenti
succedere, omnes communiter scrip-
ſerunt, de qua re elegantissimè *Vinc. de*
Franch. in dec. 3.

Quarè concludimus, in feudo nouo
secundogenitis descendētibus deberi
vitam tantū, & militiam, quam col-
lateralibus in feudo antiquo negamus,
modò feudum non fuerit primo loco
alicui ex ascendentibus acquisitum,
tunc enim ijs vel vitam damus, & mili-
tiam, vel partem pretij conferendam
tuemur. Hæc satis. Cætera per *Gizza-*
rellum allata ex dictis facillimè diluun-
tur. Alia ad materiam pertinentia vi-
dere quisque poterit apud sexcentum
recentiores, & præcipue *Reg. Tapiā*
in famigerata illa *Supremi Italia Senatus*
decisione 2. Vbi tota ferè feudalis
moles trutinatur. Interim modum do
meis hisce dilacagationibus. Si Lector
tenebris eas inspiciet inuolutas, imma-
tuteꝝ ætatis peccata arbitretur; quod si
non

non benè, quoad postulabat quæstiones, examinatas dixerit, aduertat, me non luci examen, sed examini lucem solummodo præbuisse. Si tandem lu-

cem viderit exiguum, summum rerum omnium consulat Reparatorem, à quo vera lux, quia vera lex.

**DEO, DEIPARÆQUE SINE LABE CONCEPTÆ
Laus summa.**



INDEX RERUM.

QVÆ IN HIS QVÆSTIONIBVS CONTINENTVR.

A

- Bstinen ab hæreditate paterna, si se hæredem fatetur, tenetur ac si hæres esset quæst. 4.n.6. pag. 24
 Accessoriū sequitur naturam principalis q. 22. n. 14. sed quomodo? n. 27. an semper? q. 31. post n. 15. 210
Actio in factum non datur, non concurrente ignorantia. q. 1. post n. 4. 23
Actio realis datur ad consequendam vitam, & militiam. q. 38. n. 13. 247
Actio hypothecaria contra quos detur? q. 31. post n. 15. 210
Actione personali agitur ad consequendam dotem de paragio. q. 38. post n. 10. 245.
Actor petens rescissionem transactionis, excipiente reo, non tenetur prius exhibere pecuniam. q. 34. n. 4. 222
Actor petens rescissionem transactionis, non excipiente reo, non tenetur ante rescissionem exhibere pecuniam. ibid. n. 5. tenetur verò postea. n. 7. ibid.
Actus quandoque coactionis, quandoque voluntatis dicitur. q. 10. n. 7. 52
Actus mediatus in criminibus non habetur pro actu perfecto. q. 13. n. 14. 66
Accusatori nunquam licet, quin in Turpilianum incidat; licet autem Reo suum sanguinem redimere. q. 37. post n. 12. 237
Addita feudo tanquam indiuisibilia cedunt feudo. q. 22. n. 30. 123
Adiectio nouæ qualitatis non infirmat primam dispositionem. q. 28. n. 29. 176
Aditio vide verb. hæreditas.
Administrantes officia prohibentur contrahere matrimonia cum eis, quas habent sub eorum iurisdictione. q. 33. n. 6. 220

- Ædificium, per quod fistulis aqua ducitur, feudo cedit. q. 22. n. 7. 119
 Ætas requisita ad inducendam pestem animæ, quæ sit? q. 15. n. 20. 76
Affectus proximus, & immediatus effectui in simplicibus criminibus extra ordinem tantummodo puniendus est. q. 13. n. 19. ibid.
Affectus immediatus effectui in atrocissimis criminibus ordinaria plectredus est peena. q. ead. n. 15. ibid.
Affectus mediatus effectui in atrocissimis extra ordinem est puniendus. q. ead. post n. 8. ibid.
Affectus proximus in criminibus est ille, inter quem, & effectum nihil mediatur. q. ead. n. 21. 68
Agens de Lucro non iuuatur æquitate. q. 31. n. 3. 205
Agens via testamenti non potest variare. q. 19. n. 17. 97
Agens via testamenti censetur renunciare ceteris iuribus. q. ead. n. 11. ibid.
Agnati, & Cognati de iure Codicis simul succedunt. q. 11. n. 8. 53A
Alienata imputantur in legitimam. q. 24. n. 3. 140
Alienatione prohibita, censetur prohibita servitutis impositio. q. 36. n. 8. 230
Alienatio illa tantum, quæ diminutionem importat, de iure communi feudorum prohibetur. q. ead. n. 4. 228
Animus patere debet; alioquin hæreditas nunquam supponitur aditæ. q. 4. n. 5. 24
Animus quibus modis declarari possit? remissiæ, q. ead. n. 11. 25
Annus statutus à Regia Pragm. ad fideliæ iurandam currit post biennium. datum ad priuilegium in forma Regiae Cancellariae expediendum, quamvis hoc ante biennium fuerit obtentum. q. 37. n. 20. 240
Annus non taxat legatum. q. 9. post n. 31. 49 Mm Ap-

I N D E X

- A**ppellatio ab expulsione à locis honestis & non denegatur in praxi. q. 7. n. 27. 39
Apocā quando fidem faciat? q. 6. n. 1. 5.
& seq. 31
Arbitrium Iudicis iuribus consummūt esse
debet. q. 15. n. 4. 75
Arbitriū Iudicis non habet locum in puz
niendis minoribus, cūm non concurrūt
omnes conditiones apposita in pragm.
r. de minoribus; sed adiūt commune
est. recurrentum. q. ead. n. 6. ibid.
Arrogari nequeunt testamenta condere.
q. 26. post n. 7. 155
Ascendentes non succedunt in feudo no
uo. q. 40. n. 22. 267
Ascendentes succedunt in feudo antiquo.
q. 30. n. 12. 200
Ascendentes de iure Regni succedunt in
feudo antiquo, quāmvis non coniuncti
ab illo latere, vnde feudum peruenit,
q. 40. n. 6. 263
Assensus Principis est gratia. q. 21. num. 2.
109
Assensus de iure communi requiritur in
imponenda seruitute, ad hoc ut ipsi Do
mino præiudicium inferatur, secus si
tagatur de præiudicio contrahentis. q.
36. n. 33. 228
Assensus Principis in feudo cur requira
tur? q. ead. n. 9. 230
Assensus requiritur de iure Regni ad hoc,
ut seruitus imposta contrahenti, & Do
mino præiudicium afferat. q. ead. n. 7. in
fine. 230
Authoritas differt à consensu. q. 2. n. 11.
110
- B**
- Barones possunt artes foetorem indu
centes prohibere. q. 7. n. 4. 36
Beneficia Ecclesiastica non conceduntur
nisi Clericis. q. 5. n. 3. 27
Beneficia Ecclesiastica non dantur sub cō
ditione. q. 5. n. 5. ibid.
Benefiorum interpretatio est solummo
do copiarentium. q. ead. n. 4. ibid.
Beneficium l. 2. ff. & C. quod cum eo:con
ceditur ijs, qui sunt alieni iuris. q. 1. n.
4. 2
- Beneficia m. auth. præterea q. vnde vir, &
vxor: quomodo debeatur q. 32. num. 9.
218
Beneficiū ve quis teneatur, nisi in quan
tum sacerdotis potest, competit multis. q. 31
post n. 15. 21
Bona deuoluta ad hæredem verè sua di
cuntur post aditionem. q. 20. n. 12. 103
Bona subiecta tidei commissio non possunt
pro indiuiso cum legitima obligari. q.
24. post n. 51. 138
Bona feudalia, & burgensis tica diuersum
constituent patrimonium. q. 39. n. 15.
258
- C**
- C**ambyses Rex Persie deglubauit Si
sannem. q. 2. n. 39. 16
Carcer dicitur adiumentus ad custodiam
non ad poenam. q. 10. post n. 13. 153
Carolus secundus cur exteadit successo
rem in feudis? q. 28. n. 26. 179
Castor Hyiacis filius cultus fuit tanquam
Deus apud Cretenes ob nobiles filios.
q. 30. post n. 28. 203
Castrense dicitur quod vel à Principe
vel à lege, vel à consuetudine habe
tur. q. 39. post n. 20. 259
Causa dotis favorabilior est in ambiguis.
q. 18. n. 20. 94
Causa dicitur feudalis, vbi sit mentio feu
di. q. 38. n. 33. 252
Causa feudales nequeunt in Regno com
promitti. q. ead. n. 2. 244
Causa appunctuata remittenda est, cūm
electio fori per privilegium fuisse fa
cta ante litem contestatam. q. 35. n. 14.
226
Causa viræ, & militiae quando sit dicenda
feudalis? q. 38. n. 4. 244
Causa inualidandæ renunciationis dotis
de paragio, stante Regia sanctione, cō
promitti non potest. q. ead. n. 37. 254
Causa lucrativa licet ab initio voluntaria
sit deinde necessaria. q. 31. n. 4. 205
Causa finalis attenditur fin' qualibet con
cessione. q. 18. n. 7. 92
Causa dotis perseverante, locum non ha
bet ius congrui. q. ead. n. 12. 93
Cau-

R E R V M .

- Causa studiorum dicitur priuilegiata.** q. 7.
n. 15. 38
Cessa personali actione , censetur cessare hypothecaria. q. 31. post n. 15. 210
Clausula constituti , & precarij transfert eiuciem possessionem tantum . q. ead. post n. 9. 207
Clericalis ordo an eximat filium à patria potestate ? q. 3. n. 2. & 5. 19
Clericatus an sit necessariò probādus per literas. q. 5. n. 13. 29
Clericus fruatur statutis Laicorum faventibus . q. 3. post n. 16. 22
Clericus proprium peculium habere dicitur. q. 3. n. 11. 20
Clericus ob clericatum à seruitute liberatur. q. ead. n. 10. 20
Clerico debetur vita , & militia. q. 38. post n. 11. 246
Coadunata quando iuuent, si singula non profint ? q. 6. n. 8. 33
Cœlestis militia neminem patria potestate soluit. q. 30. n. 8. & 12. 20
Collaterales de iure Regni succedunt in feudo antiquo , quamvis non coniuncti ab illo latere , vnde feudum peruenit. q. 40. n. 6. 263
Compromissum si fuerit factum super refeudali , an tam de iure cōmuni , quām Regni requirat Principis assensum. q. 38. n. 24. & sequentibus . 250
Compromissum non habet locum ubi agitur de inualidanda renunciatione dotis de paragio debitæ super feudo , sicque decisum. q. 38. n. 39. 254
Comparatio scripturarum à iudicis arbitrio pendet. q. 6. n. 10. 34
Comparationes quomodo faciendæ ? q. ead. n. 3. 32
Condicio filiorum melior est; si feudum sit ex pacto , quām si sit hæreditarium . q. 28. n. 3. 171
Conditiones appositaæ in pragm. 1. de minoribus se habent respectuè . q. 15. n. 12. 76
Conditiones appositaæ in pragm. 1. de minoribus sunt ad animi feritatem dignoscendam. q. ead. n. 16. ibid.
Conditiones obligationum defuncti quomodo non dicantur immutari ex hære-
- dis persona ? q. 20. n. 25. 206
Conditionibus coniunctim datis , omnibus parendum est , quia loco unius habentur , secūs si diuisim. q. 15. n. 8. 75
Confessio de hæreditate , quæ adiri non potest , nullum infert præiudicium confitenti se esse hæredem , neque quoad præsentes , neque quoad absentes. q. 4. n. 2. 23
Confessio de hæreditate , quæ adiri potest , præiudicium infert confitenti quoad præsentes non quoad absentes. q. ead. n. 5. ibid.
Confessio de hæreditate , quæ potest censi adita , vel non adita , infert præiudicium confitenti respectu præsentium , & absentium. q. ead. n. 7. 24
Confessio succedit loco probationis. q. ead. n. 4. 23
Confessio non inducit nouum contractū , sed illum , qui iam inductus est probat. q. ead. n. 3. 23
Confirmatio duplex est , altera in forma communi ; in forma specifica altera. q. 21. n. 18. 112
Confirmatio in forma specifica duo requiri. q. ead. n. 19. ibid.
Consensus differt ab authoritate. q. 2. n. 18. 10
Conseruatio est secunda productio. q. 1. post n. 9. 7
Constitutio , vt de successionibus , non respicit communem agnationem. q. 40. n. 5. 263
Constitutio , constitutionem Diuæ Memoriæ operatur vt quisque possit contra proprium factum venire. q. 36. num. 7. 229
Constitutio Constitutionem Diuæ Memoriæ prohibet etiam alienationem , quæ non importat diminutionem. q. ead. post n. 8. 230
Constitutio , in aliquibus locum sibi vendicat in sororibus , & fratribus veterinis. q. 11. n. 12. 53
Constitutiones regulantur à procœmis . q. 16. n. 6. 81
Construens ædificium super alieno solo scienter , an possit pretium repetrere ? q. 22. n. 36. 124

M m 2 Con-

I N D E X

- Construens ædificium super solo 'feudali scientè', poterit pretium repetrere . q. ead. n. 38. 125
Contractus init per filios fam. de iure cōmuni quamvis absque patris consensu non sunt nulli. q. 1. post n. 8. 6
Contractus huiusmodi nulli sunt de iure Regni. q. ead. n. 3. 2
Contractus censualis dicitur rescissus per declarationem creditoris, & litis contestationem. q. 8. n. 12. 41
Contractus feudalis absq; assensu non potest dici validus ad tempus. q. 21. n. 24. 113
Contractus feudalis sine assensu non est nullus ab initio. q. ead. n. 10. sed illicitus. post n. 14. diffentia n. 16. 112
Contractus quando dicatur complectus? q. ead. post n. 10. 110
Contractus super re aliena validus est, quamvis venditor teneatur, Dominum rē restituere . q. ead. post n. 14. 111
Contractus non statim ac in moribus peccat, invalidus dicitur, sed illictus exēplo Sacerdotis confidentis Sacramentum in peccato mortali. q. ead. post n. 16. 112
Contractus nequit tesciadi, si debitor nō est in mora. q. 8. n. 10. 41
Contraherentes sponsalia cum monialibus non sunt excommunicati . q. 33. n. 7. 230
Conrectatio cadit super re mobili. qu. 14. n. 3. 69
Corradinus, & Dux Austriae interempti fuere à Carolo secundo. q. 28. n. 47. vbi inscriptio. 179
Corpus adiectum taxat legatum. q. 9. n. 2. 43
Creditor tenetur in solutum recipere bona stabilia à debitoris hærede cum beneficio legis, & inventarij, modò in eius posse pecunia non reperiatur, quamvis defunctus debitor renunciasset beneficio auth: hoc nisi C. de solutionibus. q. 20. n. 3. 101
Creditor negligens in exigendo à principali debitore nequit deinde fideiussorē compellere, si principalis soluendo nō sit. q. 27. n. 1. 165
Creditores anteriores habentes hypothecam supèr feudalibus tenentur ad ea recurrere, quamvis adsint cetera allodialia, vt detur locus posterioribus habentibus hypothecam tantummodo super allodialibus. q. 24. post n. 2. 139
Creditores posteriores titulo oneroso agentes hypothecaria, vel sola personali quamvis posteriores præfertur anterioribus titulo lucrativo agentibus hypothecaria. q. 31. n. 16. 212
Curator datus ad petendum potest agere ad exhibendum. q. 33. n. 8. 220
- D**
- D**amnati ad perpetuos carcères, si ab illis ad Ecclesiam aufugiant, an gaudent eius immunitate. q. 10. n. 10. & seq. 53
Debitor si soluendo non sit in pecunia, potest creditori rem immobilem assignare. q. 20. n. 1. 101
Declinatoria fori opponenda est etiam à maiore ante litem contestatam. q. 35. n. 10. 225
Definitio seruitutis. q. 36. n. 6. 229
Delicium filij nocet patri in feudo. q. 30. n. 22. 201
Depositio testium de manus notione absq; alijs administriculis non facit plenā probacionem. q. 6. n. 7. 32
Deus vult efficaciter peccatoris poenitentiā, secūs peccata, sine quibus poenitentia non est, & ratio. q. 33. n. 3. 219
Deus vult efficaciter actus participantes optimi finis rationem. q. ead. n. 3. ibid.
Dictio in numero singulari adaptari potest ad numerū pluralē. q. 32. post n. 5. 217
Differentia inter feudū hæreditarium, & ex pacto. q. 28. n. 2. 171
Dignitatis status duo sunt, quorum primus nunquam perditur, secūs alter. q. 25. n. 22. 150
Dispositio prima non infirmatur per adiectionem nouæ qualitatis. q. 28. au. 29. 176
Dominia non debent remanere dubia. q. 24. n. 7. 143
Dominus feudi, an teneatur soluere pretiū ea-

R E R V M .

- carum meliorationum, quae per se subsistere nequidant. q. 22. n. 34. 124
Dominus feudi nequit præjudicium inferre primogenito admittens ad fidelitatem secundogenitum. q. 28. n. 75. 185
Donator non tenetur nisi in quantum facere potest, deducto ære alieno, & ne egeat. q. 31. n. 2. 204
Donatio feudi facta Primogenito, non est simplex, sed ex causa primogenitoræ. q. 39. n. 9. 257
Donator duo possidet priuilegia inter se diueria, à nemine huc usq; sic declarata. q. ead. post n. 15. 211
Donatio inter viuum, & vaorem morte comprobatur. q. 1. post n. 4. 9
Donatio inter viuos dicitur ab initio perfecta. q. 31. n. 7. 205
Donatio inter viuos absq; villa reseruatione nulla est. q. 26. n. 4. 154
Donatio causa mortis habet ultimæ voluntatis naturam. q. 2. n. 10. 10
Donatio non reuocatur, quanta sequuntur non fuerit traditio. q. 31. n. 6. 205
Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum est contra bonos mores, quia auferit liberam testandi facultatem. q. 26. n. 5. 154 **Immò est contra bonos mores naturales.** n. 24. 164
Donatio omnium bonorum, quamvis iuramento firmata, non valet quo ad totū. q. ead. n. 22. 163
Donatio omnium bonorum firmata iuramento valet quo ad bona præsentia. q. ead. n. 25. 164
Donatio simplex conferti non potest. q. 39. n. 8. 257
Donatarius accipere debet bona futura donata è manu hæreditis; sed, si ei fuerint donata omnia bona præsentia, & futura, huiusmodi donatio nulla erit, quia hæres esset derisorius. q. ead. post n. 9. 158
Donans omnia bona præsentia, & futura ostentat actu prodigalitatis. q. ead. n. 13. 160
Dos non sapit totalem legitimam naturam. q. 17. post n. 4. 85
Dos dependet à iudicis arbitrio. q. ead. n. 26. 29
- Dos duplice ex capite datur estimata viho.** q. 28. n. 2. 91
Dos non est legitima. q. 17. n. 22. 88
Dos de paragio potest esse minor legitima. q. ead. post n. 4. 85
Dos de paragio è bonis feudalibus descendenda compromitti nequit. q. 38. n. 3. 244
Dos de paragio sex capita continet. q. 17. n. 23. 88
Dos de paragio debetur è feudo ut feudo. q. 38. post n. 9. 245
Dos de paragio quoniam modo in subdividuum dicatur sumi è bonis feudalibus? q. ead. post n. 34. 253
Dos de paragio dici potest onus feudi. q. ead. n. 14. 247
Dos de paragio ad hoc, ne feudalis dicatur, non obest, quod debeatur in pecunia. q. ead. n. 36. 254
Dos estimata facit emptionem. q. 18. n. 3. 91

E

- Ecclesia fundata est super personam,** quia locus non sanctificat hominem, sed homo locum. q. 16. post n. 8. 81
Ecclesia inducta est in proximi pietatem, charitatemque. q. ead. n. eod. ibid.
Ecclesia reddit hominem tutum à peccatis imposita. q. 10. n. 5. 52
Emancipatio non soluit iura nature. q. 2. n. 19. 12
Episcopus non censetur scilicet patria potestate quoad effectum successionis. q. 3. n. 8. 20
Error Archiepiscopi Moysis. q. 28. n. 52. 180
Exactio à debitibus referit se: ut effectu ad aditionem hæreditatis. q. 16. post n. 8. 86
Exactio tertiarum an pugnet cum resciliione contractus? q. 8. n. 14. 41
Exceptio firmat regulam. q. 16. n. 18. 83
Exceptio æris alieni militat etiam contra hæredes donatarij. q. 31. post num. 15. 212
Exclusio foeminae in Regno fundatur in doratione. q. 11. n. 2. 54

Ex-

I N D E X .

- Expressa ratificatio operatur, vt acta valent ex nunc. q. i. post n.8. 6
 Expressa ratificatio habet se vt actū principalem respectu primæ obligationis. q. ead. post. n.8. ibid.
 Expressa ratificatio non dependet à prima obligatione vt causa. q. ead. n. 10. 7
 Expressa ratificatio filijfamilias de iure Regni valet. q. ead. post n.8. 6
 Extensio in poenibus facienda non est etiam ex majoritate rationis. q. 14. n. 11. 70
- F.
- F Aber noquit malleare iuxta scolas. q. 7. n. 17. 38
 Foeminae dotatæ, an & quando excludantur à successione in feudis? q. 40. n. 16. 265
 Foeminae, statibus masculis in Regno, excluduntur à successione. q. 17. num. 1. 85
 Foeminae, & secundogeniti in regno quoad feudi successionem parem penè fortunam sortiuntur. q. 38. n. 9. 245
 Feudum nouum, & antiquum quale sit? q. 23. n. 1. 126 & q. vltima n.4. 262
 Feudum non constituitur ab inuestitura. q. ead. n. 15. sed in Regno huiusmodi solemnitates sunt sublatæ. n. 23. & 24. 137
 Feudum antiquum talis naturæ est, vt in illo succedatur primo acquirenti, quāvis fuerit hæreditarium. q. 40. num. 21. 266
 Feudum, quo vivitur iure francorum, dicitur ex pacto, & prouidentia. q. 28. n. 18. 174
 Feudum implicat esse mixtum ex qualitate hæreditaria, & ex prouidentia, modo qualitas hæreditaria operetur, vt heres debeat habere ratum defuncti fædum. q. ead. n. 61. 182
 Feudum esse hæreditarium, & ex pacto, non implicat. q. ead. n. 10. sed quomodo. n. 31. 176
 Feudum hæreditarium impropriè dicitur feudum. q. ead. n. 8. 1. 186
 Feudum non imputatur in legitimam de-
- bitam iure naturæ, si in illo succeditur, iure Francorum. q. ead. n. 89. 188
 Feudum hæreditarium vix in iure reperiatur expressum. q. ead. n. 55. 189
 Feudum, quomodo dicatur profectum? q. 39. n. 22. 260
 Feudum, si addatur qualitas aliqua inuestituræ, dicitur ex pacto. q. 28. n. 16. 174
 Feudum, an, & cui militiæ sit equiparandum? q. 39. n. 21. 259
 Feudum dicitur legitima primogeniti. q. 38. n. 12. 173
 Feudum, an, & quomodo dicatur acquisitum primogenito post patris obitum? q. 39. n. 20. 258
 Feuda vel sunt hæreditaria. vel ex pacto, & prouidentia. q. 28. n. 1. 171
 Feuda de iure Regni dicuntur hæreditaria. q. ead. n. 11. 172
 Feuda in Regno nequeunt esse hæreditaria, quatenus apponantur feudis ex pacto. q. ead. n. 62. 182
 Feuda hæreditaria imputantur in legitimam, secùs illa ex pacto. q. ead. n. 84. 187
 Feuda in Regno non dicuntur hæreditaria simpliciter. q. ead. n. 35. 177
 Feuda in Regno habet esse hæreditarium à iure Francorum. q. ead. n. 33. 176
 Feuda non ex eo sunt hæreditaria, quia Regnum est huiusmodi, qu. ead. nu. 51. 180
 Feuda hæreditaria non modo in legitimam, sed in Trebellianicam etiam imputantur. q. ead. n. 87. 188
 Feuda in Regno, potest defendi, non esse hæreditaria. q. ead. n. 44. 178
 Feuda esse individua, interest Reip. q. 40. n. 2. 262
 Feuda antiqua & noua, de iure communis & Regni quæ sint? q. ead. nu. 4. & 8. ibid. & 263
 Feudalia attenduntur in dando paragio. q. 38. n. 7. 244
 Fideicommissarius quamvis possidens non potest esse contradictor hæredis. q. 19. n. 7. 96
 Fideicommissarius propria autoritate capiens fideicommissum cadit e iure suo. q. ead. n. 9. ibid.

Fin

R E R V M .

Fideiussores de iure antiquo quomodo poterant conueniri? q. 27.n.6.	166	Filius subintrat personam Patris. q.30.post n. 22.	201
Fideiussores conueniri nequeunt à creditore negligente in exigendo à principali.q.ead.n.1.	165	Filius est res Patris.q.ead. n.15.	200
Fideiussor de iure nouo in subsidium tantummodo tenetur: q.ead.n.7.	167	Filius fam. an validè contrahat sine expresso Patris consensu pro re ad Patrem spectante? q.2.n.1.& 2.	8
Filij quamvis hæredes non sint, succedunt in feudo ex pacto, & prouidentia.q.28. n.4.	171	Filius potest pro Patre fideiubere . q. ead. n.29.	16
Filij tenentur potius præstare opem patri infidelí egeno , quām cuilibet infidelis. q.2. n.37.	16	Filius dicitur pars Corporis Patris. q. 36. n.14.	200
Filij à parentibus vendi poterant. q.ead.n. 33.	ibid.	Finis Prag. 1. ad Maced.q.2.n.31.	16
Filij, vt Patribus subueniant, tenentur quādoque egredi è religione.q. ead. n. 35.	ibid.	Filius nequit remittere iniuriam sibi illatā. Patre dissentiente.q.ead.n.38.	16
Filij plus Patri, quām Patriæ debent . q. ead. n. 36.	ibid.	Filius yna vox est cum Patre. q.30.n.13.	200
Filij despicientes Patres peccant contra reuerentiam, q.ead. n. 33.	ibid.	Filio honorem petenti prodest suffragium patris.q.ead. n.23.	202
Filijs fam. ratificatio de iure communī siuē expressa , siuē tacita semper est valida. q.1. post n.8.	6	Fistulae , Canales &c. ædi cedunt. q.22. n. 5.	119
Filij fruuntur dignitate Patris. q.30. nu.4. 198.	ibid.	Frater vterinus tenetur dotare sororem vterinam,non viuente matre.q.11. n.5.	54
Filijs nolentibus paternorum bonorum possessionem agnoscere, fit locus cæteris.q.37.n.7.	234	Frater vterinus excludit sororem vterinā vigore constitutionis Regni, in aliquibus.q. ead. n.18.	53
Filij in veritate non in honore patri exequuntur.q.30.n.9.	200	Frater consobrinus succedit sorori consobrinæ in feudis antiquis ex noua gratia exequutioni demandata pet Dominum Comitem de Castillo olim huius Regni Proregem , sed non vigore pragm. 11. S.3. de feudis. q.23.n.6.& 9.	127
Filius succedens in feudo ex pacto & prouidentia tenetur esse hæres etiam in burghsaticis, quotiescumque agitur de honore Patris conseruando. q.28. n.8. 172	ibid.	Fructus feudi prohibentur alienari in perpetuum. q.36.n.13.	231
Filius , quia representat personam Patris , illi suam cōmunicat nobilitatem. q.30. n. 17.	201	Fugientes à tritemibus possunt multiplici in statu considerari. q.10.n.2.	51
Filius succedit Patri saltēm quò ad legitimam.q. 2.p.13.	10.	Fugientes à tritemibus an gaudeant ecclasiastica immunitate , si verè damnati sint, nec pendeat appellatio, nec poena migrarit. q.ead.n.3.	ibid.
Filius familias per l. duodecim tabularum dicitur hæres necessarius. q.1.n.2.	2	Fundamentum constitutionis , in aliquibus , non est dilectio masculorum , neque agnationis. q.11.n.18.& 19.	56
Filius potest disponere de bonis castrenis. q.2. n.28.	15	Furans vltra vnicam punitur pena mortis naturalis. q.16. n.8.	70
Filius fam. incipiens esse sui iuris habetur, vt nouus homo.q.1. post n. 4.	3	Furantes in Ecclesia an gaudeant eius immunitate ? q.14.n.24.	84
Filius contrahens præsumitur contrahere in causam castralem. q.2. post nu.14.	ibid.	Furtoru species multæ sunt. q.14.nu.5.	69
		Furtum comprehendit crimen expilatæ hæreditatis , si perpatretur post aditam hæreditatem.q.ead. n.7.	72
		Fur-	

I N D E X

- Furtum non punitur poena mortis, nisi cōcurrentibus nonnullis qualitatibus.** q. ead.n. 19. 70
- Furtum quomodo definiatur?** q. ead. n. 2. 69
- G**
- G**radus de iure communi feudorum circa inuestitaram. q. 37.n. 15. 239
- Gratia Catholicæ Maiestatis pro successione in feudis novis;** q. 23.n. 10. 127
- H**
- H**abens filios præfertur non habenti. q. 30.n. 10. 200
- Hæreditas habetur pro non adita in ijs, que adeunti cum inuentario damnofa sunt.** q. 20. f. 18. 105
- Hæreditas nunquam censeretur adita, nisi pateat animus.** q. 4.n. 9. 24
- Hæreditas censeretur adita per immisionem in illam.** q. 1. post n. 7. 5
- Hæreditas animo aditur.** q. 4.n. 8. 24
- Hæreditatis aditio comprobatur per exactionem à debitoribus, & quomodo?** q. 1. post n. 8. 6
- Hæredes donatoris nequeunt uti priuilegio, ne teneantur, nisi in quantum possunt.** q. 31. post n. 15. 211
- Hæredes licet ante tempus dictum ad conficiendum inuentarium conueniri nequeant, tamen, illo facto, statim conueniri possunt.** q. 37.n. 8. sed vide n. 1. 238
- Hæredis est debita soluere.** q. 9. post n. 14. 45
- Hæres non cogitur adire, nisi omne damnum, quod timet, sibi sarcatur.** q. 20.n. 10. 103
- Hæres actionum directarum tantum derisorius hæres est.** q. 26. post n. 9. 159
- Hæres dicitur successor vitiorum, & culpa defuncti.** q. 29.n. 9. 103
- Hæres in feudalibus dicetur hæres vniuersalis; sicque decisum.** q. 39.n. 16. 258
- Hæres quandoque liberatur actionem cedendo.** q. 9. post n. 14. 45
- Hæres quando teneatur dare in pecunia.**
- creditoribus, quod ita promiserat defactus? q. 20.n. 16. 105
- Hæres cogi nequit ad vendendum fundum iniusto pretio à creditoribus ad seruandam renunciationem Auth.** hoc nisi C. de solutionibus factam per defactum. q. ead.n. 1. 103
- Hæres in allodialibus consequitur etiam vitam, & militiam.** q. 38.n. 6. 244
- Hypotheca specificatur à natura contractus.** q. 31. post n. 15. 209
- Hypotheca sequitur rem, sicut lepra leprosum.** q. ead.n. 8. 206
- Hypotheca semel constituta non tollitur per aliam subsequentem.** q. ead. post n. 8. ibid.
- Hypotheca contracta super bonis hypothecatis pro indiviso, an tollatur, sequuta divisione?** q. 24.n. 6. 143
- I**
- Ignorantia dicitur probata, si priuilegiati litem exerceant sine procuratore.** q. 35. post n. 16. 226
- Ignorantia non operatur quin priuilegiati possint opponere fori declinatoriam alio modo, quam non priuilegiati.** q. ead.n. 17. ibid.
- Ignorantia non præsumitur, si minor in iudicio comparuissest cū procuratore.** q. ead.n. 15. ibid.
- Ignorantia facti opponi potest post litem contestatam; secus autem ignorantia iuris, quamvis opposentes sint priuilegiati.** q. ead. n. 16. ibid.
- Ignorantia non concurrente, non datur actio in factum.** q. 1. post n. 4. 3
- Immorantes in triremibus loco depositi nequeunt puniri poena ultimi supplicij.** q. 10.n. 14. 53
- Immunitas Ecclesiastica, an concedatur fugienti à triremibus?** q. 10.n. 3. 51
- Immunitas Ecclesiastica, an concedatur fugienti à carceribus ad Ecclesiam, si ad illos perpetuò fuerit damnatus?** q. 10.n. 10. & seq. 53
- Interesse coercet delinquentes.** q. 32. post n. 2. 215
- Interpretatio declaratur secundum interpretē.**

R E R V M:

petrati naturam. q. 16. n. 21.	83	iectum sit. q. ead. n. 24.	47
Inuasio cadit in res immobiles. q. 14. n. 4.	69	Legatum loco coarctatum an comprehēdat venalia? q. 29. n. 9.	195
Inuentarium ad quid proficit, si non teneatur hæres feruare renunciationem factā anh. hoc nisi C. de solut. à defuncto cū iuramento? q. 20. n. 16.	105	Legatis ædibus, videntur legata ædificia, quæ supra solum earum sunt. q. 22. n. 12.	120
Iudex damnans ultra petita stultus est. q. 8. n. 17.	42	Legata domo, videntur legata insula ibi adiuncta. q. ead. n. 1.	ibid.
Iudex semper debet uti arbitrio iuribus consenso. q. 15. n. 4.	75	Legato fundo, debetur quicquid postea adiectum est. q. ead. n. 13.	ibid.
Iudex in puniendis minoribus quomodo se gerere debeat? q. 15. n. 25.	78	Legitima est quota bonorum. q. 24. n. 4.	141
Juramentum an transmittatur ad hæredes?	q. 20. n. 21.	sed quomodo? post n. 5.	141
Juramentum contra bonos mores non est obligatorium. q. 35. n. 12.	225	Legitima an assignanda sit per iudicium?	140
Juramentum præstandum est à miserabilibus eligentibus forum, non ab illis consentientibus in foro. q. ead. post n. 12.	226	Legitima in suo conceptu dicit diuisionē à bonis fideicommisso fabieatis. q. ead. post n. 5.	141
Iurisdictio semper intelligitur data cum omnibus ijs, sine quibus ipsa esse non potest. q. 33. n. 8.	220	Legitima excludit omne grauamen. q. 17. post n. 4.	86
Ius primogeniture ab omnibus penè nationibus obseruatum est. q. 39. n. 2.	256	Legitima primogeniti in Regno est totius Regnum. q. 28. n. 70.	184
Ius congrui habet locum in dote æstimata ea æstimatione, quæ emptionem facit. q. 18. n. 4. sed vide n. 10. & 11.	92	Lex nostra ad ea adaptatur, quæ frequenter accidunt. q. 37. n. 24.	242
Ius & iniuria contraria sunt. q. 21. n. 23.	103	Lex in alicuius beneficium adiumenta non debet in eius odium fieri queri. q. 34. post n. 8.	223
Iusurandum supplet defectum integrat. q. 2. n. 25.	14	Libertas non læditur per aliquid extrinsecum. q. 11. n. 31.	58
Iustitia remota, Regna sunt magna latronicia. q. 21. n. 32.	117	Luckum differt à damno vicando. q. 31. n. 32 sed quomodo? post n. 15.	211
Iustitiae effectus. q. ead. n. 34.	116	Luxuria intemperā iracundiam alit. q. 32. n. 2.	213
Iustitia est omnium virtutum Dominus, & magistra. q. ead. n. 33.	117	M	14
L eitor sunquam est expellendus à locis honestis etiam ex rationibus pœnitenciarum. q. 78. n. 25.	39	Aior natu succedit in Regno in sensu, si viuatur iure francorum. q. 23. n. 3.	126
Legatum non taxatur ab anno. q. 9. post n. 31.	49	Malefatores ob strepitum expelli possunt. q. 7. n. 2.	36
Legatum quando dicatur demonstratiū; quando verò taxatiū? q. 9. n. 13.	45	Matum ex singulis defectibus, bonum ex integra causa. q. 21. n. 29.	115
Legatum dici potest demonstratiū factore alimentorum, quamvis corpus ad.	215	Mater non gaudet filiorum nobilitate. q. 30. n. 1. cur hoc? n. 2.	198
		Mater gaudet filiorum nobilitate, ipsis volentibus. q. ead. n. 2.	ibid.
		Matrimonium inualidum cōsolidatur novo consensu. q. 1. post n. 4.	4
		Matrimonium, quamvis absque dote, firmum nihilominus est. q. 32. post n. 1.	215
		Nn	Mc-

I N D E X

- Meliorationes cedunt solo. q. 22. n. 9. 119
 Mens tacita potius, quam verba attendenda sunt in quamvis vltima voluntate. q. 29. n. 28. 99
 Mens testatoris singitur cogitasse ea, quae lex disponit. q. ead. n. 31. 100
 Merces non veniunt appellatione suorum. q. 29. n. 6. 192
 Meretrices expellendae sunt ab honestis locis. q. 7. n. 6. & seq. 36
 Militans in sacris scrinijs honore afficitur. q. 30. post n. 4. 199
 Minor eo ipso, quo fideiubet, dicitur lessus. q. 2. post n. 14. 11
 Minores ferula poenam redendi sunt, quam alia poena plectendi. q. 15. n. 2. 75
 Minores de iure Regni dicuntur qui non diu in 18. ann. compleuerunt. q. fad. n. 13. 76
 Minores non necessariò putie di sunt pena ordinaria, si concutant omnes conditiones appositæ in pragm. de minoribus, sed tunc verè subest pena iudicis arbitrio. q. ead. post n. 12. ibid.
 Minores restituendi non sunt aduersus modicam lesionem. q. 35. post n. 18. 227
 Miserabiles personæ eo tantum modo possunt forum eligere, quod adi declinare. q. ead. post n. 10. 225
 Miserabiles personæ tam in causa civili, quam criminali habent electionem. f. r. q. ead. n. 1. 2. & 3. 224
 Mobilia statuta ad usum feudi an dicantur partes feudi? q. 22. n. 17. & 29. 123
 Mox partis acceditur in legimæ approbatione. q. 17. n. 21. 88
 Mortuus quis prius supponatur, si duo simul reperiantur interempti? q. 23. n. 8. & seq. 127
 Mulier in viri claritatem transit, q. 30. n. 7. 200
 Mulier supponitur prius decepsisse, quam vir, si ambo reperiantur mortui. q. 23. n. 13. 133
 Mulier nubens infra annum luctus perdit non modo vestes pretiosas, sed etiam lucubres. q. 19. post n. 22. 97
 Mulier ex triginta casibus non iuuatur Velleiano. q. 12. n. 2. 99
 Mulier iuuatur velleiano. q. ead. n. 1. ibid.
 Mulier in solidum obligata cum viro, ubi nulla fideiussionis coniectura viget, non iuuatur velleiano. q. ead. n. 9. 6
 Mulier, quamvis in solidum obligata cum viro, potest quandoque gaudere Velleiano. q. ead. n. 2. 63
 Mulier neque cum iuramento potest Velleiano renunciare ex Regia pragm. q. ead. n. 3. 61
 Mulier non iuuatur Velleiano, si post belli n. 4. 31
 Mulier conuolans ad secunda vota fit ex franca. q. 19. n. 29. 99
 Mulier ignobilis nobili nubens nobilitas tun. q. 30. n. 8. 200
- N**
- Natura hypothecarie est ius in rem producere. q. 36. n. 8. 330
 Natura omnes æquales voluit. q. 25. n. 5. 145
 Natura edocet, primogenitos maiori honore, necnon amore decorandos. q. 32. n. 3. 256
 Natura dictat, ut prius moriatur, qui prius nascitur: q. 23. n. 1. post n. 1. 134
 Natura tam masculos, quam foeminas oducit. q. 1. post n. 20. 96
 Natura legati indefiniti que sic. q. 19. n. 7. 193
 Negligentes in exigendo à principali non possunt deinde compellere fideiussiones. q. 27. n. 20. 165
 Negligentibus iura nostra non subueniunt. q. ead. n. 8. 369
 Nobiles non minus virtutibus, quam virtutis possunt abundare. q. 25. n. 25. 151
 Nobilis verè ille dicitur, qui ab intrinseco talis est. q. ead. n. 6. 145
 Nobilis non dicitur, qui ab extrinseco talis est, sed habens nobilitatem, ex profusa modo, si visio imponeretur in pariente. q. ead. n. 5. ibid.
 Nobilis ille dicitur, qui animi decorem seruat. q. ead. n. 3. ibid.
 Nobilitas non oritur ex diuinitate. q. ead. n. 3. 146

No. 3

R E R V M.

Nobilitas patri adueniens prōdest filijs. q. 30. post n. 5.	200	Paragium æquiparatur vitæ , & militiae. q. 38. n. 5.	244.
Nobilitas sedis transit ad collaterales. q. ead. n. 6.	ibid.	Paragium datur loco portionis feudi , ad quod fœminæ de-iure Regni admittentur. q. ead. post n. 9.	245
Nobilitas nostris tempestatibus extendi- tur. q. 25. n. 17.	147	Parentes multoties male se in filias gerunt: q. 17. n. 13.	87
Nobilitas quandoque datur à Principe. q. ead. n. 5.	145	Particulæ, suum, tuum, &c. important sē- pèr tempus præsens , non futurum . q. 26. n. 17.	162
Nobilitas annorum curriculo pullulavit. q. ead. n. 1.	ibid.	Particula , &, an æquipolleat particulæ , cum? q. 29. n. 11.	197
Nobilitas ex quounque delicto enormis- simo non perditur. q. ead. n. 19.	148	Particula negatiua præposita adverbio quandoque cadit supra verbum. q. 27. n. 4.	166
Nobilitas à personis, non à rebus prædi- catur. q. ead. n. 10.	146	Partus ventrem non sequitur quoad digni- tatem. q. 30. n. 2.	198
Nobilitatis genera quatuor sunt. q. ead. n. 21.	150	Pascua quando veniant appellatione fun- di? q. 32. n. 15.	120
Nomen , Pater, nomen honoris est. q. 30. n. 18.	201	Pater nequit vocare fœminas in masculo- rum præiudicium , stante statuto, quod masculis extantibus , fœminæ non suc- cedant. q. 28. n. 77.	186
Nomen, hæres, in feudis accipitur pro fi- lio. q. 28. n. 67.	183	Pater tenetur dotare filiam ea dote , qua- viuere potest. q. 17. n. 2.	84
○			
Obligatio maior est erga patré, quām patriam. q. 2. n. 37.	16	Pater protest ad abusum usque sua bona- alienare. q. ead. n. 5.	86
Obligati in solidum dicuntur ad inuitem fideiussores. q. 12. post n. 12.	62	Pater habet ius proprietatis in filio . q. 30. n. 45.	200
Obligatus in solidum pro toto debito cō- ueniri potest. q. ead. n. 5.	61	Pater poterat filium interimere. q. ead. n. cod.	ibid.
Occidens sacerdotes , & rapiens Virgines an fruatur Ecclesiastica immunitate? q. 16. n. 9.	82	Pater tenetur alere filium inopem. q. 2. n. 18.	12
Officialis vtendo publica pecunia punitur poena nonupli. q. 16. n. 36.	73	Pater in filium transfunditur. q. 30. n. 19. 201	
Opiniones nouæ semper aliquid mali in- ducunt. q. 26. n. 1.	153	Pater ex inopia licetè filium vendit. q. ead. n. 15.	200
P			
P Acta rescissoria in contractu censuali fuerunt cognita tantum à recentiori- bus. q. 8. n. 2.	40	Pater magis , quām filius in filij poena pe- nicitatur. q. ead. n. 16.	201
Pactum Rei prōdest fideiussori. q. 33. n. 9. 220		Pater in filio offenditur. q. ead. post n. 23. 202	
Pactum exequituum non habet locum contra hæredes. q. 19. n. 24.	106	Pater super peculio filij clerici non habet usufructum. q. 3. n. 13.	21
Pactum, quod votum captandæ mortis in- ducit, est contra bonos mores. q. 26. n. 12.	160	Pater compelli potest officio iudicis ad fi- liam dotandam. q. 17. post n. 4.	86
Paragium multa importat. q. 11. n. 17.	56	Pater nequit sibi in facto proprio authora- ri. q. 2. n. 16.	12
		Pater habet commoditatem in bonis Ca- strenibus filij. q. ead. post n. 24.	14
		Pater habens filios inutiles dicitur illis ca- tere	

I N D E X

- rere. q. 30. n. 21. 201
 Pater potest habere filium simul, & seruū. q.ead. n. 24. 202
 Pater & filius eadē persona censerunt; adeo que is filii nobilitate fruerunt. q.ead.n. 11. 200
 Pater pro filia melius, quam ipsa scit consilium capessere. q. 17. post n. 2. 85
 Pater supponitur superuixisse filio impuberi, si ambo reperiantur mortui. q. 23. n. 14. 133
 Pater potest vni filiæ plus, quam alteri in dotem dare. q. 17. n. 3. 85
 Pater gaudet filiorum nobilitate. q. 30. n. 3 198
 Peculatus crimen committunt tam qui publicam furantur pecuniam, quam qui illa vruntur. q. 14. n. 6. 69
 Peculatus verè furtum est. q.ead.n. 35. 73
 Peculium clericorum censetur quali cæstrense. q. 3. n. 13. 21
 Pecunia donat & genus, & formam. q. 25. n. 4. 146
 Philosophia est omnium scientiarum regula. q. 9. n. 19. 46
 Poena officialium vtentium publica pecunia est nonupli. q. 14. n. 36. 73
 Poenæ binubentium sunt correctæ tantum quoad infamiam. q. 29. n. 21. & seq. 97
 Pestis multos reddidit locupletes. q. 25. n. 11. 106
 Pontifex in beneficij collatione nominat clericum beneficiatum. q. 5. n. 2. 27
 Possessio habitus, & tonsuræ an sufficiat ad obtinendum beneficium? q.ead. n. 2, ibid.
 Possessio an faciat aliquē clericum? q.ead. n. 9. 28
 Possessio vera oritur etiam ex traditione facta per actum fictum. q. 31. n. 9. 207
 Possessio vitiosa arguitur ex multiplici capite. q. 19. n. 13. & seq. 96
 Possidentis in turpi causa melior est conditio. q. 21. n. 15. 111
 Praescriptio debito, an praescribatur constitutum? q. 33. post n. 15. 209
 Praescribens assimilatur soluenti. q.ead.post n. 15. ibid.
 Praescriptio in successione feudorum est contra Dominum. q. 23. n. 25. 137
 Pragm. i. de Maced. ligat filios familias clericos. q. 3. n. 19. 22
 Pragm. i. de Maced. an inhabilitet filios contrahentes absque patris consensu? q. 2. n. 7. 9
 Pragm. 5. de literis cambij comprehendit etiam apocas bancales quoad manus comprobationem. q. 6. n. 11. 35
 Praxis ad evitandas lites in rescissione contractus circa tertias decursas post portrectum libellum. q. 8. n. 18. 42
 Praxis conueniendi mulieres in solidum cum viro obligatas. q. 12. n. 22. 63
 Praxis pro debitore ad opponendas exceptiones contra apocam. q. 6. n. 13. 35
 Praxis tuta pro fideiussoribus. q. 27. n. 12. 168
 Primogeniti nobiliores sunt secundogeniti. q. 39. n. 1. 256
 Primogenitus nequit renuaciare iuri primogenituræ in fauorem secundogeniti in præjudicium liberorum. q. 28. n. 73. 185
 Primogenitus quamvis nolit feudi æstimationem conferre, succedit tamèn in ceteris burgensticis. q. 39. n. 12. 257
 Primogenitus Franciæ etiam ex causa ingratiudinis nequit Regno priuari. q. ead. n. 76. 186
 Primogenitus protest feudi æstimationem conferre. q. 39. n. 17. 258
 Princeps habetur pro consentiente in ijs, in quibus tenetur assentiri. q. 21. n. 5. 109
 Princeps dicitur communī bono præpositus. q. 23. n. 27. 138
 Princeps nunquam præsumitur velle vni fauere in alterius præjudicium. q. 21. post n. 19. 112
 Princeps tenetur summum bonum imitari. q. 22. n. 25. 122
 Principis est esse liberalē, q. 23. n. 28. 138
 Principis interest sub eius tantummodo imperio esse feudum. q. 22. n. 2. 118
 Principis gloria est subditos habere ditissimos. q.ead. n. 23. 121
 Priuilegiati neque per viam restitutionis in integrum possunt forum eligere post litem contestatam. q. 35. n. 18. 227
 Pri-

R E R V M .

Priuilegia declinandi forum stricte sunt interpretanda. q.ead.n.13.	226	lis, inuito Domino , vi dolo malo , & proposito facta.q.14.n.16.	71
Priuilegium concessum Neapoli pro expellione personarum in honestarum non operatur contra studentes immorantes cum Neapolitanis.q.7.n.24.	39	Ratificatio purgat quamlibet nullitatem.. q.1.post n. 4.	3
Probatio per testes de auditu an sufficiat in clericatu? q.5.n.11.	28	Ratificatio contractus se habet ad instar nouae obligationis.q.1.post n.6.	5
Probatio per testes de visu an sufficiat in clericatu? q.ead.n.12.	29	Ratihabitio patris conualidat contractum factum per filiumfamilias.q.1.post n.4.3	
Probatio per bullas beneficiorum an sufficiat in clericatu? q.ead.post n.15.	30	Ratificatio vide verb. tacita.	
Probatio clericatus sit ad iudicis secularis instructionem.q.ead. n.6.	27	Refutatio dicitur personalis. q. 20. n.29.	
Prodigus nequit testamentum condere. q.26.post n.7.	155	107	
Prodigus non dicitur qui re sua sine fine vultur, sed stultus. q.cad.n.14.	160	Re alicui acquisita , & deinde ablata, diciatur spoliatus esse in damno , non in lucro cessante. q.20.n.14.	104
Prodigalitas consistit in defectu conservandi , & excessu erogandi.q.cad.n.13; ibid:		Regnum in rigore iuris est ex pacto , & prouidentia. q.28.n.53.	180
Proemia belli sunt naufragia , & sepulcra. q.28.n.49.	179	Regula , quod testator plus dixisse, quam scripsisse presumitur, quando militet ? q. 9. n.33.	50
Propositio indefinita an semper aequivalat vniuersali ? q.29.n.8.	193	Regula , melius est cū multis errare,quam cum paucis sapere,erronea est apud sapientes.q.13.post n.10.	66
Protestatio contraria factio non releuat protestantem.q.16.post n.21.	83	Regula , quod cessante causa dilationis , cesset dilatio , militat tantum in dilatione arbitraria. q.37.post n.12.	237
Proxi more agnato renunciante reuocationi facienda propter feudi alienationem factam , ipso irrequisito , sit locus cæteris. q.37. n.9.	234	Renunciatio defuncti an liger hæredem? q.20. n.20.	105
Pubes supponitur superuixisse patri , si ambo reperiantur interempti. q.23. n. 17.	133	Renunciare dum quilibet potest fauori suo , si quis tēpori statuto ad obtinendū assensum renunciauerit , integrum tempus expectandum non est . q.37. n.11. 236	
Publica vtilitas replens sapientibus ciuitatem præfertur cuicunq; alij. q.7.n.17.	38	Renunciare beneficio, & nolle illo vti, differunt . q.35.post n. 12.	225
		Reo licet suum sanguinem redimere.q.37. post n.12.	237
Q Valitas hæreditaria in Regno non operatur in feudo, ut nequeat quis venire contra factum defuncti . q. 28.n.72.	185	Res dotalis alienari nequit . q.18.n.2.	91
		Rescissa transactione per iudicem, reo in uito , actor tenetur pecuniam exhibere.q.34.n.9.	223
R Adice primitua infecta , inficietur de riuatiua.q.1. n. 10.	7	Rescissa transactione per iudicem , actor inuitus pecuniam acceptam tenetur statim reddere.q.ead.n.8.	222
Rapina est contrectatio rei alienæ mobi-		Rescissa transactione per iudicem , actore, & reo, inuitis , tenetur actor acceptam pecuniam exhibere.q.ead. n.10.	223
		Rescissio contractus non pugnat cum exactione tertiarum.q.8. n.14.	41
		Rescissio transactionis fieri potest de consensu vtriusque.q.34.n.3.	222

Q Valitas hæreditaria in Regno non operatur in feudo, ut nequeat quis venire contra factum defuncti . q. 28.n.72.

R

R Adice primitua infecta , inficietur de riuatiua.q.1. n. 10.

Rapina est contrectatio rei alienæ mobi-

S2-

I N D E X

S

- S**acrilegium an dicatur crimen læse maiestatis Diuinæ? q. 16. n. 23. 83
Sacrilégium quale sit? q. ead. n. 22. ibid.
Secundogenito debetur vita, & militia. q. 28. n. 9.. 172
Secundogeniti nostris tempestatibus non tenentur ad servitiam personalia. q. ead. n. 11. 246
Secundogenitus ad consequendam vitam & militiam postponitur quibuscumque creditoribus agentibus assistentia ad instar creditorum habentium solummodo personalem. q. 38. n. 15. 247
Sententia debet esse libello conformis. q. 8 n. 6. 41
Separatorum separata dicitur esse ratio. q. 16. n. 18. 83
Serui restituendi sunt Domino. q. 10. n. 4. 51
Seruitus censetur prohibita, si fuerit prohibita alienatio. q. 36. n. 8. 230
Scrutinates fundum sequuntur. q. 22. n. 6. 119
Seruitus est qualitas prædio inherens. q. 36 n. 15. 231
Societas bona pro in diuisio hypothecata, adhuc remanent pro indiuisio affectatione hypothecario, sequuta diuisione q. 24. post n. 2. 139
Soluens præsumit soluere in causam sibi utiliorem. q. 12. n. 19. 63
Solutio cœletur maior iactura, quam obligatio. q. ead. n. 18. ibid.
Solutio in dubio censetur facta potius nomine proprio, quam alieno. q. ead. post n. 21. ibid.
Solutio partis canonis non assert præiudicium Domino quo ad caducitatem. q. 8. n. 3. 40
Soror regulariter non habet legitimam in bonis fratris. q. 17. post n. 4. 85
Soror ideo detrahit dotem è bonis feudalibus, quia in illis non succedit. q. 38. post n. 8. 244
Sponsalia non prohibentur, si intra certum tempus tantum prohibitem fuerit matrimonium. q. 33. post n. 5. 220
Sponsalia non participantia rationem finis

- ob quem matrimonium prohibetur; hoc prohibito, non censentur prohibita. Iecus è contra. q. cad. n. 2. 219
Statux Principum, & Magistratum quare à Thebanis efformabantur sine oculis, & sine manibus? q. 21. n. 35. 117
Statutum fauore agnatiōnis potest tollere in totum legiūnam. q. 17. n. 3. 85
Statuta strictè sunt interpretanda. q. 2. post n. 25. 14
Statuta laicorum modò sint rationabilia, nec præiudicium Ecclesiæ infestant, sunt indifferenter seruanda. q. 3. n. 19. 22
Statuta laicorum includunt clericos, modo eorum libertas non lēdatur. q. ead. post n. 16. 21
Statuta propriissimè sunt intelligenda. q. 2. post n. 8. 10
Studentes non differunt ab aduocatis. q. 7. n. 16. 38
Studentes fruuntur multis priuilegijs. q. ead. n. 11. 37
Studentes Neapolitani non comprehenduntur in priuilegio concessio Neapolitana circa expulsionem personarum in honestarum. q. ead. n. 21. 37
Studentes expelluntur ab honestis locis! q. ead. n. 9. 37
Subsistentia actus operatur, vt si duo resperiantur mortui, ille supponatur præmortuus, qui facit vt actus subsistat; sic que conciliantur quicunque textus. q. 23. n. 20. & 21. 134. & 135
Suburbia veniunt appellatione ciuitatis. q. 22. n. 10. 120
Successio de iure communi, & Regni in feidis nouis qualis sit? q. 23. n. 7. 127
Successio de iure communi, & Regni in feidis antiquis qualis sit? q. ead. n. 2. & seq. 126
Successio collateralium in feidis de iure Regni extenditur ad fratres patruellos masculos. q. 23. n. 4. ibid.
Successor in feudo dicitur hæres. q. 28. n. 40. 178
Suffragium patris prodest filio honorem petenti. q. 30. n. 23. 202
Supellestile non coarctat legatum. q. 39. n. 5. 192

T2-

- T**Acita ratificatio facta à filio familie
iure Regni non valet. q. 1. post n. 8.
6
- Tacita ratificatio oriens ex obligatione
nulla, pariter nulla est. q. 1. n. 9. ibid.
- Taciti, & expressi eadem est virtus, vbi ea-
dem viget ratio. q. 1. 6. n. 20. 83
- Tempus numerationis attenditur in filio-
familias, non autem stipulationis. q. 1.
post n. 4. 2
- Tempus ad iurandam fidelitatem non est
prefixum de iure communi. q. 3. 7. n. 28.
239
- Tempus à iure communi concessum ad
petendam inuestituram. q. ead. n. 14.
239
- Tempus ad obtainendum assensum. q. 2. 1.
n. 6. 109
- Tempus statutum ad opponendas nullita-
tes incipit currere etiam die feriata; sic
que decisum. q. 3. 8. n. 40. 254
- Tempus appellationis diuersimodè consi-
deratur, quām tempus concessum ad
iurandam Domino fidelitatem. q. 2. 7. 1.
23.
- Terminus integer expectandus est in ob-
tractu. q. ead. n. 9. 234
- Terminus integer an semper subiectus
dus ad hoc, vt cessionario præiudicium
inferatur? q. ead. n. 1. 236
- Tertiae non decurrunt, rescisso contractu,
sed interesse. q. 8. n. 8. 43
- Testamentum conditum tempore pestis
vbi sunt subscripti quinque testes, valet.
q. 1. 9. n. 2. sed vide n. 18. 97
- Testamentum condi nequit ab arrogato.
q. 2. 6. post n. 7. 155
- Testator nequit prohibere ne hæres vta-
tur beneficio inuentarij. q. 2. 0. n. 27. 107
- Testator plus dixisse, quām scripsisse præ-
sumitur, sed hæc regula quādo militet?
q. 9. n. 33. 50
- Transactions, & pacta differunt. q. 3. 4. n.
5. 222
- Transactio oritur ex causa dubia. q. ead.
post n. 6. ibid.
- Tritemes dantur primariò in poenam, se-
cundario in custodiam. q. 1. 0. n. 13. 33

- V**Assallus nequit in proximioris agna-
ti præiudicium feudum agnato re-
motiori cedere. q. 2. 8. n. 74. 185
- Velleianum cessat, quæstiescunque mulier
obligatur principaliter. q. 1. 2. n. 6. 61
- Velleianum quomodo sit extendendum?
q. ead. n. 17. 63
- Vendens rem alienam tenetur eā domino
restitueret, quamvis contractus validus
sit. q. 2. 1. post n. 14. 111
- Venditio feudi sub condicione assensus est
permitta. q. 2. 1. n. 27. 115
- Verba ita appropriari debent, vt subiectæ
materiæ conueniant. q. 1. 6. n. 21. 83
- Vir constante matrimonio, percipit fru-
ctus iure Dominij. q. 1. 8. n. 2. 91
- Vir, & vxor ad imparia iudicari non debet.
q. 3. 2. n. 8. 216
- Vir inops succedit vxori diuiti in quarta,
sic è contra. q. ead. post. n. 2. 215
- Viro declarante nelle vxorem de adulterio
accusare, statim admittuntur alij. q.
3. 7. n. 6. 234
- Virgines, Sacerdotesque Deo dicati di-
cuntur. q. 2. 6. n. 8. 81
- Vita secundogenitorum quānam sit? q.
4. 0. n. 1. 262
- Viram, & militiam habens non necessariò
tenetur militare. q. 3. 8. post n. 11.
- Vita, & militia æquiparatur paragio. q. ead.
n. 5. 244
- Vita, & militia debetur in linea Collate-
tati, si primo loco feudum fuit acquisi-
tum ab aliquo ascendentे, secūs si al-
ter. q. 4. 0. n. 12. 264
- Vita, & militia, quæ ob successionem col-
lateralis primogeniti debetur secundo-
genito, si feudum fuit primo loco ac-
quisitum ab aliquo ascendentе, non
dicitur noua, sed potius eadem per cō-
tinuationem. q. ead. n. 15. 265
- Vita, & militia quoad extinctionem suc-
cedit loco alimentorum, quoad cæte-
ra loco legitimæ. q. ead. n. 17. 265
- Vita, & militia quomodo dicatur succe-
dere loco portionis feudi, à quo secū-
dogenitus excluditur? q. ead. n. 19. 266
- Vita, & militia denegata in linea collate-
rali, in casu, quò primò fuerit possel-
lum

INDEX

sum feudum ab aliquo ascēdente, est admittenda collatio.q.ead.n.20.	266	25.n.2.	145
Vita , & militia inducta est à Const. Co- mītibus,in secundogenitorum sautorē . q. 39. n. 4.	255	Vlustructus semel patri acquisitus ausserri nequit.q.2.n.15.	12
Vita , & militia debetur tām in feudo an- tiquo, quām novo.q.ead. n.5.	257	Vxori transanti ad secundas nuptias dc- neganda est hæreditas.q.19.n.21.	97
Vita , & militia licet sit loco portionis feu- di ; non tamen pars feudi est .q.ead. n. 12.	246	Vxor innocens expulsa à viro succedit in quarta.q.32.n.2. sic pariter & vir .n.3.	12
Vita , & militia compromitti nequit , mo- dō non agatur de eius quantitate.q.ead. n.4.	244	Vxor potest propria autoritate hæredita- tem ingredi pro dotium recuperatione. q.19.n.1, sed vide n.12.	96
Vita , & militia debetur etiam clērieo . q. ead.n.15.post n.11.	246	Vxor non tenetur accipere legata ab ha- redibūs.q.19.n.3.	95
Vitia hominum in se nobiles singendo . q.		Vxor binubendo quando perdat ea , quā honoris sunt ? q. 19.n.23.	98

L A V S D E O :



